

81

Biblioteca Universitaria	
GRANADA	
gale	A
1951	91
Tabla	
380	

22. a 8

18.



81

Biblioteca Universitaria	
GRANADA	
g.c.	A
Asignatura	91
Tabla	
	380



22. a 8

18.

*De la Comp. de serm. de granada. No el licenciado Mansano. B<sup>a</sup>*

# SERMONVM R. 1581

DOMINICALIVM,  
EX EPISTOLIS,  
ET EVANGELII  
TOTIVS

Pars h



*Authore R.P.F. GUILLELMO PEPIN  
Theologo Parisiensi, & Predicatorum*

EX QUORVM LECTIONE NON MODO  
uerbi DEI Predicatores, uerumetiam Sacrae Theo-  
logiæ, & Sacrorum Canonum professores.

ANIMARVMQVE CVRÆ PRÆPOSITI  
admirabilem utilitatem sibi, & alijs proferent, &  
spiritualem profectum sentient.

CVM INDICE LOCVPLETISSIMO.



VENETIIS, MDLXXXVIII.

Ex Ioannis Antonij Bertani Typographico.



ORNATISSIMO  
V I R O

AC R. PATRI M. ANGELO<sup>do</sup>  
ROCCHENSI,

EREMITAE AVGVSTINIANO,  
professo Conuentus Camerini,  
ac Sacrę Theol. Doct.



**E**TSI in mente semper ha-  
buerim uirtutes, studia, hu-  
manosque mores tuos ad-  
modum Reueren. P. tamen  
tuis in me meritis non fa-  
tisfecisse mihi uideor, cum  
nullum meæ in te beneuolentiæ singulare  
indicium post tuum ex hac Vrbe discessum,

† 2 dede-

dederim . Me quidem excufationibus defendere poffum , ac dicere , nullam feſe obtuliſſe occaſionem , quæ te , tuamq; uirtutem deceret ; uerum hoc mihi ſatis minimè eſt , dum illius ſententiæ memor ſum , qua uulgo quoq; dicitur . Verum amicum haud immeritè eſſe , nec ullo discrimine amici memoriam intermittere , licet ſeſe non offerat opportunitas , aut quoduis impedimentum illius deſiderijs obſiſtat : ſed ſemper præ oculis eos , quos colit , & plurimi facit , habet . Sponte itaque ad ueritatem confugiens fateor me exoptaſſe , & expectaſſe tempus , & commòdum , quod nunc tandem ſe exhibuit . Etenim cum noſtris Typis expuluerit , fordibus , & blatſis eruerimus piſſimum , & ardenti zelo incenſum Verbi Diuini concionatorem Gullielmum Pepin , tibi dono , dicoq; , tu illum foueas , illi blandiaris , illum euoluas . Agnoſco quidem tenue eſſe munus , tuæq; uirtuti nobiliorem exercitationum campum patere . Attamen , in hoc etiam ſe exercens reperiet , unde ſuos ( ut poetice loquar ) paſcat amores . Hinc etiam , ut uerum fateamur , illud ſperari poteſt , quod in uniuerſum ab omnibus de ſacris ſtudijs iudicari debet , humiliores contem-

pla-

plationes illorum ſuperare altiores meditationes quarumcunque aliarum artium , & facultatũ . Quamobrem nulla dubitatione , aut ancipiti cura torqueri debeo , quin in his duobus uoluminibus , & in his concionibus aliquid ſit : imo id mihi cogitandum eſt , quòd eò ſublimes , & excelsiores illas tuæ doctrina , actionibus , & contemplationibus reddere ualeas , quòd humiliores , & ſimpliciores à me æſtimantur , & proferuntur . Tanta enim ſunt in te ornamenta , tam optime collocata , qualia uix appareant , uel rarò in quouis homine , quorum ſiquis alius teſtis eſſe poteſt , ego illi minimè cedam . Nam eius ſaltem temporis , quo tibi in hac noſtra Veneta urbe moram trahere placuit , ea teſtimonia , & tam efficacia argumenta depromerem ; quæ non uni tantummodò ſufficerent , ſed mille ſimul , ſi tot eſſent , qui de ijs fide confirmandis mecum certare uellent . Atque interim prætermittens uiuendi morem ſanctitatem eximiam præ ſe ferentem ; & iuxta religionis tuæ decorum : labores ſcribendi , legendi , aliena ſcripta corrigendi , & tua noua ſcripta edendi tanti , talesque fue-  
runt . Hinc certe non aliunde ortum eſt , ut

† 3 quam-

quamprimum te Romam contulisti, tibi statim scriptoris tuæ religionis munus demandatum sit magna tui nominis existimatione, qua ducti amici tui sperant tuam uirtutem maiori dignitate iuxta tua merita exornandam, quæ quò lentius adueniet, eò maiori splendore fulgebit. Solent Naues tunc esse tutiores, cum ualidioribus, & firmitioribus anchoris retinentur: quænam uerò sunt hominis sapientis anchoræ, quæ cum in optimo uitæ statu retinentur? certè uirtus, doctrina, religio: ut contra spernendæ sunt tanquam anchoræ inualidæ, & imbecilles hominum fauores, maiorum fumosæ imagines, & popularis uiuendi mos. Ergo ne mireris, si te in tuto nauigare, & in portu esse omnes censeant: non enim inania sunt argumenta hoc probantia, & demonstrantia. Veruntamen nõ longius meam orationem protraham, ne meæ in te beneuolentiæ candor inficiatur non adulatione tantum; sed nec etiam suspicionis umbra ipsius adulationis. Namque ut ex urbe optimis legibus instituta, & sapientibus decretis fulta seditiosum hominem expellere oportet: sic ex animo, qui uirtutes, & illarum sectatores amare profiteatur, fuganda est adulatio, ne

cor-

corrumpatur, uitietur, deturpetur uerus illius candor, & sinceritas, si in eorum albo adscribi uult, qui ueritatis nomine gaudent, seiposque ueritatis decore suspiciendos esse cupiunt. Faxit Deus omnia tua uota secundis auris ferri, & foelicibus euentibus frui. Vale.

Venetijs 7. Idus Februarij. MDLXXXVIII.

T. admodum R. P.

Additissimus

Petrus Maria Bertanus.

I N D E X  
RERVM MEMORABILIVM  
QVAE IN HOC VOLVMI NE  
CONTINENTVR.

a, primam faciem designat, b, verò secundam,

A



Abconditū nō est quicquam ab oculis Dei fol. 39 a  
Actio Christi nostra est instructio 89 b  
Accessus ad conuiuia nuptiarum p̄ prohibetur clericis propter uitandum scandalum, ex tentationis periculum 90. a  
Amaritudo futuri iudicij nūquam recedat à memoria in lectitiis praesentis uitae fol. 19 a  
Anima rationalis moraliter designatur per nauiculam, in qua ascendit Christus fol. 116. a  
Anima peccatrix soluitur à vinculo peccati tribus modis 237 b  
Anima peccatrix uocatur a sine multis de causis 230. b  
Anima aptatur ad modum a sine 236. a  
Antecedentia requisita ad pe-

tendum aliquid à Domino 312. a  
Apostoli ceperunt loqui uarijs linguis post receptionem Spiritus sancti 339. b  
Apostoli, & Euangelistae pro fontes Saluatoris intelliguntur 79. b  
Aperta, & nuda sunt omnia oculis Dei 39. a  
Arma lucis sunt uirtutes propter certas causas 7. b  
Aues, & pisces communitur nos instruunt in tribus fol. 16. a

B

Bellum triplex est, uidelicet, Intestinum, Angelicum, & Humanum 195. b  
Bellitria principaliter remedia ponuntur, quae possunt etiam ualere ad impetrandam uictoriam 198. a  
Bella originantur ex diuersis causis 196 b  
Benigni, & mansueti, mites & tranquilli debemus esse, si uelimus

I N D E X

uelimus ueraciter scire qui Christum 13. a  
Bonum desiderium est oratio apud Deum 321. b  
Bonum desiderium si est continuum oratio est continua ibid.  
Bonum semen deterioratur multis modis 125. b  
Bona femina sunt multa, quae debet homo seminare in agro suae conscientiae 127. a  
Bona nostra qualiter debemus communicare alijs, docet Apostolus 88 a  
Bonus Rex debet esse liberalis, sapiens, iustus, & misericors 10. a

C

Carnalia desideria debemus fugere propter multa 278 b  
Castigare debet uisusque corpus suum, & ad hoc faciendum multa nos inducunt 134. a  
Charitas maior est ceteris uirtutibus 104. b  
Charitatis necessitas, uirtus, & potestatis 139. a  
Charitatis pulchrae conditiones 161. b  
Charitatis affirmatiuae, & negatiuae conditiones 162. a  
Christus habuit in se multa, quae sentire debemus fol. 225. b

Christus habuit testimonium à multis 325. a  
Christus iuit ad patrem propter multa 299. b  
Christus loquutus est uarijs modis 172. a  
Christus locutus est de extremo iudicio propter multa fol. 18. b  
Christus positus est nobis in signum multiplex 60. b  
Christus praedixit suam passionem multis de causis fol. 115. a  
Christus tentari non uult à diabolo propter sex 174. a  
Christus tenuit modum patris familias praedicando recessum suum de hoc mundo 301. a

Christus uoluit apparere in die resurrectionis suae multis modis 260. a  
Conuersatio bonorum cum malis est difficilis, laudabilis, & utilis 280. a  
Currunt homines in uiam uerum diuersimodè 132. b

D

Datum domini est multiplex 292. b  
Deus differenter se habet ad homines; & homines ad Deum se habent differenter 45 b  
Dies in quibus Deus apparet spiritualiter 263. b

Dispen-

# I N D E X

# I N D E X

Dispensatores fideles, & infideles 27.a  
 Dilexit nos Christus grater rationabiliter, & feruenter 111.b  
 Ad dilectionē inducere nos debent tria 112.b  
 Diligere debemus Deum propter octo rationes quas tāgit Psal. in principio Psal. Diligam te domine 342.b  
 Diligere debemus Deum propter alia quatuor 344.a  
 Donum temporale dat Deus malis tribus rationibus. fol. 292.b  
 Dux sunt dignitates in hoc seculo 214.a  
 Duodecim cophini sunt duodecim documenta utilia. fol. 208.b

## E

Errores multi quorū meminit Isidorus 136.a  
 Etates mundi in quibus aqua mutata est in uinum 95.a  
 Exemplum de oratione 314.b  
 Exemplum tenendum, cauendum, & timendum 266.a

## F

Fallunt multi seipsos multis modis 294.a  
 Fides uincit mundum, carnē, diabolū, tyrannū, faux, & supplicium 256.a

Fidei condiciones necessarię. fol. 184.a  
 Fidelitas diuinitatis qualis esse debet 28.a  
 Fidelitas doctorum ibid.a  
 Fidelitas prælatorum consistit in tribus 27.b  
 Fons Saluatoris quid sit, & qui hauriunt ex eo 79.b  
 Fraternalitas triplex quam debemus diligere 80.b  
 Fraternalitatem habere debemus propter tria 87.b

## G

Gaudere possumus de morte malorum non per se, sed per accidens. fol. 284.b  
 Gaudium duplex, scilicet, uirtuosum, & uitiosum 206.a  
 Gaudium interitus exterius, & superius 42.a  
 Gaudium superius possidetur tribus modis 43.b  
 Gradus obedientię quibus ascenditur in cęlum 228.a

## H

Homo productus est a Deo honorabiliter 17.b  
 Hospitalitatem diligere debemus, siue iuuare 323.a  
 Humilitatis gradus est triplex 281.a  
 Ad humilitatem nos inducunt quatuor

Iacob

## I

Iacob transiit Iordanem baculo suo 103.a  
 Imitari debemus Christum in tribus 192.b  
 Imitari debemus Deū in tribus 191.a  
 Imitari debemus tria ibid.a  
 Inferiores debent quatuor suis superioribus 108.b  
 Instructio triplex 307.b  
 Iohannes propter suam sanctitatem estimatus est a deis Christus 48.b  
 Iohannis uirtutes 50.a  
 Iohannem interrogaciones factę sunt diuersę 49.a  
 Ira per zelum est laudabilis fol. 297.a  
 Iudei ter conscendebant in templum 72.b  
 Iudicare alium quando est peccatum, & quando nō 44.a  
 Iudicium duplex 29.b  
 Iudicium præcedent signa terribilia 19.b  
 Iudicium prænunciatur a Christo propter multa. fol. 19.a  
 Iudiciū timere debemus propter tria 316.b  
 Iustus dicitur ovis propter bonas condiciones ipsius ovis 275.b  
 Iustus impugnatur a peccato carnis tribus modis 254.b  
 Iustus uincit tentaciones car-

nis per uirtutem castitatis ibid.b  
 Iustus uincit tentaciones diaboli uirtute humilitatis. fol. 255.b  
 Iustus uincit tentaciones mundi per contempcionem terrenorum 253.b  
 Iustus uincit seipsum 255.b

## L

Lingua refrenanda est quantum ad quantitatem, qualitatem, & quantum ad tepus 310.b  
 Loquebatur Christus uarijs modis decentibus 328.b  
 Loquendo homo debet habere tria 323.b  
 Lupus est animal mordax, & fillax, & significat malos homines 213.a

## M

Mali gloriantur de tribus 147.a  
 Mandatorū Dei obseruatio requiritur ad perendum aliquid a domino 312.b  
 Mercenarius dicitur esse duplex 277.b  
 Merces est triplex 139.b  
 Miracula Christi sufficienter ostenderunt ueritatem in carnationis Christi 311.b  
 Mirantur homines de multis 187.b  
 Mo-



# I N D E X

**M**odicum in bona significatione inuenitur septuplex. fol. 286.a  
**M**odicum in malam partem dicitur multipliciter, fol. 290.a  
**M**odus productionis hominis 17.b  
**M**ulti scandalizantur de Christo sine causa 37.b  
**M**undani homines uolunt in dui multipliciter, & quid hoc significat 120.b  
**M**undus assimilatur umbræ, flori, & uapori 68.b  
**M**undus inficit decipit, & deficit 67.a

## N

**N**auicula in quam Christus ascendit multa representat 114.a  
**N**omen domini nostri Iesu est maximè uirtutis, & efficacis 317.b  
**N**omen domini deuotè nominatum miracula operatur. fol. 318.a  
**A**d nominis Christi inuocationem preces deuotè supplicantium exaudiuntur. fol. ibid.a  
**N**omine Iesu inuocato saxa naturali cursu relicto stant sursum 318.b  
**N**otanda multa de natiuitate, & aduentu 58.a  
**N**ox multiplex habens diem

suam determinatum 13.a  
**N**uptiæ carnales multa concernunt 6.b  
**N**uptiæ quæ sunt, & tempus quo celebrantur, & significatio nuptiarum 90.b

## O

**O**bedientiæ gradus per quos ascenditur in cælum 227.b  
**O**pera tenebrarum sunt peccata propter multa 7.b  
**O**rgana duplicia aliquorum sensum dedit nobis Deus propter multa 303.b

## P

**P**acem habent homines diuersimodè, & quomodo pax debet haberi. fol. 99.b  
**P**anis corporalis facit circa corpus multa, iuxta quæ operatur panis sacramentalis 239.a  
**P**aruulus nihil differens à seruo est homo mundanus. fol. 42.a  
**P**aruuli multas habent conditiones quas euacuari debemus 163.b  
**P**aruulus imitari debemus in multis ibid.b  
**P**aruuli furtiue accipientes de rebus suorum parentum sunt fures 39.b

Passio

# I N D E X

**P**assio Christi deuotè memorata causat triplicem effectum in anima 219.a  
**P**assio Christi fuit grauissima propter multa 139.a  
**P**astor debet pascere oues suas dupliciter 272.b  
**P**astor triplex 271.a  
**P**astor uitiosus dicitur multis modis 273.b  
**P**astor uirtuosus debet habere tria 272.a  
**P**aulus recepit particulariter spiritum sanctum, & uisibiliter 339.b  
**P**eccator dicitur cecus propter ceci conditiones quas uult habere 170.b  
**P**eccator uolens penitere debet facere tria 103.b  
**P**eccatores, & iusti sunt multum differentes 104.b  
**P**eccatum facit sex grauia mala 35.b  
**P**enitentis conditiones, fol. 168.b  
**P**enitentis tres sunt partes fol. 271.b  
**P**etere contingit homines tria à domino 317.a  
**P**etere debemus à domino sex maxima beneficia, quæ incipiunt per sex literas huius uerbi petite 315.b  
**P**etendi modus, & quæ referuntur ad petendum. fol. 312.a  
**P**isces nos instruant in multis 17.a

**P**receptum de dilectione proximi est ualde amplum. fol. 110.b  
**P**remium celeste uocatur corona incorrupta 133.a  
**P**rudentia triplex 97.b  
**P**rudentiam docet apostolus fol. 319.b  
**A**d prudentiam nos inducere debent tria ibid.

## Q

**Q**uare Christus potius uoluit ascendere super asinum, quam super equum 219.b  
**Q**uare Deus permittit aliquos uexari à spiritibus immundis 188.a  
**Q**uatuor elementa sunt in aliquo imperfecta 292.a

## R

**R**eligio Christiana consistit in duobus. fol. 311.b  
**R**egis conditiones quas habuit Christus rex omnipotens 10.a  
**R**egis proprietates quas habere debemus ibid.  
**R**ex triplex quem honorare debemus 283.b  
**R**esurrectio Christi fuit necessaria 243.a  
**R**esurrectionis, Christi testimonia 84.b

Recu.

# I N D E X

Reuerentia humiles, & deuota requiritur ad aliquod postulandum 313.a

S

**S**ancti esse debemus propter quatuor causas, fol. 45.a  
 Sanctam societate relinqueri ualde periculoso est quod probatur quintupliciter 102.a  
 Sanguinis Christi gloriosus effectus 214.b  
 Sanitas spiritualis recuperanda est multis modis 12.b  
 Scripta sunt multa ad nostram doctrinam secundum opera sex dierum 14.b  
 Scriptura quadruplex inuenitur 13.b  
 Semina bona, & salutaris fol. 127.a  
 Semina quae debet iustus seminare 126.b  
 Spiritus sanctus apparuit in specie ignis propter proprietates eiusdem ignis. fol. 337.a  
 Spiritus sanctus apparuit in specie linguarum 335.b  
 Spiritus sanctus arguet iudeos de peccato quando ueniet propter multa, fol. 301.b  
 Spiritus sanctus arguet peccatores de tribus 302.a  
 Spiritus sanctus consolatur

tria genera hominum, fol. 345.a  
 Spiritus est duplex 304.b  
 Spiritus sanctus promittitur mitti à Christo discipulis, licet sit ubique, ratione congrua 301.a  
 Spiritus sanctus sedet super singulos discipulos 336.b  
 Spiritus sanctus uocatur paracletus aliquibus rationibus 344.b  
 Spiritus sancti aduentum impedientia 346.a  
 Spiritus sancti gratia acquiritur in anima per tres mediatores ibid.b  
 Spiritus sancti missio fuit gaudio 333.a  
 Spiritus sancti missionem antecedentia ibid.b  
 Spiritus sancti missionem comitantia 334.b  
 Spiritus sancti praesentia deperditur per triplex peccatum 347.b  
 Species leprose corporalis, & spiritualis 104.b  
 Status peccatoris comparatur somno propter tria, fol. 3.a  
 Surgere cogentia dormientem tam corporaliter, quam spiritualiter 4.a  
 Surgere debet peccator à somno peccati propter tria ibid.  
 Surgendi modus optimus est fol. ibid.b

Tentari

# I N D E X

T

**T**entari homines Deus permittit diuersis rationibus 176.a  
 Tentari uoluit Christus propter multa 174.a  
 Tentat diabolus aliquis auidius, quam reliquos, fol. 177.a  
 Tētat diabolus homines propter aliqua 175.b  
 Tentat diabolus sex genera hominum 176.b  
 Temporale donum est duplex 192.a  
 Temporalia Deus tribuit malis in hoc seculo, & hoc propter multa ibid.  
 Tempus Quadragesimae est tempus acceptabile 173.a  
 Tempus miserabile, formidabile, & acceptabile, fol. 171.b  
 Tria genera hominum inueniunt Christum in tribus locis 75.a  
 Tria sunt per quae cognoscitur facile de aliquo, quod sit peregrinus, uel aduena fol. 20.b  
 Tria surgere dormientem cogentia corporaliter, spiritualiter 4.a  
 Tres sunt differentiae rerum fol. 109.b  
 Tres sunt partes poenitentiae fol. 258.a

Tristari possumus de morte malorum, & etiam bonorum 285.a

V

**V**erbum Dei audiendum est, & circa hoc homines se habent trifarie, fol. 306.a  
 Verbum Dei non retinentes sunt similes infirmis ibid.  
 Verbum Dei retinentes ex opere implentes sunt similes sanis, & bene dispositis fol. 307.b  
 Verbum Dei respuentes sunt in periculoso statu, quia habent iudicium aeternae damnationis ibid.a  
 Vineulum triplex 33.a  
 Vineae temporalis, & spiritualis 140.b  
 Vinū bonū multiplex quod seruauit Deus 88.b  
 Virtutes dicuntur arma animae 8.a  
 Virtutes sunt uestes quibus anima induitur 120.a  
 Vigilare in orationibus potest multipliciter intelligi fol. 321.a  
 Vita humana assimilatur uolentibus propter tria, fol. 309.b  
 Vita nostra in sacra scriptura comparatur signo crescenti triplici de causa, fol. 310.a

Vita

# I N D E X

Vita peccatoris comparatur somno propter tria 3.a	nomine Christi, accipiat quod petit 312.a
Vita præfens cōparatur umbrae propter tria 309.a	Vtrum prælatus in omni eue tu teneatur se exponere mortis periculo pro salute ouium suarum 269.a
Vtrum omnis qui petit aliquid à patre celesti in	

## F I N I S.



# SERMONVM DOMINICALIVM,

## QVI EX EPISTOLIS, ET EVANGELIIS

### TOTIVS ANNI AD POPVLVM HABERI SOLENT,

## Pars hiemalis.

*Authore Reuer. P. F. Guilielmo Pepin  
Theologo Parisiensi ordinis  
Prædicatorum.*

*Dominica prima aduentus sermo primus de epistola.*



**N**ox præfessit: dies autem appropinquavit ad Roma. 3. Sacrosancta mater nostra Ecclesia hodie, & deinceps usque ad diem Natiuitatis Dominicæ recolit dignissimum, iucundissimum, atque uenerabilissimū aduentū in carnem sponsi sui Iesu Christi. Quem quidem aduentū debemus celebrare tota deuotione: delectati tanta consolatione: stupefacti tanta dignatione: inflammati tanta dilectione: consolidati tanta fide. Futurus nempe fuit prænunciatus à pphetis: iuxta illud verbū prothomartyris Stephani ad Iudæos Actū. 7. dicentis. Prophetae prænunciauerunt de aduentu iusti, id est Christi, qui dicitur iustus antonomastice,

Serm. Dom. Pars Hiem.,

A ticè,



ticè, idest per quandam excellentiam. Præfens fuit demonstratus ab angelis. Vnde Lucæ. 2. dicit angelus pastoribus: Ecce euangelizo uobis gaudium magnum, quia natus est uobis hodie Saluator mundi, Præteritus fuit prædicatus ab Apostolis. Vnde. 1. Ioan. 1. dicebat beatus Ioan. iudæis: Annunciamus uobis uitam æternam, idest uerbum incarnatum quod erat apud patrem, idest in æterna diuinitate, tamen ut persona distincta ab eodem patre, & apparuit nobis, scilicet ex tempore in humanitate, ut dicit glo. interl. Hoc itaq; tam mirificum & tantis testimonijs confirmatum mysterium, utpote sic à prophetis prænunciatum, sic ab angelis demonstratum, sic ab Apostolis prædicatum, Ecclesia ordinauit perpetuè deuotè celebrandum, prout æquitas exoptulat. Vnde ad deuotè & syneerè celebrandum huiusmodi aduentum debent præcipuè tria concurrere, quæ sunt.

Vita, Æres, Cor.

PRIMO igitur uita. Nam uita Christianorum post tempus quadragesimale debet tempore aduentus esse magis religiosa & sancta, & hoc quo ad tria. Primò quidem frequentando sacramentum confessionis, per quam purgantur animæ à maculis peccatorum, & sanctificantur Deo per gratiam, iuxta illud Psal. Facta est Iudæa sanctificatio eius. Iudæa enim confessio interpretatur. Est ergo sensus. iudæa, idest confessio facta est ianctificatio peccatoris penitere uolentis. Secundò uerò cauendo non solum ab illicitis, uerumetiam à quibusdam licitis, ut sunt amplexus maritales, cibus carniuum, frequens comestio. Vnde quidam poeta. Est uirtus placitis abstinuisse bonis. Hinc est quòd iure cautum est ne àd aduentu Domini usq; ad octauam Epiphaniæ celebrentur nuptiæ ut patet. 33. quæst. 4. non oportet. Similiter. 22. quæst. 5. decreuit, dicitur q; per prædictū totum tempus non est solenniter iurandū, uidelicet super sacra euangelia, sicut fieri solet eorum iudice Ecclesiastico. Dicit tamen ibidem glof. q; huic decreto obuiat consuetudo præscripta. Patet ergo qualiter in aduentu Domini cauendum est ab aliquibus licitis. Tertio autem insistendo pluribus & maioribus bonis, utpote elemosynas abundantius pauperibus largiendo, Ecclesias plus solito frequentando, carnem durius affligendo.

gendo. Vnde Psal. Magnificètia, idest magnafacta, in sanctificatione eius scilicet temporis aduentus Domini.

SECUNDO ad deuotè celebrandum aduentu Domini aures debent concurrere, ut scilicet sint attentæ circa ea quæ dicuntur & cantantur in Ecclesia de ipso aduentu. Et hæc sunt multa & uaria. Primo enim recitantur in Ecclesia ea quæ de huiusmodi aduentu dixerunt tam propheta, quàm apostoli, quàm etiam doctores sanctissimi. Secundò in ipsa Ecclesia tempore aduentus sæpe fit mentio de beata uirgine per quam uenit. Item de Gabriele archangelo, qui eidem uirgini nunciauit Christi aduentu. Item de beato Iohanne Baptista qui eum præcurrit. Tertio tempore aduentus recolitur in Ecclesia desiderium sanctorum patrum antiquorum quod habuerunt ad ipsum aduentu ut patet in introitu missæ hodiernæ, cum dicitur in persona cuiuslibet sancti patris. Ad te leuaui animam meam, Deus meus in te confido &c. Illi ergo christiani sunt infelices qui aures suas auerunt, ne audiant magnalia huius sanctissimi aduentus: Et in hoc sunt similes iudæis, qui de huiusmodi aduentu nihil audire possunt. Non sic igitur charissimi nō sic agamus, sed quæ sunt Domini nostri Iesu Christi diligenter, & auide audiamus, instar illius eunuchi de quo legitur. Act. 8. quòd ualde libenter audiebat ea, quæ Philippus illi exponebat de Iesu. Item prædicta debemus audire cū admiratione instar Ioseph & diuæ Mariæ qui mirabantur super ijs quæ dicebantur de Iesu. Luc. 2. Insuper prædicta debemus memoriter retinere instar eiusdem christiferæ Mariæ, de qua agitur ubi supra quòd cōseruabat omnia uerba quæ dicebantur de filio suo in corde suo. Ecce qualiter aures nostræ debent concurrere ad deuotè celebrandum Domini aduentum.

Tertio ad deuotè celebrandū huiusmodi aduentum cor debet concurrere, cogitando & recogitando præcipuè tria, quæ fecit Dei filius propter nos. Primò nempe propter nos egenus factus est ut illius inopia diuites effemus, ut dicitur. 2. ad Cor. 8. Et hæc consideratio debet nos inducere ad contemptum mundi & temporalium, quæ in eo sunt. Cum enim seruus non sit maior Domino suo, consequens est dicere, quòd illi gratiuer delinquunt, qui ponunt cor suum in

diuitiis huius mundi quas propter eorū salutem cōtempse  
 Dei filius, unde Bern. Magna abūfio, & nimis magna, vt uilis  
 homuncio diues fieri uelit, propter quem Deus/maiestatis  
 pauper fieri uoluit. Secundo Dei filius propter nos summē  
 se humiliavit iuxta illud ad Phil. 2. Humiliauit semetipsum  
 formam serui accipiens, in similitudinem hominū factus, &  
 habitu inuentus ut homo, factus obediens patri usque ad  
 mortē non qualemcumq; sed uilissimam, quia mortē crucis.  
 Sap. 2. Morte turpissimā condemnem eum. Hęc autem  
 consideratio debet confundere humanā superbiam, & elationem.  
 Vnde Bern. Intolerabilis impudentia est, ut uilis  
 uermiculus in se inflet, & intumescat, ubi se exinaniuit summa  
 maiestas. Item Aug. de uerbis Domini ser. 41. Erubescat homo  
 esse superbus, quoniam factus est humilis Deus. Tertio  
 Dei filius propter nos multa mala est perpeffus. Esa. 53. Ipse  
 uulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter  
 scelera nostra. Disciplina pacis nostrę super eum, & liuore  
 eius sanati sumus. Hęc autem consideratio debet  
 retundere carnis delicias, quas multi mundani homines  
 quærunt in præfenti, quo fit, ut æternis deliciis perpetuo  
 frustrentur. Impossibile nempe est hic replere uentrem, &  
 illic mentem, atq; de deliciis ad delicias transire, ut præfentibus  
 quis, & futuris fruatur bonis, ut inquit Hiero. ad Iulianum  
 scribens. 3. parte epistolarum suarum epistola. 67. Eleuemus  
 igitur charissimi cor nostrum ad superna, mente  
 deuota reuoluentes quę & quanta fecit pro nobis Dei filius  
 in suo glorioso aduentu ad nos. Sic enim agentes imitabimur  
 diuum illum Aug. de quo refert Possidonius, quōd  
 in principio suę conuersionis non fatiabat præ dūcedine  
 mirabili considerare altitudinem consilij diuini super  
 salute generis humani. Et sic patent tria, quę debent  
 concurrere ad dignē, & deuote celebrandum Dominicum aduentum  
 in carnem.

His ergo prælibatis, ueniendum est ad expositionē epistolę  
 hodiernę, in qua tria principaliter tanguntur, quę sunt  
 Opportunitas ad bene operandum in principio epistolę.  
 Mortatio ad opus bonum, ibi:  
 Abūciamus ergo opera &c.

**Instructio**

**Instructio ad bene operandi modum, ibi, Non in comel-  
 sationibus &c.**

**PRIMO** igitur principaliter in præfenti epistola ostenditur  
 nobis ab apostolo oportunitas ad bene operandum cum ait, Fratres,  
 hora est iam nos de somno, id est de torpore, & negligentia  
 surgere, uidelicet bene operando, ut dicit glinterl. Hic ergo  
 docemur in principio aduentus Domini surgere de ocio &  
 torpore ad opera charitatis, quia sicut dicit Greg. in quadam  
 hom. Charitas operatur magna, si est, si autem reuinit  
 operari, amor non est.

**NOTANDUM** ergo est, quōd uita peccatoris, siue status  
 peccati comparatur somno propter tria.

**PRIMO** quidem propter deceptionem, siue illusionem. Est enim  
 commune, quod homo in somnis, qui sunt naturaliter, decipitur,  
 eo quod sensus humani tunc sunt ligati. Vnde aliquando uidetur  
 somniantibus, quod contrectent multam pecuniam, qui  
 excitati plane percipiunt suū errorem: iuxta illud Psal. Dormierunt  
 somnum suum, & nihil inuenerunt omnes uiri diuitiarum  
 in manibus suis. Sic & omnis peccator turpiter decipitur.  
 Præfentia de superbo, qui multa existimat de se, cum  
 nihil sit. Item de auaro, qui multum appreciat bona temporalia,  
 precipue argentum & aurum, cum tamen talia aliud non  
 sint, quam uilis terra, sicut patet in mineralibus, ex quibus  
 semper exhalat fetor mirabilis. Item de luxurioso, qui  
 dicat delectationē summā consistere in ueneris. Et idem  
 iudicium est de guloso quoad delectationem, quę consistit  
 in cibis & potibus, & sic de aliis. Bene ergo dictum  
 est in proposito Iob. 20. Velut somnium auolans non  
 inuenietur, scilicet illud, quod quærit peccator in peccando,  
 sed transiet supple delectatio, quam experitur, sicut uisio  
 nocturna. Ecce quomodo omnis peccator decipitur.

**SECUNDO** status peccati comparatur somno propter  
 effigiem. Est enim somnus secundū Philosophum quadam  
 effigies mortis, ita ut dormiens non uideatur differre à  
 mortuo præterquā in modico habitu. Quemadmodū ergo  
 dormiens caret actu omnium sensuum corporalium, sic  
 peccator spiritualium. Talis enim non audit per promptam  
 obedientiam,

dientiam, & subiectionem. Non loquitur per diuinam laudem, & confessionem. Non sentit per clementiam, & compassionem. Non se mouet per bonam, & utilem operationem. Ecce quomodo status peccati comparatur somno.

**TERTIO** status peccati comparatur somno propter aggrauationem. Somnus enim cum causetur ex abundantia humorum, siue fumorum, ad cerebrum ascendentium, aggruat humanos spiritus, ita & peccatum mirabiliter aggruat animam intantum quod trahit eam usque ad abyssum inferni. Vnde in figura huius Exo. 15. legitur quod aegyptij qui erant grauissimi peccatores, descenderunt in profundum maris rubri quasi lapis. Quinimo peccatum est grauius omni lapide. Nam lapis quantumcumque grauis quiescit super solidam terram. Peccatum uero adeo graue est quod ipsum non potest portare caelum, sicut paruit de Lucifero Esa. 14. Similiter neque terra, sicut paruit de Dathan, & sociis suis Nume. 16. Et breuiter peccatum est grauius omnibus faxis totius mundi. Quod bene considerans regius propheta de seipso loquens post commissum adulterium, proditorem, & homicidium circa militem suum Vriam aiebat: Iniquitates meae supergressae sunt caput meum, & sicut onus graue grauatae sunt super me. Denique peccatum est adeo graue, quod nisi cito deponatur & proiciatur, mox suo pondere ad aliud trahit, ut inquit Gregorius, dicit etiam Christostomus super Ioan. homil. 87. quod grauis, & onerosa res est peccatum, & omni plumbo onerosius: Bene ergo & salubriter consulit Esa. 58. cuiuslibet peccatori, dicens. Solue fasciculos deprimentes, idest peccata, quae ad instar fasciculorum deprimunt non quidem corpus, sed animam. Ecce ergo quare peccatum comparatur somno.

**QUERTIV** quando surgendum est à somno praedicto peccati. Respondetur quod cito. Hoc autem insinuat Apostolus cum in principio epistolae praemittit dicens: Hora est iam nos de somno surgere. Hora inquam, idest oportunitas, sed breuis, & dicit glossa ordinaria. Vita ergo praesens, siue tempus est opportunum ad bene operandum. Nō sic autem erit post mortem. Et ideo Salomon Eccl. 3. notat duplex tempus, scilicet tempus dilectionis & tempus odij. Primum refert ad tempus praesens. Secundum ad tempus. quod sequitur mortem.

**VERUM** autem tempus simul complectitur sapiens Eccl. 5. dicens, Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem, sed cito conuertere supp. ad eum. Subito enim uenit ira eius, & in tempore uindictae disperdet te. Ecce tempus odij. De tempore etiam praesenti quod dicitur tempus dilectionis loquitur Apostolus. 2. ad Cor. 6. dicens: Ecce nunc tempus acceptabile, scilicet ad resurgendum à somno peccati, ecce nunc dies salutis, idest hora & tempus in quo facillime possumus operari nostram salutem. Et ideo hora est, iam nos de somno surgere. ad Ephes. 5. Surge, qui dormis & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus.

**NOTANDUM** est autem circa uelocitatem surgendi à somno peccati quod sicut sunt tria quae faciunt alicum surgere uelociter quo ad corpus, scilicet etiam tria sunt quae merito deberent prouocare quemlibet peccatorem uelociter surgere spiritualiter, siue quo ad animam.

**PRIMO** enim quis cito surgit corporaliter propter loci immunditiam, sicut patet de iacente in luto, a quo cito & uelociter surgit timens ibi fedari, & à transeuntibus uideri. Et propter hanc causam debet peccator cito surgere à peccato, quia nulla immunditia, siue lutum, siue cloaca est eo immundior. ibi enim sedat miser peccator animam suam ad imaginem Dei factam. Vnde cum Dauid peccasset, clamat ad Dominum dicens, Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquae, idest peccata, usque ad animam meam, scilicet per plenum consensum, infixus sum in limo profundi, siue secundum aliam litteram in profundo limi. idest peccati. Ecce peccati immunditia.

**SECUNDO** quis cito surgit corporaliter propter ignis praesentiam. Nam si contingat aliquam domum nocturno tempore pati incendium, mox qui in lectis iacent, hoc percepto citissime surgunt, ne deuoret eos ignis. Propter hanc autem causam cito debet peccator surgere à peccato, eo quod ipsum peccatum est uelut ignis deuorans, & consumens quicquid meriti, gratiae, & uirtutis inuenit in anima. De quo merito potest intelligi illud Iob. 3. Ignis usque ad perditionem, siue usque ad consumptionem deuorans, & eradicans omnia gemina, alias germina uirtutum, & bonorum operum.

**TERTIO** quis citò surgit corporaliter propter inquietationem; sicut patet de multis delictis hominibus, qui si inquietentur à pulicibus, mox surgunt, & lumen querunt, ut lectum purgent. Propter hanc autem causam uelociter surgere debet homo à peccato, eo maximè quòd ualde molestat, & infestat humanam conscientiam, ita ut dicat Aug. li. 1. confes. Iussisti Domine, & sic est, ut pena sibi sit omnis inordinatus animus. Dicit etiam Ambli. 5. epistolarum suarum epist. 18. quòd nullus maior dolor est, quam is qui peccati mucrone uulnerat conscientiam. Ecce ergo quare citò surgendū est à peccato. Quod etiā tangit Apostolus in præsentī epistola cum ait. Hora est iam &c. Et nota quòd dicit. Hora est.

**QUARTO** etiam potest, qualiter surgendum sit à somno peccati. Ad hoc responderet, quòd conformiter ad somnum corporalem. Pro quo notandum, quòd sicut surgens à somno corporali primo aperit oculos, secundò caput erigit, tertio uestit se, quartò exit de lecto, quinto spuit, sexto caput fricat, & peccinat, præsertim si fuerit persona notabilis, & de suo corpore curiosus, ita similiter uolens surgere à peccato debet hæc omnia spiritaliter facere.

**PRIMO** enim debet aperire oculos mentis considerando diligenter ubi fuit, quia in peccato, & ideo inde dolere debet. Vbi est, quia in statu uitæ, & adhuc inueniendi gratiam Dei, & ideo inde de infinita Dei misericordia sperare debet. Vbi erit, quia tandem oportet enim comparere in propria persona in districto Dei iudicio, & ideo ualde timere habet. Debet etiam talis aperire oculos mentis, & considerare statum suum, & si uixerit secundum uocationem, in qua uocatus est, laudabiliter & uirtuosè. Quod si non, tunc debet ingemiscere, & dicere. O miser, & miserabilis, quid erit tandem de me? Ecce enim tot annis portauī habitum religionis, uel clericorum, siue curam pastorem habui, aut officium iudicaturæ, & huiusmodi, & negligentissimè me habui. Practica de quolibet statu. Hæc autem oculorum apertio est multum necessaria peccatori ad Deum redire uolenti, ita ut dicat. Seneca ad Lucilium epistola. 28. quòd initium salutis est notitia peccati: Nam qui peccare se nescit, corrigi non uult. Propter quòd Dauid post commissum adulterium clamabat

ad Dominum, dicens, Illumina oculos meos ne unquam, id est aliquando, obdormiam in morte, supple peccati. Et alibi. Deus meus illumina tenebras meas.

**SECUNDO** uolens surgere à somno peccati: debet caput erigere per spem de Dei misericordia, quæ talis est & tanta, ut dicat Leo Papa (prout recitatur. 26. q. 6. his qui tempore) quòd misericordie Dei nec mensuras possumus ponere, nec tempora definire, apud quem nullas patitur moras uenie conuersio, dicente Dei spiritu per prophetam scilicet Ezech. 18. Cum conuersus ingemueris, tunc saluus eris. Hæc ibi. Dicit etiam Isid. li. 1. de synonymis, quòd nulla culpa tam grandis est, quæ non habeat ueniam.

**TERTIO** uolens surgere à somno peccati, debet se uestire, & hoc multipliciter. Primo quidem camisia alba, & munda puritatis, quæ acquiritur per ueram contritionem de peccatis. Quam quidem camisiam debet petere à Domino, dicens cum regio propheta: Amplius laua me Domine ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me, quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper, tibi soli peccaui, & malum coram te feci. Secundò debet se uestire diploide fortitudinis, sic scilicet, quòd propter diabolicam tentationem, aut humanam uercundiam, siue propter uerba hominum mundanorum obloquentium iniqua, non dimittat opus sanctæ conuersionis iam incepere. Tertio debet se uestire tunica bonæ exemplaritatis, ut quos malo exemplo traxit ad diabolum, postmodum religiosè uiuendo Christo lucrifaciat, Iob. 40. Speciosis induere uestibus, & ad Col. 3. Induite uos sicut electi Dei. Quarto debet calciare se. Vbi per calciamenta, quæ fiunt de pellibus bouum mortuorum, designatur memoria mortis, quæ multum ualet ad prouocandum hominem, ut surgat à somno peccati. Ecl. 7. Memorare nouissimam tuam, & in æternum non peccabis. Item Hiero. 3. parte epistolarum suarum, epist. 85. Non facile in peccata labitur, qui se moriturum cogitat, & Deum sibi fore iudicem non ignorat. Quintò debet se cingere cingulo castitatis. Lucæ. 12. Sint lumbi uestri præcincti, id est ualde cincti. Vt autem hoc melius fiat debet penitens carnem suam domare ieiuniis, & abstinentia esse, & potus quam

quantum ualido permittit, ut ait Aug. in regula de comuni uita clerico. Quarto uolens surgere à somno peccati debet totaliter surgere de lecto, malam societatem penitus uitando. in cuius figuram legitur Act. 12 quod cum Petrus Apostolus esset in carcere inter duos milites, ecce mala societas, dixit ei angelus. Surge uelociter, & sequere me. Hinc scriptura Apoc. 8. loquens de mala societate sub nomine ciuitatis Babylonice, nos admonet dicens. Exite de illa popule meus, & ne participes sitis delictorum eius, & de plagis eius non accipiatis. Ac si diceret. Si fueritis participes delictorum societatis peruerse, eritis & participes damnationis illius. Cur etiam recedendum sit à lecto male societatis, apertè insinuat Hiero. 3. parte episto. suarum epist. 8. ita dicens. Certè nihil ita nocet homini, quàm mala societas. Talis enim efficitur homo qualium societate fruitur. Plusquàm impossibile puto uirum diutius in bonis permanere operibus, qui mala assidua cõuersatione utitur. Hinc Psal. clamat dicens: Cum sancto sanctus eris, & cum uiro innocente innocens eris, & cum electo electus eris, & cum peruerso peruerteris. Hęc Hierony.

QUINTO uolens surgere à somno peccati debet spuer, ut sic purget stomachum conscientie. Hoc autem fit per sacramentalem confessionem, in qua per officium lingue & oris spuuntur, & eiciuntur peccata, que grauabunt conscientiam. Hinc scriptum est. I. Ioan. 1. Si confitemur peccata nostra, fidelis, & iustus est Deus, ut nobis illa remittat, & emundet nos ab omni iniquitate. Ecce uile, & abominabile sputum, sed ualde utile, & necessaria spuitio.

Sexto uolens surgere à somno peccati debet caput suum peccinare. Per quod intelligitur elemosynarum largitio. Nam sicut homo peccinando caput suum auertit superfluitatem capillorum, sic etiam elemosyna debet fieri de superfluo, iuste tamen acquisito, & quod non subiacet restitutioni. Luc. 11. Quod superest (inquit Christus) date elemosynam, & ecce omnia munda sunt uobis. Nonne bene peccinabat caput suum ille princeps publicanorum, dictus Zacheus, quando quidem dixit Christo. Domine ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus, est quid aliquem

defraudauit

defraudauit, reddo quadruplum: Luc. 19. Vade tu diues, & fac similiter. Patet ergo, quod uolens surgere à somno peccati debet spiritualiter obseruare illa, que obseruat surgens à somno naturali, & corporali. Et sic patet ad dubium.

POSTquam ergo Apostolus premissit, siue retigit oportunitatem bene operandi, dicens: Hora est iam nos de somno surgere, consequenter predictę oportunitatis assignat duplicem rationem.

Prima ibi. Nunc enim propior est nostra salus, quàm cum credidimus. Et est sensus secundum glo. iateri. Nunc surgere debemus à somno peccati, uel à torpore, uel à salus eterna, que nobis promittitur, propior est, eo quod ianna salutis per Christum est aperta, que tempore legis antiquę erat clausa. Ideo subditur, quàm cum credidimus, id est plusquàm ante Christi aduentum. Tunc enim sciebant sancti patres se descensuros ad limbum inferni, uide Iacob dicebat Gen. 38. Descendam ad filium meum lugens in infernum. Nunc autem facile possumus cœlum intrare, iuxta illud Christi uerbum. Matth. 4. Penitentiam agite, appropinquauit regnum cœlorum. Aliam expositionem predicti uerbi dat beatus Thom. super epistolam Pauli dicens quod per salutem de qua loquitur Apostolus in presenti, intelligitur salus eterna, de qua loquitur scriptura Esa. 51. dicens. Salus mea in sempiternum erit. Ad quam quidem salutem ordinatur homo dupliciter. Primo quidem per fidem, iuxta illud Marc. 4. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Secundò uerò per bona opera, & per charitatis augmentum, iuxta illud Iaco. 4. Appropinquate Deo, & appropinquabit uobis. Vult ergo apost. dicere quod nunc quando scilicet per bona opera, & per charitatis augmentum proficimus, propior, id est propinquior est nostra salus, id est uita eterna, quàm cum credidimus, id est quàm cum à principio fidem accepimus. itera secundum eundem beati Thom. possunt predicta uerba referri ad salutem humani generis, quam fecit Christus in suo primo aduentu, ita ut intelligamus Apostolum loquentem quasi ex persona omnium fidelium, qui fuerunt à principio mundi. Appropinquante ergo iam tempore incarnationis Christi quo uaticinia prophetarum crebrescebant, poterat dici.

Nunc.



Nunc propior est nostra salus, scilicet Christus, quam cum credidimus, idest cum homines à principio ceperunt credere Christi aduentum futurum iuxta illud Esa. 56. Iuxta est salus mea, ut ueniat, & iustitia mea, ut reueletur.

**MORALITER** prædicta uerba possunt dicere ueri penitentes. Hi enim magis appropinquant suæ salutis, & uitæ æternæ, atq; misericordiæ Dei, quam cum prius existentes in peccato crederent per fidem inuiformem, maxime cum dicat Ps. 1. quòd longe à peccatoribus salus. de penitentibus uero scribitur Iacob. 4. Appropinquate Deo, & appropinquet uobis.

**SECUNDA** ratio prædictæ opportunitatis surgendi à somno peccati tangitur ab Apostolo cum subdit dicens. Nox præcessit &c. Ac si aperit diceret. Hora est iam nos de somno surgere, quia nox præcessit, dies autem appropinquauit. Quòd quidem uerbum potest multipliciter exponi.

**PRO** quo notandum quòd nox est multiplex, & quælibet habet diem suum subsequentem.

**PRIMA** igitur nox dicitur nox legis ueteris, quòd scilicet omnia in figuris contingebant illis, qui scilicet uiuebant sub ueteri lege. Vnde Apost. Col. 2. uocat sacramenta ueteris legis umbram futurorum, idest sacramentorum, & mysteriorum nouæ legis. Dies autem sequens hanc noctem est lex gratiæ, quæ rectè comparatur diei propter presentiam spiritualis solis in mundo, de quo Malach. vi. Vobis timentibus nomen meum oriatur sol iustitiæ. unde ipsemet Christus de seipso dicit Ioan. 9. Quòd iam in mundo sum, lux sum mundi. Est ergo sensus prædictorum uerborum. Nox idest lex uetus præcessit, idest, cessauit quantum ad præcepta figuralia. Dies autem appropinquauit, idest lex gratiæ prædictæ nocti successit. Et ideo amodo non est quæstio de obseruatione legalium, ne iudaizemus.

**SECUNDA** nox dicitur nox humanæ ignorantie, siue ætatis. Nam quando paruulus caret usu rationis propter defectum debite ætatis, comparatur nocti, eo quòd nihil uidet in uia morum. Vnde quicquid tunc operatur, quod de se est malum, illi non imputatur propter defectum rationis, quæ in eo sopita est, adeo quòd in hoc non differt à bruto.

Sed

Sed quàmprimū incipit, habere usum rationis, tunc uerū est de eo dicere. Nox præcessit, dies autem, idest discretionis, & iudicij naturalis, appropinquauit. Et ideo tunc debet talis rationabiliter, & discretè conuerfari. Et hoc est, quod ait Apost. de seipso loquens. 1. ad Cor. 13. Cum essem paruulus, loquebar, ut paruulus, sapiebam, ut paruulus, cogitabam, ut paruulus. Quando autem factus sum uir, euacuauit, quæ erant paruuli.

**TERTIA** nox dicitur nox culpæ. Vnde de peccatoribus loquens Psal. ait. Nescierunt, neq; intellexerunt, in tenebris ambulabant. Dies autè succedens prædictæ nocti uocatur dies gratiæ, siue status gratiæ Psal. Lux orta est iusto. De quolibet ergo peccatore iustificato per gratiam Dei uerum est dicere. Nox præcessit, idest culpa, dies autem idest gratia, appropinquauit. Huic etiam sententiæ alludit uerbū Apostoli Eph. 5. dicentis. Eratis aliquando tenebre, nunc autè lux in Domino. Ambulare ergo, ut filij lucis, idest, ut rationabiles, & illuminati à Deo per gratiam. Practica de quolibet statu.

**QUARTA** nox dicitur nox presentis uitæ. Nam totum tempus presentis uitæ cõparatur nocti propter multas proprietates ipsius noctis. Sed de multis unam tantum tangemus, quæ talis est. Tempore enim noctis animalia siluestria, ut sunt lupi, uulpes, leones, & similia, hincinde discurrunt iuxta illud Psal. Facta est nox in ipsa pertransibunt omnes bestiæ siluæ. Sic & quando durat uita præsens, demones hincinde discurrunt, ut rapiant pauperes animas. Propter quod Petrus Apostolus nos admonet dicens. Fratres sobrii estote, & uigilate, quia aduersarius uester diabolus tanquam leo rugiens circuit querens, quem deuoret. 1. Petri. 5. Status autem gloriæ comparatur claræ diei, propter claritatem immensam illius. Vnde Esa. 60. Non erit tibi amplius sol ad lucendum per diem, nec splendor lunæ illuminabit te, sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam. Meritò ergo sancti in cælo regnantes cum Deo dicere possunt cum Apost. Nox sci licet mundialis uitæ, calamitatis, & miserie, obscuritatis, & ignorantie præcessit. Dies autem claritatis æternæ appropinquauit sup. nobis. Hæc igitur dies, quam fecit Dominus, sup. lucere super nos, exultemus, & letemur in ea. Et sic patet de duplici

duplici ratione, propter quam oportunitum est surgere de somno peccati. Et hoc de primò principali.

**S E C V N D O** principaliter in hodierna epistola tangitur horratio ad bonũ opus cum ait Apost. Abiciamus ergo opera tenebrarum. Quam quidem hortationem concludit idem Apost. ex præcedentibus q. d. Si prope est nostra salus, item si nox præcessit, & dies appropinquauit, ergo abiciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis.

**P R O** quo notandum secundum glo. interli. quòd per opera tenebrarum designantur peccata, & hoc propter tria. Primò quidem, quia cõmuniter fiunt in tenebris, siue in occulto, sicut patet de furto, de adulterio, de detractioe & huiusmodi. Propterea Saluator Ioan. 3. ait. Omnis qui male agit, odit lucem, ut non arguantur opera eius. Secundò quia obtenebrant intellectu, & rationem. Hinc Philosophus in Ethicis ait, quòd omnis malus ignorans. Tertiò quia tandem perducunt ad tenebras exteriores, & æternas. Matt. 22. Ligatis manibus, & pedibus mittite eum in tenebras exteriores. Meritò ergo debemus huiusmodi opera tenebrarum abicere.

**N O T A N D V M** etiam q̄ per arma lucis designantur uirtutes secundum eandem gloss. Et hoc rationabiliter propter tria, pet quæ opponuntur operibus tenebrarum, idest peccatorum. Primò quidem quia in luce fiunt. Ioan 3. Qui facit ueritatem, supple iustitiæ, uenit ad lucem. Hoc autem tunc maximè fit, quando ad aliorum ædificationem fit, & non ad uanam gloriam. Matt. 5. Sic luceat lux uestra coram hominibus ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrẽ &c. Secundò uerò quia illuminant interiorẽ hominẽ, sicut maximè patet de fide, quæ illuminat omnẽ hominẽ uenientem in hunc mundum. Ioan. 1. idest nullus illuminatur de credendis nisi per eam, & hoc in genere causę formalis. Tertiò aut quia perducunt hominẽ ad lucem perpetuam. ideo subditur. Sic ut in die, scilicet iudicij, honestè ambulemus, scilicet ad gloriam cęlestem. Alij autem dicunt. Sicut in die honestè ambulemus. Et tunc est sensus, quòd sicut homines de die uolentes prodire in mediũ, honestè se ipsũnt, & maximè mulieres, ita etiam quandiu in præsentĩ uita su-

mus,

mus, debemus induere nos honestè armis lucis gratiarum, & uirtutum, ne appareat nuditas, & turpitudinõstra coram rege nostro Deo & militibus eius, idest angelis, & sanctis omnibus. Propter quod Apo. 1. ad Corin. 14. dicit. Omnia honestè secundum ordinem fiant in uobis.

**N O T A N D V M** est autem quòd uirtutes congruè uocantur ab Apostolo arma, quia sicut arma protegunt corpus, quando bellandum est, propter quod milites habentes hostes coram se, semper incedunt armati, ita etiam uirtutes protegunt animas nostras contra iacula, & sagittas diaboli, carnis, & mundi. Et quia dicti hostes omni hora, & momento, & in omni loco parant nobis insidias, ideo debemus semper habere huiusmodi arma supra dorsum animæ. In cuius figuram dixit Isaac filio suo Esau. Gene. 27. Sume arma tua, pharetram, & arcum. Bene ergo, & salubriter nos admonet Apost. ad Eph. 6. dicens. Accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare. Item idem ibidem. Induite uos armaturam Dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli, quoniam non est nobis collatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitie in cęlestibus. Ecce quam pulchrè Apo. in præsentĩ uocat uirtutes arma lucis, eo scilicet, quòd forrificat, ornant, & illuminant interiorẽ hominẽ, quæ etiam nunquam auferuntur, neque perduntur nisi per culpam, & negligentiam hominis. Et hoc est quod impropriet Boethius in persona Domini cuiuslibet peccatori, de consol. lib. 1. prola. 2. ita dicens. Talia tibi contuleramus arma, quæ nisi prius abiecisses, inuicta te firmitate tuerentur. Et sic patet de secundo principali.

**T E R T I O** principaliter in præsentĩ epistola tangitur ab Apostolo instructio ad bene operandi modũ, cum subditur. Non in comestationibus &c. In quibus uerbis Apostolus hortatur, & instruit nos specialiter in hoc sanctissimo tempore, in quo recolitur aduentus Domini in carnẽ, quatenus ob illius reuerentiam uitemus tria genera peccatorum, quæ sunt opera tenebrarum, uidelicet peccata gula, luxuria, ira, sive rixæ. Primum ibi: Non in comestationibus, & ebrieta-

tibus.

sibus . Secundum ibi : Non in cubilibus , & impudicitijs : Tertium ibi : Non in contentione , & emulatione supple , am bulate , sed potius ut in die honeste ambulare . Sed forsā di cet aliquis , quod ineptè per prædictas prohibiciones ostenditur bonus operandi modus . Insuper per negationes non meremur . Nam meritum consistit in actu . Ad hoc respondetur , quòd sub illis negationibus intelligendę sunt quædā affirmaciones , utpote cum dicitur : Non in comestationibus , & ebrietatibus , debet subintelligi abstinentia . Item cum dicitur . Non in cubilibus , & impudicitijs , debet subintelligi debita castitas . Similiter cum dicitur . Non in contentione , & emulatione , debet subintelligi pax , & charitas . Et iste bonus est operandi modus . Præterea bonus operandi modus perfectè , & apertè ostenditur cum subditur in fine epistolę . Sed induimini Dominum Iesum Christum , idest formā Christi , ut dicit glo . inter . scilicet imitando sanctitatem conuersationis illius . Et ad hunc sensum intelligitur illud uerbum eiusdem Apostoli ad Ephē . 4 . Induite nouum hominem , qui secundum Deum creatus est in iustitia , & ueritate . Hęc igitur est uestis nuptialis , sine qua nullus potest ingredi ad nuptias agni , alias dicitur non habenti prædictam uestem illud Matt . 2 . Amice quomodo huc intraſti non habens uestem nuptialem ? habenti uero dictam uestem dicitur . Amice , ascende superius , idest ad cęlestem gloriam . Quam nobis concedat qui in trinitate perfecta uiuit & regnat .

*Dominica prima aduentus sermo secundus de euangelio.*



**C**CE rex tuus uenit tibi mansuetus . Zacha . 9 . item Matt . 21 . Pro introductione præsentis sermonis mouetur quæstio talis .

**V**NDE est , quòd cantus lætitię non æquę bene cessat in Ecclesia tempore aduentus , sicut tempore quadagesimę . Nam tempore aduentus cantamus alleluia in officio Ecclesiastico , sicut alio tempore . Non sic autem tempore quadagesimę , ut satis constat , sed loco illius dicimus : Laus tibi Domine &c .

**R**ESPONDĒTUR ad hanc quæstionem , q̄ hoc ideo est , quia tempus quadagesimale est tempus lactus , tempus autem

**tem** aduentus est tempus lætitię & spiritualis gaudij , quòd debent deuoti christiani habere de incarnatione filij Dei . De qua etiam gauisi sunt Patriarchę , Prophete , & Angeli . De primo scribitur Iohan . 8 . Abraham , inquit Christus , uidit diem meum , idest cognouit incarnationem meam , licet à longe , & gauisus est . De secundo legitur Luc . 2 . de beato Iohan . Baptista , qui fuit propheta , & plusquā propheta , quòd adhuc in utero matris sue inclusus sensit hunc sanctissimū aduentum , & exultauit in gaudio . De tertio legitur ubi supra , quòd angeli quamuis non indigerent tantum hoc summo beneficio , ut homines , nihilominus de hoc cantauerunt suauiter dicentes . Gloria in altissimis Deo . Meritò ergo debent Christi fideles gaudere in Domino in hoc iucundissimo aduentu . Vnde Leo Papa in sermone de aduentu Domini sic ait . Considerato hoc aduentu fratres charissimi gaudeamus . Nemo ab alacritate huius diei segregetur . Exulret sanctus , siue iustus , quia appropinquat ad palmam . Gaudeat peccator , quia inuitatur ad ueniam . Denique ad prædictum spirituale gaudium nos horatior Zacharia propheta . 9 . cap . dicens . Exulta satis filia Sion . Iubila filia Hierusalē . Ecce rex tuus ueniet tibi iustus , & Saluator . cuius etiam uerba repetuntur sententialiter in Euang . hodi . à secretario Christi Mathæo , cum ait . Dicitē filie Sion . Ecce rex tuus uenit tibi mansuetus . Quę fuere uerba pro themate assumpta .

**NOTANDVM** quòd Euangelium hodiernū bis in anno legitur in Ecclesia . Primo quidem Dominica in ramis , pro quanto fit in eo mentio de ingressu Christi in ciuitatē Hierusalem , quando scilicet fuit honorificè receptus à turbis , & paruulis . Qui quidem ingressus præcessit per sex dies dominicam passionem . Secundo autē Dominica prima aduentus , pro quanto propheta Zacharię in eo contenta licet potest intelligi de aduentu eiusdem Christi in carnem . Et quia cętera in eodem Euangelio contenta magis ad primum propositū quam ad secundū pertinent , ideo cęteris omissis tantum in præsentī sermone prosequemur dictam prophetiam .

**NOTANDVM** est ergo quòd in uerbis præmissis iuxta sex dictiones in illis contentas notantur sex conditiones aduentus filij Dei in carnem , quę sunt .

Admirabilitas : quia Ecce  
Nobilitas : quia rex  
Propinquitias : quia tuus  
Humilitas : quia uenit  
Charitas : quia tibi  
Benignitas : quia mansuetus .

PRIMA igitur cōditio prædicti aduentus dicitur admirabilitas, quia ecce . Ecce enim est aduerbium admirationis, siue demonstrationis cum admiratione, sicut patet ibi Esa. 7. Ecce uirgo concipiet, & pariet filium . Rectè ergo in proposito ly ecce demonstrat filij Dei incarnationem cum admiratione, quia reuera ualde mirabile, & stupendum est incarnationis mysterium . Vnde canit Ecclesia . O admirabile commercium, creator generis humani animatum corpus sumens de uirgine nasci dignatus est, & procedens homo sine femine, largitus est nobis suam deitatem . In quibus quidè uerbis de hoc mysterio quatuor admiratione digna tanguntur . Primum est, q̄ creator humani generis assumpsit corpus animatum . Non quidem animatum anima uergetatiua, aut sensitiua tantum, sed intellectiua, neque enim anima uergetatiua, neq; sensitiua habebant congruitatem ad talem assumptionem, neq; necessitatem, quia in ipsis non habet locum peccatum . Sola ergo anima intellectiua habebat cōgruitatem, & necessitatem ad prædictam assumptionem . Congruitatem quidem in hoc, q̄ intellectiua . Necessitatem uero in hoc, q̄ peccatrix, & per cōsequens redemptione indigens . Secundū admiratione dignum est, q̄ creator generis humani de uirgine nasci dignatus est . O magnum pietatis opus, in quo filia parit patrem, ancilla Dominum, creatura creatorē, humilis sublimem, paruula immensum . Vnde canit Ecclesia in prosa de beata uirgine . Tu natura: contrarium ex angusto infinitū, uentre profers paruula . Homo Deum, stella solem, nata patrem, uirgo prolem, antiquum iuuenula . Vno sinu foveas agnum, & leonem, paruum magnum, genitorē filium . Morieturum, æternūq; , idem enim est utrunque, finis, & principium . Item in quadam alia prosa . Lactat nata genitorem; solem fouet stella, rorem fugit fons de riuulo . Tertium admiratione dignum est, q̄ in huiusmodi Incarnatione,

tionē, & Natiuitate filij Dei processit homo sine femine; quod ualde mirabile fuit . quamuis enim primus parens processerit à Deo sine femine; non tamen ex muliere . At uero Christus processit ex uirgine sine femine, quod fuit à seculari inauditum . Quartum admiratione dignum est q̄ in hac incarnatione creator humani generis largitus est nobis miseris peccatoribus suam deitatem, dum scilicet in Christo diuinitas unita est humanitati, & humanitas diuinitati . Et ut dicit Aug. lib. 13. de Trinit. ca. 19. In rebus per tēpus ortis illa gratia summa est, q̄ homo in unitate personæ coniunctus est Deo . Dicit etiam idem Aug. lib. 8. de ciui. Dei ca. 25. q̄ omnium mirabilū quincit admirationē q̄ homo diuinam potuit inuenire naturā . Et sic patet de prima conditione .

SECUNDA conditio aduentus filij Dei in hunc mundum dicitur nobilitas, quia rex, quo nihil nobilius . Poterat siquidem Deus pater ad nos redimendos destinare unum de seruis suis, id est aliquem angelum, uel hominem sanctum . At uero, ut carior, & dignior esset ipsa nostra redemptio, misit ad nos unicum filium suum sibi coequalē, cōæternum, & consubstantialē, quia rex . De quo Apo. 19. Habet in uestimento, & in femore suo scriptum : Rex regum, & dominus dominantium .

CIRCA quod notandum quod iste rex Christus habuit omnes bonas conditiones boni regis, quæ sunt liberalitas, sapientia, iustitia, misericordia .

PRIMO enim bonus rex debet esse liberalis dando magna munera, quando ubi, secundum q̄ oportet, & quibus oportet, quia ut dicit Boethius de consol. lib. 2. prosa. 5. Largitas claros facit . Vnde refert Eutropius lib. 3. de Vespasiano filio Vespasiani magni, quod tantæ liberalitatis fuit, ut nulli quicquid negaret . Super quo cum reprehenderetur ab amicis, respondit nullum tristem debere ab Imperatore recedere . Talis autem fuit Christus, de quo legitur, quod omnes qui ab eo adhuc in terris degente aliquid petierunt, exauditi sunt . Hoc autem possumus probare inductiue de multis . Primum enim legitur Matt. 8. de quodam leproso, qui cum adorasset eum dicens : Domine si uis, potes me mundare . continuo dixit ei . Volo . Mundare . Et confestim mundata

est lepra eius : Secundò legitur ubi supra, q̄ cum semel discipuli eius essent supra mare cum eo, fieretq̄ motus magnus in mari, ita ut nauis operiretur fluctibus, & ipse dormiret, excitauerunt eum discipuli dicentes: Domine salua nos: perimus. Qui surgens imperauit uentis, & mari, & facta est tranquillitas magna. Nota etiam de Petro Matt. 14. quòd cum ad Domini imperium ambularet super aquas, ut uelocius ueniret ad eum, inciperetq̄ mergi, clamauit ad eum dicens. Domine saluum me fac. Qui continuo extensa manu apprehendit eum. Tertiò legitur Luc. 18. quòd cum ad eum clamaret cecus quidam dicens: Domine ut uideam, còtinuò ait illi. Respice, & confestim uidit. Quartò legitur Luc. 23. quòd cum latro in cruce pendens dixisset ei. Domine memento mei, dum ueneris in regnum tuum, confestim ait illi. Hodie mecum eris in paradiso. Multa alia exempla possent adduci ex sacris euangelijis idem propositum confirmantia, sed ista sufficiant. Præterea idem rex noster Christus alijs modis ostendit suam liberalitatē, ut pote in remittendo peccata Magdalena. Luc. 7. Item mulieri adultera, Iohan. 8. Item paralytico ab eo curato. Matt. 9. Denique eandem liberalitatē ostendit cum Apostolis Spiritum sanctum tanquã donum preciosissimũ liberaliter, & magnificè dedit dicens. Accipite Spiritum sanctum, quorum remisistis peccata, remittuntur eis. Iohan. 20.

**S E C V N D O** bonus rex debet esse sapiens, non tantum, ut se bene regere possit, uerum etiam populum sibi subiectũ: Propter quod Salomon petijt à Domino, ut daret illi cor docile ad rectè & iustè iudicandum populum. 3. Reg. 3. Talis autem fuit rex noster Christus, cuius sapientia maximè innouit in tribus. Primò quidem in salubri consilio, quod dedit cuidam adolescenti. Hic enim cum semel ipsum Christum interrogasset dicens: Domine quid faciendo uitã æternam possidebo? ait illi. Si uis perfectus esse, uade, & uende omnia quæ habes, & da pauperibus, & ueni, sequere me. Matt. 9. Secundò in profunda illã disputatione, quam habuit anno ætatis suæ duodecimo cum doctoribus iudeorum. Luc. 2. Vnde ibi dicitur, q̄ stupebant omnes, qui eum audiebant, uis per prudentia, & responsus eius. Tertiò in fructuosa eius prædica-

prædicatione, quæ talis, ac tanta erat, ut omnes in admirationem induceret; ita ut dicerent: Nunquam homo sic locutus est, ut loquitur homo iste. Ioan. 7.

**T E R T I O** bonus rex debet esse iustus, iuxta id quod scriptum est Sap. 1. Diligite iustitiam, qui iudicatis terram. Talis autem fuit rex noster Christus. Nam ipse ostendit se amare iustitiam tripliciter, scilicet uerbo, signo, facto. Primò quidè uerbo, cum dixit Apostolis suis de principatu contentibus. Qui, inquit, maior est uestrum, erit minister uester: Matt. 20. Secundò signo cum facto flagello eiecit uendentes, & ementes de templo. Iohan. 2. Item Matt. 21. Tertiò facto, cum ait. Reddite, quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. Matt. 22. Ecce iustitia regis regum Iesu Christi.

**Q U A R T O** bonus rex debet esse misericors. vnde in law dem regum Israel dicitur. 3. Reg. 20. quòd reges Israel clementes sunt. Talis autè fuit rex noster Christus. Ipse enim misericordiã fecit super ijs qui infirmabantur in corpore, eos corporaliter sanando. Similiter super ijs qui infirmabantur in mente, eos spiritualiter curando, sicut patuit de Magdalena, & pluribus alijs. Item ipse misericordiã esse faciendã mandauit, cum ait: Estote misericordes, sicut pater uester cælestis misericors est Matt. 6. Insuper ipse misericordibus premium reppromisit dicens. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiã consequentur. Matt. 5. Ecce quam bene conditiones boni regis conueniunt Christo. Meritò ergo in præsentia euangelio conformiter ad prophetam Zachariam rex appellatur, cum dicitur. Ecce rex.

**M O R A L I T E R.** Rex à regendo dicitur. Et quia quilibet nostrum debet seipsum regere, ut bene, & religiosè conuersetur, ideo quilibet laudabiliter se regens merito rex appellatur: Quilibet ergo nostrum debet habere quatuor prædictas regis condiciones. Primò quidem debemus esse liberales dando quicquid, quomodo, ubi, quantum, & quibus oportet. Nam ut dicit Ambr. de off. lib. 1. cap. 30. Perfecta liberalitas fide, causa, loco, & tempore cõmendatur. Secundò debemus esse sapientes, & hoc in tribus: Primò quidè emendando errata, & offensas præteritas. Secundò disponendo, siue debite ordinando præsentia. Tertiò promouendo, id est protul-

uidendo futura. Sed profecto pauci ita faciunt. Et ideo merito possumus cōcludere hodie paucos homines esse sapientes super terram. Propter quod rationabiliter loquitur scriptura Deut. 32. dicens. Gens absque consilio, & sine prudentia, utinam saperent, & intelligerent, ac nouissima prouiderent. Tertiō debemus facere iustitiam de nobismetipsis, uidelicet nos puniendō in præsenti, ne nos seuerē puniat Deus in futuro: Sic enim fecit regius ille propheta Dauid post commissum adulterium. Propter quod dicebat ad Dominum. Feci iudicium, & iustitiam supple de meipso, & ideo non tradas me calumniantibus me. Quarto debemus esse clementes, & misericordes, præcipue ad quatuor hominū genera. Primō quidē ad nosmetipsos, & præcipue vbi recognoscimus nos esse peccato mortali obnoxios, unde Eccl. 30. Misereere anima tuæ placens Deo. Secundō ad peccatores, & inimicos, pro ipsis orando, ut cōuertantur ad Dominum per penitentiam. Matt. 6. Orate pro persecutentibus, & calumniantibus uos. Tertiō ad egenos, & pauperes illis temporaliter iuxta nostram facultatem, & eorum necessitatem subueniendi. Thobiaz. 4. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue. Quarto ad pauperes animas in purgatorio detentatas, piē illis subueniendi, secundum quod clamant ad nos dicentes. Misereemini mei, misereemini mei, saltem uos amici mei, quia &c. Pater ergo qualiter debemus habere prædictas regis conditiones.

**TERTIA** conditio filij Dei in hunc mundum uenientis dicitur propinquitatis, quia tuus. Nam in hoc, quod homo habet specialem propinquitatē, siue affinitatē ad nos, magis quam ad angelos. Heb. 2. Semen Abrahæ apprehendit, angelos autem nusquam apprehendit. Non sic autē est Deus pater, aut Deus Spiritus sanctus noster sicut Deus filius, quia non sunt illi homines sicut Deus filius. Bene ergo, & rationabiliter rex noster dicitur Christus, quia se nascens dedit socium, conuēscens in esulium, se motiens in precium, se regnans dar in præmiū. Et uerē noster. Tum primō, quia cū essemus ignorantes & uiam cœli nescientes, ipse tanquam sapientia Dei patris docuit nos, quod morum est, & uiam, quæ ducit ad uitam æternā, ideo cantat Ecclesia. O sapientia, quæ

ore altissimi proditi, ueni ad docendū nos uiam prudentię. Tum secundo, quia cum culpis, & pœnis alligati essemus, ipse nos soluit, & redemit. Ideo cantat Ecclesia. O Adonay, & dux domus Israel ueni ad redimendum nos in brachio extenso. Tum tertio, quia cum essemus serui diaboli, ipse liberauit nos. Ideo cantat Ecclesia. O radix Iesse, qui itas in signum populorum, ueni ad liberandum nos, iam noli tardare. Tum quarto, quia cum mala peccandi consuetudine uincti essemus, ipse nos soluit. Ideo cantat Ecclesia. O clauis Dauid, & sceptrum domus Israel, ueni, & educ uinctum de domo carceris, sedentem in tenebris, & umbra mortis. Tum quinto, quia cum tenebris obuoluti essemus, ipse nos illuminauit, ideo cantat Ecclesia. O oriens splendor lucis æternæ, & sol iustitiæ, ueni, & illumina sedentes in tenebris, & umbra mortis. Tum sexto, quia cum à Deo separati essemus, ipse nos reconciliauit, ideo cantat Ecclesia. O rex gentium, & desideratus earū, lapsiq; angularis, qui facis utraq; unum, ueni, salua hominē, quem de limo formasti. Tum septimō, quia cum essemus exules à patria cœlesti, ipse nos illic reduxit, ideo cantat Ecclesia. O Emmanuel, rex, & legifer noster, expectatio gentium, & Saluator earū ueni ad saluandum nos Domine Deus noster. Ecce ergo quare Christus specialiter uocatur rex noster. cum dicitur. Ecce rex tuus.

**QUARTA** conditio filij Dei in hunc mundū uenientis dicitur humilitas, quia uenit. In hoc ergo maxime apparuit eius humilitas, quod cum talis, ac tantus esset, ut non rapinam arbitraretur esse se æqualē Deo, quia uerē sic erat: nihilominus semetipsum exinaniuit formā serui accipiens in similitudinem hominum factus, & habitus inuentus ut homo. Humiliauit semetipsum, factus obediens usq; ad mortē crucis, ut habetur. Phil. 2. Item uenientis humilitas tangitur in illis uerbis propheticis. Eia. 9. Paruulus natus est nobis. Vnde Leo Papa in sermone. In Christo salua uiriusq; substantiæ proprietate, & in unam coeunte personam suscipitur à maiestate humilitas.

**MORALITER.** Tanta Christi humilitas debet nostrā retundere superbiā, & ad perfectā inducere humilitatē. Si enim ille, qui est infinitæ magnitudinis, factus est nostræ

salutis causa paruulus, & humilis, quanto magis debemus esse paruuli, & humiles in oculis nostris, maximè cum respectu illius quasi nihil simus. Vnde Augu. ad fratres in eremo sermo. 70. qui intitulator de commendatione humilitatis. Deus humilis factus est nostræ salutis causa Erubescat ergo superbus esse homo. Item Ber. in quodam serm. Studeamus effici sicut paruulus Christus, dicamus ab eo, quòd mitis est, & humilis corde: ne magnus Deus sine causa factus sit homo paruulus. Hæc ille.

QVINTA conditio filij Dei in hanc uallem miseræ uenientis dicitur charitas, quia uenit tibi, supple homini. O immensa Dei charitas, qui non spreuit opus manu suarum, quantumcumq; grauitèr eum offendisset homo. Quia enim homo ire ad Deum nō poterat, ideo ad eum uenit Deus. Attende igitur ò homo Dei charitatem, quia uenit tibi. Tibi, inquam, si credideris. contra te, si non credideris, ut dicit glo. ordi. Non autem dicitur angelo, non demoni. Ecce rex tuus uenit tibi. Cuius ratio est, quia angelus redemptione non egebat, demonis autem peccatum expiabile nō erat: homo autem & redemptione egebat, & illius peccatum remediabile erat. Psal. Redemptionem misit Dominus populo suo. Venit denique tibi Dei filius, peccatum tuum remittendo, uiam salutis demonstrando, gloriam celestem pollicendo, cœlū aperiendo. Hæc igitur & his similia animaduertens Leo Papa sic alloquitur hominem dicens: Agnosce ò Christiane dignitatē tuam, & diuinæ confors factus naturæ, noli in ueterem uilitate degeneri conuersatione redire. Memento cuius capitis, & cuius sis corporis membrum. Reminiscere, quia erutus de potestate tenebrarum, translatus es in Dei lumen, & regnum. Noli diaboli te iterum seruituti subiicere, quia precium tuū sanguis Christi est, qui in ueritate te iudicabit, qui misericordia te redemit. Hæc ille.

MORALITER, quemadmodū rex noster Christus uenit ad nos, totum se nobis donando, ita & nos quasi uices rependo debemus totum quod sumus, & habemus, illi offerre, iuxta illud Psal. In me sunt Deus uota tua, quæ reddam laudationes tibi. Vnde satis ad propositū refert Seneca lib. 2. de beneficijs. de quodam philosopho, qui dicebatur Aeschines,

Aeschines. Hic enim cum uideret cōsodales suos præceptorī suo Socrati multa donaria offerre, attendens suam paupertatem ait. Nihil dignum, quod tibi optime præceptor dare possim, inuenio, & ideo tibi dono me ipsum. Ad quem Socrates. Tu, inquit, magnum munus mihi dedisti, nisi forte paruote æstimas. Applicatio est facilis ex dictis.

S E X T A, & ultima conditio filij Dei in hanc uallem miseræ descendens dicitur benignitas, quia mansuetus: ad Titum. 3. Apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris nostri Dei. Ac si aperit diceret: Diuinitas filij Dei apparuit benigna, & tota mansueti, atque gratiosa in humanitate assumpta. Vnde propter ipsius Christi benignitatē, & mansuetudinē Iohani. Bap. digitoj cum demonstrans uocat eum agnum dicēs. Ecce agnus Dei. Iohani. 1. Similiter Hieremias loquens in persona eiusdem Christi dicit. Ego quasi agnus mansuetus, qui ducitur ad uictimā. Eiusdem. 1. r. Sed profectò ipse Christus, qui apparuit mansuetus tanquā agnus in primo aduentu, tandem apparebit tanquā aries cornutus in secundo aduentu. Tūc enim exaltabuntur cornua iusti, id est Christi, quia ueniet cum potestate magna, & maiestate. Vt habetur Luc. 2. 1. Sinistrum nempe cornu illius erit potestas magna, quo quidem cornu percutiet impios, & deciet in focum inferni, illens dicis: Ite maledicti in ignem æternum. Marth. 2. 5. Dextrum uerò cornu huius arietis erit maiestas magna, quo quidē cornu exaltabit electos in cœlū, dicens illis. Venite benedicti patris mei, possidete regnū &c. ubi sup.

MORALITER. Si uelimus ueraciter sequi Christum, debemus esse benigni, & mansueti, mites & tranquilli, ita ut neminē contristemus uerbo, signo, aut factu, nec similiter ab alijs quantumcumq; peruersis, & iniurijs irriterur, seu ad impatientiam pertrahamur. Ad quod faciendum tria debent nos inducere. Primum est exemplū sanctorū uiuorum. Et iterum istud est multiplex. Primum est de Christo, de quo dicitur. 1. Pet. 2. quòd cum malediceretur, non maledicebat, & cum pateretur, non cōminabatur. Secundū est de Dauid, qui fuit adeo mitis, & mansuetus, quòd cum aliquando haberet Saulem in manu sua, ita ut facilliter posset eum occidere, illi tamen pepercit semper, quamuis ipse Saul quereret

cum interficere. Itē prohibuit Abifai ne interficeret Semel, qui eidem maledicebat: ut patet. 2. Reg. 16. Propter quod ipse orabat Dominum dicens. Memoro Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. Tertium exemplū est de Abraham, qui ut legitur Gen. 13. dicebat ad Loth: Non sit iurgium quęro inter me, & te: fratres enim sumus, id est cōsanguinei. Quartum exemplum est de Ioseph, de quo legitur Gen. 45. quod cum fratres sui descendissent in Aegyptum, ut cibos emerent, & eos cognouisset, non impropertauit illis, q̄ eum uendissent: quinimo benignę eos consolatus est dicens. Ne timueritis, pro salute enim uestra misit me Dominus ante nos in Aegyptum. Secundū nos inducens ad benignitatem, & mansuetudinem est pręmium reprimunt, de quo Matthęi. 5. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram, supple cęlestem. Item in Psal. Mansueti hereditabunt terram. tertium est supplicium uitandū, siue timendū. Nam ut habetur Eccl. 28. Qui uindictam uult, a Deo inueniet uindictam. Simus ergo charissimū mites, & mansueti, ut tandem possidere possimus terram cęlestem. *Quam nobis concedat &c.*

**SERMO TERTIVS PRO PRIMA**

Dominica aduentus in quo tractatur de consilio inito in curia cęlesti, in quo fuit conclusum, q̄ filius Dei deberet incarnari pro salute generis humani. Requere hunc sermonem inter sermones de imitatione sanctorum, in principio sermonum de comuni sanctorum.

*Dominica secunda aduentus sermo primus de epistola.*



V AECVNQVE scripta sunt, ad nostram doctrinā scripta sunt. 1. ad Rom. 15. Notandum quod multiplex est scriptura, uidelicet uana, curiosa, lucrosa, saluberrima. In prima student poęta, in secunda philosophi, in tertia iurista, in quarta theologo.

De prima loquitur Hieronymus secunda parte epistolarum suarum, epistola. 15. ubi exponens illud quod legitur Lucę. 15. de filio prodigo, quod cupiebat implere uentrem suum de siliquis, quas porci comedebant, dicit, q̄ demonibus

abus sunt carmina poetarum, quę sua omnes suauitate delectant. Verum ubi fuerint summo cum studio, & labore perfecta, nihil aliud nisi inanis sonus, & sermonū strepitum suis lectoribus tribuunt. Nulla ibi futuritas ueritatis, nulla ibi refectio iustitię reperitur. Studiosi eorum in fame ueri, & uirtutū penuria perseuerant. Hęc igitur scriptura poetica cum sit uana, non est ad nostram doctrinā scripta, & ideo nō est a Christianis legēda. Sic enim cauetur in iure dist. 37. cap. ideo. ubi introducuntur uerba Isidori de summo bono lib. 3. ca. 13. sic dicitis. Ideo prohibetur Christianis signemata legere poetarum, quia per oblectamenta inanium fabularum mentem excitant ad incentiua libidinum.

**D**e secunda scriptura, quę dicitur curiosa, & in qua student philosophi, loquitur Ambrosio. serm. 11. super Psal. Beati immaculati. ubi exponens illum uersum, Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non uerba tua, dicit, q̄ narratores superflui sunt sicut hirudines, eo quod suauitatem disputationis continuatione loquacitatis corrumpunt. Propter quod Hiero. 3. parte epistolarū suarum, epistola. 14. cap. 11. uocat prædictam scientiā fatuam, & amatores suos fatuos, ita dicens. Attende & tu fatuorū sapientū princeps Aristoteles, qui fuisti prodigium, grandeq; miraculū in tota natura, cui pene uideatur infusum, quicquid naturaliter est capax genus humanum, quoniam sapientia huius mundi stulticia est apud Deum, si charitas non informat, si intellectus non capiatur ad fidem: Hęc ille. Vituperabile igitur est prædictis scripturis, scilicet poetarum, & philosophorum se totum dedicare, quamuis liceat ad horam, & raptim intendere, ut scilicet sciatur, quid ueritatis, aut falsitatis contineant, ut notatur in decre. dist. 37. turbat.

**D**e tertia scriptura in qua student Domini iuriste, aduertendum, q̄ hęc iterum est duplex secundū quod est duplex ius, scilicet canonicū, & ciuile. Si igitur sit quæstio de iure canonico, tunc dicimus, quod quęcumq; in eo scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt. Et hoc potissimū uerum est quantum ad decisiones sacrorum conciliorū, quę ibi reuidentur, & similiter quantum ad dicta sacrorum doctorum, quę ibi inseruntur. Si uero sit quæstio de iure ciuili, tunc dicendum,



dicendum, quòd quæ in eo scripta sunt, ad cõmunem reipublicæ utilitatẽ, & similiter ad pacificam hominum cohabitationem scripta sunt.

DE quarta scriptura in qua student theologi, loquitur Psal. dicens. Lex Domini immaculata conuertens animas, testimoniũ Domini fidele &c. Et de hac scriptura præcipuè uerum est, quòd quæcunq; in ea scripta sunt, ad nostram doctrinã scripta sunt. Sola enim hæc scriptura docet perfectè, & plane quid credendum, ut hæc articuli fidei, quid agendum, ut sunt diuina præcepta, quid fugiendũ, ut sunt uitia, quid timendum, ut sunt æterna tormenta, quid appetendũ, & desiderandum, ut sunt celestia gaudia. Bene ergo de hac scriptura sacra loquitur Paulus in uerbis præmissis, dicens: Quæcunq; scripta sunt, ad nostram &c.

IN præsentĩ sermone non est intentionis meæ discutere epistolam præsentẽ per singula, tum propter illius prolixitatem, tum propter eiusdem obscuritatẽ, quæ quantumcunq; elucidetur, paruam ædificationem afferet rudi, & simplici populo, cui tamen utilis esse cupio. Tantum ergo immorandum est circa propositionem in themate sumptam, quæ dicit: Quæcunq; scripta sunt, ad nostram doctrinam, idest instructionem, & informationem scripta sunt.

NOTANDVM ergo quòd in sacra scriptura multa sunt scripta ad nostram doctrinã, sed de multis tantũ differemus de operibus sex dierum, de quibus planè loquitur primum cap. libri Genesis. Primò igitur ibi scribitur, q̄ in prima die, quæ nunc uocatur dies Dominica propter reuerentiã Dominicæ Resurrectionis, Deus creauit cælum, & terrã. In quibus uerbis cælum præponitur terræ. Hoc autem factum est ad nostram doctrinam, ut scilicet discamus spiritalia esse à nobis præferenda temporalibus. Ad quod etiam faciendum nos instruit Christus Marr. 6. dicens: Quærite primum regnum Dei, & iustitiã eius, & hæc omnia, scilicet temporalia, & uitæ necessaria, adiciantur uobis: Sed contra hanc doctrinam faciunt multi auari, & cupidi, qui totum studium, & cor ponunt circa temporalia, & de spiritualibus raro, aut nunquã cogitant; ita ut uix audiant missam integrã in die Dominico, aut festo, cum tamen dicat decretum de consec-

dist. 3.

dist. 3. ieiunia. quòd die Dominica nihil aliud agendum est, nisi Deo uacandũ. Nulla operatio in illa die sancta agatur, nisi tantum in Hymnis, & Psalmis, & canticis spiritalibus dies illa transigatur. Ad idem facit ca. conquestus. extra. de ferijs. similiter. C. de ferijs. l. dies festos. prohibetur ne die feriatõ actus iudicialius exerceatur, aut tempus in uoluptati- bus, & ludis impudicis occupetur.

SECUNDO scribitur ubi supra, q̄ secunda die Deus fecit firmamentũ in medio aquarum, quod diuidebat aquas ab aquis. Vbi notandum q̄ per firmamentum in proposito intelligitur octaua sphaera, supra quam est nona sphaera, quæ uocatur cælum chrytallinum, siue aquosum propter sui diaphaneitatem. Sub dicta autem octaua sphaera sunt alie septem sphaere, in quibus sunt septem planetæ, & sub illis septem sphaeris sunt quatuor elementa, de quorũ numero est aqua. Et sic patet quomodo firmamentũ, idest octaua sphaera, factum sit à Deo in medio aquarum, & quomodo diuidat aquas ab aquis. Et dicitur firmamentũ à firmitate, & soliditate, eo scilicet q̄ sit solidum, & firmum. Hoc autẽ opus ad nostram doctrinam, & instructionem factum est, ut scilicet discamus firmiter diuidere, & discernere inter aquas quæ sunt sub firmamento, ab his quæ sunt supra firmamentum. Vbi per aquas quæ sunt sub firmamento, intelligitur gratia mundana, quæ fluit, & de facili amittitur. Propter quod Proverb. 3. uocatur fallax gratia. Hoc patuit in Aman, qui cito perdidit gratiam regis Assueri, adeo quòd cum secundus esset post regem, tandẽ suspensus est in patibulo, quod parauerat Mardocheo. Hester. 7. Per aquas uerò, quæ sunt supra firmamentum, intelligitur gratia diuina, uirtutes, & merita, de quibus Esai. 12. Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris. Quod autẽ tales aquæ sint supra firmamentum, patet per illud Iaco. 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectũ desursum est, descendẽs à patre lumine. O q̄ male discernũt inter istas duas aquas mundani, & peccatores, qui ponũt cælũ deorsum, & terrã sursum, in hoc scilicet, q̄ plus sollicitant de temporalibus, q̄ de spiritualibus.

TERCIO scribitur ubi supra, q̄ tertia die Dominus segregauit terram ab aquis, & facta est arida. Præterea eadem

die

die ad imperium omnipotentis Dei terra protulit herbam viuentem, & facientē semen iuxta genus suum, atq; lignum faciens fructum. Hoc autem opus ad nostram doctrinā scriptum est, & factum. Nam per primū instruimur, quod debemus abucere aquas deliciarum, & uoluptatum, ut appareat arida, idest conscientia pura, & munda. Cuius contrarium faciunt multi miseri peccatores, apud quos terra mixta est cum aquis superfluarum deliciarum, & ideo sunt sicut paludes immundissimæ in quibus habitant ranæ, idest illi tres spiritus, scilicet auaritiæ, luxuriæ, & superbiæ, qui in modum ranarum uisi sunt à Iohāne Apoc. 16. Et ideo de maligno spiritu scribitur Iob 40. quod dormit, idest requiescit in locis humentibus. Et sic patet, quid per primum, quod egit Deus tertia die, designatur. Per secundum uerò in quo legitur Dominum dixisse: Germinet terra herbam uiuentem, & lignum pomiferū &c. designatur q̄ terra humanæ conscientiæ debet germinare, & producere opera sancta, & uiuenta per gratiam, & charitatem. Item debet producere lignum pomiferum, idest opus meritorium iuxta genus suum, idest secundum conditionem, & statum uniuscuiusq;. Practica de uirginibus, uiduis, & uxoris. Item de laicis, clericis, & religiosi. Item de nobilibus, caudicis & rusticis. Item de diuitibus & pauperibus, & sic de alijs. Sed pro dolor, inter homines, qui sunt uelut arbores ambulantes super terram: (ut dixisse fertur ille cæcus à Christo illuminatus, de quo Marci. 8.) multi sunt habentes radicem mortuam, ut sunt illi, qui carent charitate Dei, & proximi. Et ideo nō mirum si nō producant fructū boni operis, quia, ut inquit Gregori. homi. 27. Non habet aliquid uiriditatis ramus boni operis, si non manet in radice charitatis. Item Aug. de uerbis Domini sermo. 50. Adde charitatem, profunt omnia, detrahe charitatē, nihil profunt cetera, dicente Apostolo. 1. ad Cor. 13. Si distribuero omnia mea pauperibus, & tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Hæc ille. Dicit etiam idem Aug. eo. lib. sermo. 12. quodd sicut radix omnium malorum est cupiditas (ut dicit Apostolus. 1. ad Timo. 6.) ita radix omnium bonorum est charitas. Hæc ibi.

QUARTO

QUARTO scribitur in primo capite Genesis q̄ quarta die Dominus ornauit opera sua, quæ primò fecerat, & signanter superiora, utpote cælos, iuxta illud Iob: 2. 6. Spiritus eius ornauit cælos. Talis autem ornatus fuit, q̄ fecit ipsa superiora pulcherrima, utpote producendo in cælo solem, lunam, & stellas, quibus nihil est in mundo isto pulchrius. Item attende q̄ Deus prius ornauit superiora, quam inferiora. Nam superiora ornauit feria quarta, inferiora uero feria sexta, ut patet. Gen. 1. Hæc autem omnia fecit Deus ad nostram instructionem, ut scilicet discamus, q̄ superior pars Ecclesiæ, quæ consistit in clericis, & Ecclesiasticis uiris, debet esse ornatio in omni sanctitate, & iustitia, quam inferior pars eiusdem Ecclesiæ, quæ consistit in laicis. Et hoc etiam designant ornamenta, & uestes Ecclesiæ, quibus induuntur, quoties accedant ad diuina. Ad hoc etiam admonet eos Saluator. Matt. 5. dicens: Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrū, qui in cælis est. Item Thren. 4. de statu clericorū, & sanctitate eorum sic dicitur: Candidiores Nazarej eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo. Vbi per Nazareos, qui olim Domino consecrabantur, designantur uiri Ecclesiastici, qui in susceptione sacrorū ordinum consecrati sunt Domino, & in sortem eius uocati. Hi ergo Nazarej debent esse candidiores niue, per sanctā, & integram castitatē, Nitidiores lacte, per honestam conuersationē, & exemplaritatem. Rubicundiores ebore antiquo, per feruentem Deī, & proximi charitatem. Et nota circa hoc, q̄ sicut inter corpora cælestia luminosa aliqua sunt pulchriora alijs, sicut sol in ordine ad lunam, & stellas: item luna in ordine ad stellas, ita etiā in statu Ecclesiastico, quanto quis est superior, tanto plus lucere debet, tum per doctrinæ eminentiam, tum per uitæ sanctimoniam.

QUINTO scribitur ubi supra, quod Dominus qui quarta feria nauerac superiora, idest cælos, consequenter feria quinta ornauit media, scilicet aerem, & aquam, in aere multiplicando aues, in aqua uerò pisces. Nec tamen hoc tantū fecit ad ornatum duorum prædictorū elementorū, uerū etiam ad sustentationem hominis, quia post diluuium tunc

QUE,

aves, quàm pisces sunt homini in cibum concessa, ut patet Gen. 9. Hæc autem ad nostram doctrinâ facta sunt. Propter quod Iob. 1. 2. dicitur: Interroga uolatilâ cœli, & indicabûr tibi, loquere terræ, & respondebit tibi, & narrabit pisces maris, ubi glo. ord. Si hos requiris, creatorem omnium Deum facientur. Vel dic, quod interrogare creaturas est earum naturas, & uirtutes considerare. Et responsio earum consistit in hoc, quod ex tali consideratione, homo affurgit ad quandam spiritualem, & moralem instructionem.

NOTANDVM ergo primò, quòd sunt tria in quibus nos instruunt cõmuniter aues, & pisces. Primum est quòd cauda fe regunt, per quod instruimus, quòd debemus regere nos consideratione mortis, quæ est cauda nostra. Quantum autem ualeat prædicta consideratio, patet per illud Eccl. 7. Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Secundũ est, quòd sunt uelocis motus, per quod instruimur uitare accidiam, & promptè operati, quod bonum est. unde Eccl. 3. 1. In omnibus operibus tuis esto uelox. super quo glo. ord. dicit, quòd hic monet nos sapiens, ne tempus perdamus, sed bene operemur. Nam secundum Philosophum in Ethi. consiliari debemus morosè, sed exequi uelociter bene consiliata. Et istud est contra procrastinantes penitentiam, dicentes cum coruo: Cras, cras, quorum quemlibet reprehendit scriptura Eccl. 5. dicens: Non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem. Cuius causa subditur, cum dicitur: Subitò enim, id est in speratè ueniet ira eius &c. Tertium est, quòd sunt ualde pauidi, per quod instruimur semper pauere, & timere iudiciũ Domini, horam mortis, & horrorem inferni. Propter quod dicit scriptura Prouer. 28. Beatus homo, qui semper est pauidus.

Notandum secundo, quòd sunt tria, in quibus specialiter nos instruunt aues. Primum est, quòd cõmuniter habitat in locis altis. Propter quod uocantur in sacra scriptura uolucres cœli, per quod instruimur habitare in cœla per mentis contemplationem, ita ut merito possimus dicere cum Apostolo ad Phil. 3. Nostra conuersatio in cœlis est. Secundũ est quòd illæ, quæ sunt corporis tenuis, melius uolant, sicut uidemus in hirundinibus, quæ autem habent corpora grossa,

& pin-

& pingua, difficilius uolant sicut pater de cignis, auis, gallinis, & huiusmodi. Per quod datur nobis intelligi, quòd illi, qui corpus suum attenuant ieiunijs, abstinentijs, uigilijs, disciplinis, & deuotis peregrinationibus, sunt aptiores ad uolandũ in cœlum, quàm illi crapulosi, qui epulantur quoti die splendide corpora sua more porcorum superflue impinguantes. Tertium est, quòd quando eleuantur à terra, tunc dirigunt se directè contra impetum uenti. Per quod instrui mur tendendo in cœlum non debere cedere tentationibus, quinimo contra eas fortiter, & uiliter dimicare. Vnde de sanctis Dei amicis dicitur ad Hebr. 1. 1. quòd fortes facti sunt in bello, quod scilicet gesserunt contra carnem, mundum, & diabolum.

NOTANDVM tertio, quòd sunt tria in quibus specialiter nos instruunt pisces. Primum est, quòd de facili computrescunt, quando sunt sine aqua. Per quod instruimur, quòd illi homines, qui sunt sine aqua gratiæ Dei, computrescunt in oculis Domini, & sanctorum eius. Vnde Psal. in persona cuiuslibet peccatoris, Putruerunt, & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ. Istud autem potissimum habet uerum de uiris lubricis, de quibus Iohel. 1. Computruerunt iumenta in stercore suo. Super quo Greg. in Mora. Iumenta computrescere in stercore suo est homines carnales in seibus luxuriæ uitam finire. Secundum est, quòd quando sunt in bono statu, & pingues, tunc semper ascendunt. Quando uero sunt macilentis, tunc descendunt. Per quod datur intelligi, quòd uiri boni, & iusti quanto meliores, tanto plus ascendere uolunt de uirtute in uirtutem. Et per oppositum mali quanto plus descendunt per uitæ demeritum, tanto plus descendere satagunt, quia teste Greg. peccatum quod per penitentiam citò non diluitur, mox suo pondere ad aliud trahit. Tertium est, quòd sunt sine coitu. Per quod instruuntur uiri Ecclesiastici, & religiosi abstinere à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam. Et licet omnes extra matrimonium degentes ad hoc obligentur, præcipue tamen Ecclesiastici, & religiosi, uim propter uotum implendũ, tum propter scandalum uitandũ. Patet ergo multiplex instructio, quàm dant nobis tam in generali, quàm in particulari, tam aues, quàm pisces. Et sic patet diffusè de opere quinte diei.

Sexto scribitur ubi supra, quod Dominus ornatis superioribus, & medijs partibus uniuersi, nihil uolens relinquere inornatum, tandem ornauit infimam partem eiusdē uniuersi, scilicet terram, producendo animalia terrestria, pariter & hominem ad illius ornatum. Vt autē relictis alijs animalibus, de hominis formatione (quod magis pertinet ad nostram edificationem) loquamur, considerandū est, quod Deus in productione ipsius multa fecit, quorum.

Quaedam pertinent ad eius dignificationem.

Quaedam pertinent ad eius humiliationem.

Quaedam pertinent ad eius instructionem.

PRIMO igitur Dominus in productione hominis quaedā fecit, quæ pertinent ad ipsius dignificationem, seu dignitatem. Et hæc iterū fuerunt tria. Primum est, quod fecit eum ad imaginem, & similitudinem suam, ut habetur Gen. 1. Secundum est, quod factus est Dominus omnium rerum inferiorum, iuxta illud Psal. Omnia subiecisti sub pedibus eius, oves, & boues uniuersas, insuper & pecora campi, uolucres cæli, & pisces maris. Tertium est, quod omnis alia creatura præter angelum facta est propter hominem, etiam ipsi cæli. In cuius rei signum ipse homo ultimo factus est, tanquam finis omnium, ut patet Gen. 1. Finis autem est sit ultimus in executione est, tamen primus in intentione, ut habetur. 2. Physic. Finis etiam est dignior his, quæ sunt ad finem. Ecce quomodo Deus in productione hominis ipsum dignificauit in tribus. Sed prohdolor ipse homo peccando perdidit imaginem gratiæ Dei, & factus est ad imaginē, & similitudinem bestiarum, & brutorum animalium, ut pote leonis per superbiam, apri per iracundiam, lupi per auaritiam, & rapinam, uulpis per dolositatem, porci per luxuriam, asini per pigritiam, & sic de alijs, prout per pulchrē deduxit Boethius de consola lib. 4. prola. 3. Vnde in Psal. Mutauerunt gloriam suam in similitudinem utiuli comedentis fenem. Quod impropèrās idem Psal. ipsius peccatoribus ait. Vsq̄quo facies peccatorū sumitis? Ecce primum malum, quod incurrit homo peccando. Secundo ipse peccando prouocauit cōtra se omnem creaturā propter suam ingratiudinem. Qui enim offendit regem, prouocat contra se omnes de familia illius. Sap. 5. Pugnabit cum illo orbis terrarum cōtra inensatos.

Hinc

Hinc est, quod animalia multa aduersantur homini, etiam usque ad uermiculos, & pulices. Tertio ipse peccando, & ab obedientia sui plasmatoris, & superioris recedendo amisit (iusto Dei iudicio) obedientiam suorum inferiorum, & hoc in penam suæ inobedienciæ.

SECUNDO principaliter Dominus in productione hominis fecit quædam, quæ pertinent ad eius humiliationē, & hoc ne superbiat de tanta dignitate triplici, de qua dictū est im mediatur. Hæc autē sunt tria, Primum est, quod creauit eum, non inter angelos, aut in cælo, sed inter animalia terrestria; ut patet Gen. 1. Secundum est, quod de uili materia formauit corpus illius, scilicet de limo terræ, ut patet Gen. 2. Cum. n. secundum Philosophos terra sit sex aliorum elementorum, sequitur, quod Deus non potuit ipsum hominem de uiliori materia formare. Tertium est, quod nō formauit eum in paradiso terrestri, sed extra ipsum, uidelicet in campo Damascæ nō. Hoc autem rationabiliter fecit Deus, ne scilicet crederet paradiso sibi ex natura competere. Quia ergo prædicta triplex dignitas poterat esse occasio primo parenti superbiendi, nisi præsertim haberet aliqua repressiua, idē fecit tria im mediatur dicta ad reprimendam superbiam ipsius.

TERCIO principaliter Dominus in productione hominis quædam fecit, quæ pertinent ad illius instructionem. Hæc autem sunt tria. Primum est, quod fecit eum ex corporali, & spiritali substantia adiunxerunt unitis, ut & per hoc ipse homo facilius caperet per fidem illam ineffabilem unionem diuinitatis, & humanitatis in Christo futurā. Nam teste Athanasio in symbolo, sicut anima rationalis, & caro unus est homo, ita Deus, & homo unus est Christus. Secundum est, quod fecit eum solum inter cætera animalia erectæ figuræ, & staturæ, & hoc, ut ipse homo intelligeret se debere esse erectum mente sursum ad Dominum, & nō ad terrena, ut cætera animalia, quæ terram respiciunt. Hinc Boethius de cons. lib. 5. metro. 5. ait. Vnica gens hominum celsum leuat altius cacumē, id est caput. Atque leuis recto stat corpore; despiciatq̄ terras. Hæc nisi terrenus male desipit admonet figura. Qui recto cælum uultu peris, ex erigis; frontem, id est erigis. In sublime feras animam &c. Tertium est; quod posuit radicem eius sursum, scilicet caput, a quo sicut à radice in plantis

C 2 auant

fluunt omnia. Vnde homo dicitur anthropos apud Græcos, idest arbor euersa. Et per hoc instruitur homo, quod sicut arbor omnia trahit à terra per humorem inde procedentem, ita quicquid boni habet homo, habet illud à Deo per gratiam, secundum quod Paulus de se ipso loquens aiebat. Gratia Dei sum id; quod sum. 1. ad Cor. 15. Parent ergo tria, quæ fecit Deus in productione hominis, quæ pertinent ad eius instructionem. Resolutoriè ergo possumus ex præcedentibus concludere, quod quæcumq; scripta sunt in capite libri Genêsis de operibus sex dierum, ad nostram doctrinam, & ædificationem scripta sunt, ut per patientiam, & consolationem scripturarum spem habeamus, sup. tandem perueniendi ad diem illum magnum sabbati, idest requiei æternæ. Quam nobis concedat qui &c.

*Dominica secunda Aduentus, sermo secundus de Euangelio.*



**E**RUNT signa in Sole, & Luna, & Stellis. Luc. 21. Pro introductione præsentis sermonis mouetur questio talis. Vnde est, quod Dominus noster Iesus Christus tam frequenter locutus est in sacro Euangelio de extremo, & tremendo iudicio? Nam de eo, & de signis ipsum præcedentibus loquitur præsens Euangelium, ut satis constat. Item Euangelium, quod legitur feria secunda post primam Dominicam Quadragesimæ, item Euangelium de decem uirginibus, quod legitur de cõmuni uirginum, & sic de multis alijs. passibus sacrorum Euangeliorum præter alias scripturas utriusque testamenti.

Respondendo, & dico, quod ad hoc potest dari duplex ratio. **P**RIMA est, ut ex tam frequenti repetitione timor incutiat malis, & peccatoribus, ut sic retrahantur à suis culpis. Nec certè mirum si terror futuri iudicii timorem incutiat malis, maximè cum illud ualde timeant iusti, & sancti Dei amici. Vnde Dauid quamuis sanctissimus propheta esset Domini, nihilominus ipsum summè timebat, ita ut diceret ad Dominum. A iudicij tuis timui, & ideo feci iudicium, & iustitiam, supple de me ipso. Dicit autem pluraliter à iudicij tuis timui, propter duplex Domini iudicium, scilicet particularè & generale quorum utrunq; timendū est, & formidandū nunc.

**M**IS. Ipsum etiã timebat barbatus ille Hiero. qui super Matt. sic ait. Siue comedã, siue bibam, siue aliud aliquid faciã, semper uox illa uideretur sonare in auribus meis, surgite mortui, uenite ad iudiciũ. Quoties diè iudicij cogito, totus corde, & corpore cõtremisco. Si qua præsentis uitæ est lætitia, ita agèda est, ut nunquã amaritudo futuri iudicij recedat à memoria.

**S**ECONDRA ratio est, ut Dominus nos præparatos inueniat. Vnde Hiero. super Matt. Non est nostrum nosse tempora, idest non expedit nobis diem iudicij nosse, sed semper in eerti de aduentu iudicij sic quotidie uuamus, quasi die altera iudicandi simus. Hæc ille. Et hoc est, quod loquitur Christus Matt. 24. dicens. Estote parati, quia nescitis qua hora, filius hominis uenturus est. Hinc etiã Grego. in homil. hodierna ait: Dominus, ac redemptor noster paratos nos inuenire desiderans, senescit mundum quæ mala sequantur, denunciat, ut nos ab eius amore compeecat. Quid autem accidere debeat illis, qui ante tam terribile iudicium nõ se diligenter præparãt, apertè insinuat Augu. ad fratres in Eremo serm. 16. qui intitularat de inobedientia, ita dicens. Si ante illud terribile tribunal Christi uacui, vel denudati apparuerimus, tunc sancti nobis nõ subuenient, quia tempus nõ erit miserendi, & misericordiã impetrandi. Etiã fugiet à ianua paradisi uirgo Maria, insuper oēs tunc cõtra nos erunt. Abraham cõtra inobedientes, Isaac cõtra impatientes, Iacob contra negligentes, Ioseph cõtra incontinentes. O quã durè tunc reprehendentur inobedientes per uenerabilè patrè obedientiæ Abraham! Quam fortiter reprehendentur impatientes per sanctũ Isaac, & sic de alijs. Hæc ibi. Præparemus igitur nos charissimè ante iudicij diè. Sic enim uult Christus, qui tam frequenter locutus est de huiusmodi iudicio. Nec certè, ut inquit Augu. de uerbis Domini serm. 31. fieri potest, ut Christus, qui in tantis uerax apparuit, de die iudicij mendax sit. De quo etiã loquitur in Euangelio hodierno, & signanter de signis, quæ ipsum præcedent, cum ait: Erunt signa in Sole &c.

In præsentè ergo Euangelio de tribus principaliter fit mentio, uidelicet.

- De signorum præcessione, in principio Euangelij.
- De iudicij apparitione: ibi. Tunc uidebunt &c.
- De electorum cõsolatione: ibi. Leuate capita uestra &c.

PRIMò igitur fit mentio de signis, quæ præcedent diem iudicij, cum dicitur: Erunt signa in sole &c. Qualia aut erunt illa signa, quæ præcedent iudicij diem, hoc nõ exprimit Lucas. Matthæi tamen 24. dicitur, quòd ante iudicij diem sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cælo. Idem etiam dicitur Mar. 13. Et de huiusmodi signis Ion ge ante prophetatum fuerat. Esa. 24. ubi sic legitur: Erubescet luna, & cõfundetur sol: Item de hoc apertius prophetatum fuit Iohel. 2. ubi sic dicitur: Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, antequã ueniat dies Domini magnus, & horribilis, id est dies iudicij, qui erit dies Domini, quia à Domino electus, & præordinatus. Item magnus, quia omnes ibi comparebunt. Item horribilis quantum ad impios, & peccatores. Sensus ramen huius literæ talis est, quòd sol conuertetur in tenebras non secundum rem, sed secundum apparentiam, eo quòd tunc abscondetur lumen illius. Item luna conuertetur in sanguinem, similiter non secundum rem, sed secundum apparentiam, sicut uideetur apparenter rubea cum patitur eclipsim. Similiter quod scribitur in Matthæo, quòd stellæ cadent de cælo, nõ est intelligendum, quòd stellæ realiter sint casuræ de cælo, quia ibi sunt perpetuæ, & immobiliter affixæ, quæ hoc debet referri ad quasdam impressiones ignitas, quæ à uulgo uocantur stellæ. Ante ergo iudicij diem cadent de nubibus cæli huiusmodi exhalationes, seu impressiones ignitæ etiam abundantius, & crebrius solito, ita ut terrorem inferant uidentibus, & aspicientibus. Nec quidem ante iudicij diem solum apparebunt signa in corporibus superioribus, de quibus iam dictum est; uerum etiam in istis inferioribus. Vnde subditur in Euang. Et in terris prætura gentium præ confusione sobitus maris, & fluctuum, &c. De multitudine autem huiusmodi signorum, aduertendum, quòd, in historia scholastica enumerantur quindecim, quæ cõtingent uarijs diebus, scilicet quindecim. Predicta autem signa refert Hiero. se in annalibus hebræorum reperisse, De illis tamen dicit Beatus Thom. in 4. sen. quòd non habent multam rationem uerisimilitudinis, nec ea asserit Hiero. tanquam uera, sed refert ea se legisse ubi supra: Verum autem huiusmodi dies futuri sint continuè se habentes, uel interpolatè, relinquitur ibidem sub dubio: Et quia huiusmodi signa

sunt

sunt satis communia, ideo ea hic enumerare non curauit.

MORALITER primò per signum, quod apparebit ante iudicij diem in sole, quod erit obscuritas illius, ut dictum est, designatur obscuritas, & defectus fidei ueri solis Iesu Christi, qui est sol iustitiæ. Quæ quidem obscuritas ualde magna erit ante iudicij diem, & hoc propter paucitatem uerorum Christianorum. Et hanc obscuritatem solis uoluit innuere Christus. Lucæ 18. cum ait. Filius hominis ueniens sup. ad iudicium, putas inueniet fidem in terra? Et nota secundum gl. interli. quòd hic loquitur Christus de fide perfecta, quæ per dilectionem operatur. Tunc ergo erunt ualde pauci ueri Christiani. Quod præuidens, Psal. ait. Saluum me fac Domine, quoniam defecit sanctus.

VEL die moraliter, quod sol est prælator magnus, qui debet esse totus luminosus per eminentem scientiam, quam etiam debet clericis sibi subditis cõmunicare. In cuius figuram legitur. 1. Macha. 6. quòd refulsit sol in clypeos aureos, id est prælator in presbyteros, & resplenduerunt montes, id est principes seculares ab eis. Nam tales, & signanter curam animarum habentes debent instruere populum sibi subditum tam nobilem, quàm ignobilem. Sed prohdolor iste sol, qui prius totus luminosus erat, hodie conuersus est in tenebras, quia loco prælatorum literatorum, qui olim illuminabant Ecclesiam, quales erant August. Ambro. Grego. Hilarius, & similes, hodie successerunt prælati ignari, imbecilles, & indocti. Quod lamentando præuidebar Psal. cum aiebat. O mater Ecclesia, pro patribus tuis nati sunt tibi filij. Ac si apertè diceret, pro prælati morigeratis, & sensatis, qui olim in Ecclesia præsidebant, hodie successerunt uiri sensu paruuli, uel ad literam iuueniculi, & fatui, qui stercorem lectum suum, & gremium Ecclesiæ. Nec certè hodie de talibus sunt tantum canonici, aut archidiaconi, uerum etiam maiores prælati. Propter quod subditur. Constitues eos principes super omnem terram. Quia serè ubi terrarum, hodie inueniuntur tales prælati, qui potius indigerent regi, quàm alios regere. Sed uhe terre, cuius rex puer est, & cuius principes mane comedunt. Eccl. 10. Sed qui sunt illi principes, qui mane comedunt? Certè sunt illi prælati, qui priusquam in uina Domini laborauerint, accipiunt refectionem tempo-

alis emolumentis suorū beneficiorū, cum tamen Apō. dicat. 2. Theff. 3. Qui nō laborat, non māduerit: Ecce ergo quō sol Ecclesiæ obfcuratus est cum virtus & doctrina non est in ea.

**MORALITER** secundū per signum, quod apparebit ante diem iudicij in luna, quæ conuertetur in sanguinē: designatur, q̄ ecclesia significata per lunam, eo quod à Christo illuminatur, sicut Luna à Sole, erit tota sanguinea in fine seculi ex eo, quod illi, qui erunt in ea fideles materiali gladio occidentur ab infidelibus, & satellitibus Antichristi. Similiter illi duo viri sanctissimi Enoch, & Helias, qui de Paradiso terrestri mittentur ad prædicandum contra Antichristū, tandem occidentur, & fundent sanguinem suum propter Christum: ut legitur Apocal. 11.

**VEL** dic in eodem sensu morali, quod Luna est ecclesia, ut prius dictum est. Quæ quidem Luna iam conuertitur in sanguinem per amorē carnalem hominum ad consanguineos, & nepotulos suos. Vnde frequenter uidemus Principes, & quoscumque homines cum ad senium tendunt: auaros euadere, & iniuste diuitias accumulare pro nepotulis suis, ut sic nomen eorum non deleatur ex toto per mortē. Et quia pecunie obediūt oīa: ut h̄c Eccl. 10. ideo magno pōdere auri & argenti emunt vile, & inutile pondus terrenarū possessionū, ut fiat magni inter hoīes, cum tñ dicat Ps. in persona dñi. Nō congregabo conuenticula eorū de sanguine. Ac si apertē diceret dñs, q̄ talis accumulatio non placeat illi: nisi forsā fiat à tali uiro, qui sit sapiens opere, & sermone ad edificandum ecclesiam, & qui querat in ea prodesse, & non præesse.

**MORALITER** tertio per signum quod apparebit ante diem iudicij in stellis, quæ cadent de celo in terram, designatur, q̄ clerici, & religiosi, qui significantur per stellas, ante iudicij diem cadent à uitæ perfectione, & à sancta contemplatione in terram per auaritiā, & implicationem negotiorū secularium, cum tamen Apōst. 2. Ti. 2. dicat, q̄ nemo militās Deo implicat se negotiis secularibus, v̄ ei placeat, cui se probauit. Practica quomodo multi talium hodie sunt procuratores, & receptores Dominorum temporalium contra cōmuniem dispositionem iuris tam ecclesiastici, quā ciuilis.

**VEL** dic in eodem sensu morali q̄ per stellas intelliguntur ecclesiæ doctores. iuxta illud Dan. 12. Qui ad iustitiam

erūdiant plurimos: quasi stellæ in perpetuas æternitates, supple erunt. Nōnulli ergo talium circa finem seculi cadent de celo, uel quia deficient à fide ecclesiæ, quæ celum dī, sicut prob̄ dolor hac tempestate liquidē patet de quodā nephandissimo heresiarcha dicto Luther cū complicibus suis: qui quæ tunc cum quæ à sancta Sede Apostolica iustissimē condemnatus: non tamen cessat ab iniquitate sua. Vel quia recedunt à studio sacrę scripturæ, quæ Celum dicitur, uacantes studijs gentilium Philosopherum, & Poetarum. Contra quos inuenit beatus Hieronymus, prout recitatur in decretis dist. 37. sacerdots. ita dicens: Sacerdotes Dei uidemus omīssis Euangelis, & prophetis comedias legere, amatoria bucolicorum uerbum suum uerba cātare, Virgilium in manibus tenere, & id quod in pueris adest causā necessitatis, crimen in se facere uolunt. Hęc ille ad Damafum Papā scribens de filio prodigo.

Quia ergo prædicte Stellæ ignora bunt scripturas diuinas, ideo de facili cōuincuntur à prædicatorib. Antichristi falsę, & tortuosas dictas scripturas exponentes, quibus illi rīdere nō poterunt. Et sic patet expositio illius textus præsentis Euangelij in quo dicitur: Erunt signa in Sole, & Luna, & Stellis.

**NOTANDVM** est autē q̄ præter tria prædicta signa describuntur, & tanguntur in eodem Euangelio alia quatuor. **PRIMUM** ibi: Et in terris pressura gentiū. De qua quidem pressura plenius loquitur Matt. 24. dicens. Consurget gens contra gentem, & regnum aduersus regnum, s̄ per bella, & erunt terremotus, pestilentię, & fames per loca, initia dolorū hęc. Hęc enim omnia plus inualescēt appropinquante mundi termino, quā hactenus.

**SECUNDVM** signum ibi: Prę confusione sonitus maris, & fluctuū. Erit. n. ante iudicij magnus sonitus, & tumor aquæ est maris, ita ut quadraginta cubitis eleuentur supra mōtes, & postea plus solito deprimentur secundum Hiero. ubi supra de 15. signis loquentem.

**TERTIVM** signū ibi: Arescentibus hoībus præ timore, & expectatione, quæ superueniēt uniuerso orbi. i. præ terrore signorū, & tribulationum. Nā tūc erit tribulatio magna, quæ illis non fuit ab initio mundi, neq̄ fieri, ut h̄c Matt. 24. Durabit autē ista persecutio tribus annis cū medio: ut legit Dan. 12.

**QUARTVM** signum ibi: Nam uirtutes cælorum moue-

mouebuntur, ubi per uirtutes cœlorum designantur angelicæ potestates, quæ mouebuntur per admirationem signorum terribilium, quæ præcedent diem iudicij Iob. 26. Columnæ cœli contremiscunt. Vnde Chry. super Matth. in opere imperfecto, homil. 23. dat talem similitudinem dicens. Si rex terrenus processurus contra aliquam expeditionem mandat in populo, dignitates omnes mouentur, exercitus excitatur, rota ciuitas feruet: quanto magis rege cœlesti exurgente iudicare uiuos, & mortuos angelicæ uirtutes commouebuntur, hæc ille, hinc canit ecclesia. Tremant Angeli, & Archangeli. Item per uirtutes cœlorum possunt intelligi uniuersi electi: qui mouebuntur in die iudicij præ horrore eorum, quæ tunc uidebunt fieri. Da exemplum de aliquo manente in supercilio montis, qui si uiderit aliquam ciuitatem perire incendio, uel absorberi terræ hiatu, naturaliter horret, licet tamen sciat incendum ad se non posse ascendere. Ita in proposito electi, uidentes sub se reprobos cruciari ab igne conflagrationis, qui præcedet iudicij diem, naturali quodam horrore mouebuntur. Vel dic, quod per uirtutes cœlorum intelliguntur interiores uirtutes iustorum, quæ mouebuntur in fine seculi, id est titubabunt in seipsis tentationibus impulsæ, etsi non lapsæ. Et hoc est, quod loquitur Christus Matthei. 24. dicens, quod erit talis, ac tanta tribulatio, ut in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi. Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro, sed propter electos breuiabuntur. Hæc ibi. Et sic patet, de primo principali.

SECUNDO principaliter in presenti euangelio fit mentio de iudicis apparitione, cum subditur. Tunc uidebunt, supple omnes tam boni, quam mali, filium hominis, id est Christum in forma humana, tamen glorificata, uenientem ad iudicium in nube, id est, in aere, ubi stans iudicabit habens secum signa uictoriae sue, scilicet elauos, lanceam, coronam, & crucem, cum potestate magna, & maiestate, qui in primo aduentu uenit cum humilitate magna, & infirmitate. Et tunc maxime implebitur illud Christi uerbum. Omnis, qui se humiliat, exaltabitur. Tunc etiam cognoscetur dominus iudicia faciens, qui nunc ignoratur iniuria pati-

tens,

tens, ut dicit de uos Bernard.

NOTANDVM est autem pro ampliori elucidatione materia iudicij finalis, quod sicut in iudicio humano quatuor personæ requiruntur, scilicet iudex, reus, accusator, & testis, ut notatur. 4. quest. 4. nullus unquam, item ca. sequenti, quod incipit, nullus introducat, ita etiam fiet in generali iudicio.

PRIMUM igitur iudex erit Christus, de quo dicitur in symbolo apostolorum, quod iudicaturus est uiuos, & mortuos. Et Iohan. 5. dicitur de eodem. Potestatem dedit ei, scilicet Deus pater Christo, iudicium facere, quia filius hominis est. Item Act. 10. Constitutus est a Deo patre iudex uiuorum, & mortuorum. Hanc igitur potestatem iudicandi quasi delegatæ accepit a Deo patre ipse Christus per meritum suæ passionis. Propter quod post suam resurrectionem, dicebat. Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra. Matth. 28. & Iohan. 5. Pater noster iudicat quemquam: quia ut dicit gloss. ordi. ibidem, persona patris in iudicio non apparebit, neque etiam Christus in eo, quod Deus, sed tantum in forma serui, ut possit etiam ab ipsis uideri. In forma ergo, in qua iniuste iudicatus est, iuste ipse iudicabit. Ideo sequitur in textu Iohan. Sed omne iudicium dedit filio. Sed nunquid Deus pater iudicabit authoritatiue unum quemque in die iudicij? Certè sic. Quod ergo dicitur Pater non iudicet quemquam, sed omne iudicium dedit filio: sic debet intelligi secundum Dominum Hugonem Cardinam. in postilla sua, quod Deus pater non iudicat quemquam per se, scilicet sine filio, uel contrariè iudicio filij, sed omne iudicium dedit filio, id est genuit eum iudicem secum. Quamuis ergo ipse Christus uirtute diuinitatis sit, celebratur, uniuersale iudicium, hoc tamen erit in forma humanitatis gloriose apparentis, ut sic possit ab omnibus tam bonis, quam malis uideri. Nam in forma diuinitatis ab impijs minime uidebitur. Cuius ratio est: quia diuinitas non potest à quocumque clare uideri absque summo gaudio. Tale autem nunquam communicabitur reprobis, iuxta illud Esa. vii. Tollatur impijs, ne uideant gloriam Dei. Secus autem de uisione humanitatis Christi glorificatae. Nam cum non sit summum bonum, uideri potest absque consolatione. im-



mo cum maximo dolore, & tristitia. Da exemplum de se  
 cæ, quæ oculis ægris est odiosa, quæ tamen puris est ama-  
 bilis. Quinimmo ipsi reprobi ex tali uisione humanitatis  
 Christi glorificatæ tantam penam sustinebunt, quod dic-  
 ent montibus, cadite super nos, & collibus, operite nos,  
 & abscondite à facie sedentis super thronum, & ab ira agni,  
 quoniam uenit dies magnus iræ ipsorum. Et quis poterit  
 stare? Apocal. 6.

NOTANDUM est autem de isto iudice Christo, quod est ual-  
 de timendus, & hoc propter quatuor rationes, propter quas  
 aliquis iudex timetur in terris. Prima est, quando est supre-  
 mus, & à quo appellari non potest. Vbi autem non est su-  
 premus, ab eo appellari potest, & ita non tantum timetur à  
 reo, sicut patet de quodam malefactorè in ciuitate Ebroycen-  
 sè, qui cum duceretur ad patibulum, & uideret populum  
 currentem ad locum supplicij, cœpit ridere. Qui, cum  
 interrogaretur de causa risis sui, respondisse fertur. Rido  
 eò de isto populo, qui tam inaniter se fatigat. Cumque  
 tandem conscendisset summam escæ, conuertit se ad iudicem,  
 & ait. Domine iudex ego de sententia uestra appello.  
 Quo dicto iustus est deponi, & ad superiorem iustitiam  
 parlamenti Rothomagen. destinari. Sed talis appellatio  
 in hoc tantum illi profuit, quod prolongauit sibi ui-  
 tam per breues dies. Secunda ratio, cur timetur aliquis iudex  
 in terris est, quando est ualde potens; & cuius potentiam  
 difficile est subterfugere. Tertia ratio est, quando est  
 ualde sapiens. Vnde de rege Salomone legitur tertio Regum,  
 tertio quod cum populus Israel audiuisset iudicium,  
 quod fecerat inter duas mulieres meretricies, timuerunt  
 regem, uidentes sapientiam Dei esse in eo ad faciendum iudicium.  
 Quarta ratio est, quando est iustus, & rectus, nec  
 corruptus donis, aut muneri bus.

PROPTER HAS autem rationes iudex noster Christus est  
 ualde timendus ab uino quoque nostram. Primo quidem  
 quia supremus, cum sit Deus uerus, & equalis patri secundum  
 diuinitatem. Secundo uero, quia potentissimus, &  
 cuius potentia nemo resistere potest. Nam adeo potens est,  
 quod domitur à mari usque ad mare, & à flumine usque ad  
 terminos orbis terrarum. Ipse nunc tempus est, qui ait, Matthei 23.

Data est mihi omnis potestas in Cælo, & in Terra. Tertio au-  
 tem, quia sapientissimus. Nam in eo sunt omnes thesauri  
 sapientiæ, & scientiæ Dei absconditi. Quarto, & ultimum, quia iustus, &  
 ualidus. Pater addet unicuique iuxta opera sua. Nemo uult licet poterit corruptum  
 pi muneribus, & donis, quia eius sunt omnia. Psal. 104. Adia-  
 ni est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & uniuersa  
 qui habitant in eo. Et alibi. Si queriero, non dicam tibi,  
 meus est enim orbis terræ, &c. Vnde Bernard. epist. 1.  
 Veniet dies iudicij, ubi plus ualebit pars uerbi, quam  
 astuta uerba, & conscientia bona, quam mansupia plena,  
 quandoquidem iudex ille, nec falleretur uerbis, nec fle-  
 cteretur donis. Bene ergo ad propositum loquitur Salo-  
 mon Prouerb. 6. dicens. Zelus, & furor uiri, idest Christi,  
 non parcat in die uindictæ, supp. miseris peccatoribus,  
 nec acquiescet cuiusquam precibus, nec suscipiet pro  
 redemptione dona plurima. Patet ergo de iudice, qui præ-  
 fidebit in die iudicij. Hic potest haberi sermo, contra hu-  
 manos iudices: quorum iudicium sepe corrumpitur timore,  
 munere, odio, amore, ut dicit Gregorius. Et notatur in  
 decretis. 11. q. 3. quatuor modis. Item duobus alijs capitulis  
 sequentibus.

SECUNDO in generali iudicio reus erit, quilibet pec-  
 cator, cui dicit iudex Christus cum rubore, & furore il-  
 lud Psalm. O miser peccator, tu odisti disciplinam, &  
 proiecisti sermones meos retrorsum, idest, contemp-  
 sisti monita salutis, quia ad te misi, ut te à peccato re-  
 uocarem, Insuper ecce quid fecisti. Si uidebas furem,  
 currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam pone-  
 bas. Os tuum abundauit malitia, idest, blasphemia,  
 periurio, & mendacio, & lingua tua concinnabat dolos,  
 idest fraudes, & deceptiones. Insuper sedens, aduersus  
 fratrem tuum loquebaris, scilicet de eo detrahendo,  
 & aduersus filium matris tuæ, idest, Ecclesiæ ponebas  
 scandalum. Hæc fecisti, supple in uita tua, & tacui, per  
 patientiam, & te ad penitentiam expectando. Et quia  
 penitentiam agere noluisti super tot, & tantis malis,  
 ideo nunc arguam te, & statuam contra faciem tuam,  
 supple omnia mala quæ operatus es. O quanto igitur rube-

te, & confusione replebitur, tunc miser peccator: maxime autem, quia tunc videbit iudicem supremum, tam terribiliter eum increpantem, & neminem se defendentem. Vnde tunc merito dicere poterit illud Psal. Considerabam ad dexteram, & ridebam, si supple aliquis sanctorum loqueretur pro me. Sed profecto non erat qui cognosceret me. i. qui me cognoscere uellet per compassionem, sed omnes contra me locuti sunt dicentes. Non sit illi adiutor: supple quispiam nostrum. Vnde de uotis Ber. lib. suarum medic. c. 2. satis ad propositum loquitur dicens: Vhe mihi misero peccatori, cum tenerit illa extremi iudicii dies, & hora, & aperti fuerint libri, in quibus omnes actus mei, & cogitationes Deo presente recitabuntur: Tunc demisso capite pro confusione male conscientie stabo trepidus, & anxius: ut pote commemorans commissa scelerum meorum. Et cum diceretur de me: ecce homo, & opera eius: heu quantum tunc erubescam. Tunc reducam ante oculos meos omnia peccata mea. Quadam namq; ut diuina fiet, ut cuique opera sua bona, uel mala in memoriam reuocentur, & mentis intuitu mira claritate ceruantur. Et quod nunc confiteri erubescimus: tunc omnibus manifestabitur: hæc ille. Ecce igitur quam stupidus apparebit quilibet reprobos in die iudicii.

TERTIO in iudicio generali comparebit accusator contra reos, nec quidem unus solum, uerum meriam multi. Quia enim iudex neminem sine accusatore debet condemnare, ut cauter. 2. 3. q. 4. si quis peccantem, nisi forsan ubi crimen est publicum & notorium: ut notatur. 2. q. 1. de manifesta. ideo in iudicio illo generali aderunt plures accusatores contra reprobos.

PRIMVS erit diabolus totus astutissimus, & callidissimus. Et de isto accusatore dicit Iohan. Apoc. 12. q. proiectus est i. finaliter projicietur in terram supple infernalem, accusator noster Satanas, qui accusabat fratres ante Deum die, ac nocte. Item beatus August. epistola 111. ad Iulianum comitē scribens ait. Præsto tunc, scilicet in iudicio: erit diabolus obiiiciens nobis quæcunque fecimus, & in quo loco: & in qua hora peccauimus, & quid boni tunc facere potuimus. Diciturus est enim ille aduersarius, Equissimæ iudex iudica hunc hominem esse meum ob culpam: qui tuus no-

luit

luit esse per gratiam: Tuus est per naturam: meus est ob miseriam. Tuus est ob passionem, sed meus ob suasionem. Tibi inobediens, mihi obediens. Iudica illum meum esse: & mecum damnandum fore. Mecum puniri debet: quoniã quem dignatus es tanto precio liberare: ipse se mihi postmodum uoluit libenter obligare. Heu poterit ne talis aperire os, qui talis ibi inuenietur, ut iuste cum diabolo deputetur. Hæc August. ubi supra.

SECUNDVS accusator erit multitudo sanctorum, quia accubant reum de eo, quod non enim eorum frequenter assumpsit in uanum. Item de eo, q. festa eorum, & præsertim quæ erant de præcepto Ecclesie obseruanda: male seruauit. Similiter ceteri electi quibus damnosus fuit in uita: presentis ipse reus eum constantem accusabunt, iuxta illud Sap. 5. Stabant iusti in magna constantia, scilicet ad accusandum aduersus eos qui se angustauerunt, & qui abstulerunt labores eorum. Item Apoc. 5. dicitur quod sancti clamabant in celo dicentes. Visque Domine sanctus, & uerus non iudicas, & undicas sanguinem nostrum ab ijs, qui sunt in terra? Et dictum est illis. Suffinete modicum, donec impleatur numerus fratrum uestrorum: scilicet usq; ad iudicium.

TERTIVS accusator erit ueritas creaturarum, siue totus mundus. Sap. 5. Armabit creaturam, scilicet ad accusandum, ad ultionem inimicorum Deus. Vnde Grego. Si quis ris qui te accusabit in die iudicii, dico tibi, quod totus mundus. Nam offensio creatoris: offenditur totus mundus. Vnde Chrysost. In illa die nihil est, quod respondeamus: ubi Cælum & terra, Aqua, Luna, Sol, Dies, & Noctes, & totus mundus stabunt contra nos ad accusandum. Nam si terra loqui posset, tunc diceret. Optimè iudex ego istos iniquos peccatores diu sustinui, ut per me ambularent. Ego illis dedi herbas uirides, pulcherrimos flores, & suauissimos fructus ex arboribus, animalia plurima, metalla præciosa, & lapides, ut uobis libentius seruirent. Ipsi autem uallibus abusi sunt, nec uobis ex tantis beneficijs gratias reddiderunt: & ideo a me absorbeantur. Item aqua dicere posset. Magnæ Domine & laudabilis nimis: ego ex ordinatione uestra incipiam præbui istis nephadis peccatoribus in refrigerium

contra

contra æstum, in lotionem contra immunditiam, in materiam sacramenti baptismi, contra maculam peccati, in transitum per naues ad negociandum, pisces in me natantes illis dedi in cibum. Sed his omnibus beneficijs uestris per me illis collatis ipsi abusi sunt, & ideo à me submergantur: Similiter aer tunc dicere possit. Ego dedi istis ingratissimis peccatoribus auium multitudinem, in escam: pluuiarum ad irrigandum terras, & prata eorum abundantiam, spiramentum ad interiorum refrigerationem, & quia his omnibus beneficijs fuerunt ingrati: ideo in me suspendantur, & suffocentur. Tandem ignis dicere possit: ego præbui talibus calorem naturalem, sine quo uiuere non poterant. At illi ingrati fuerunt de ufu meo, nec cognoscere uoluerunt conditorem suum & meum: ideo à me sine consumptione perpetuo exurantur. Similiter, Sol, Luna, & Stellæ prædictis reprobis impropere qualiter ingrati fuerunt de claritate, quam illis ex ordinatione sui auctoris exhibuerunt. Propter quod instabant pro condemnatione sua. Patet ergo quomodo omnipotens Deus armabit totum mundum in die iudicii in ultionem inimicorum suorum peccatorum.

**QUARTO** in die iudicii aderunt multi testes contra infatos peccatores qui testificabuntur oia qui prædicti accusatores adducent contra eos cõtinere omnimodam ueritatem.

**PRIMUM** igitur testis erit propria conscientia, iuxta illud ad Rom. 2. Testimonium illis reddente conscientia eorum. Nam tunc conscientia, siue synderesis remordebit, quando scilicet peccator accipiet iustam sententiam damnationis suæ pro omnibus peccatis suis & dicet: Merito iste homo damnari debet, quia talia & talia fecit quæ negare non potest. Tunc ergo conscientia singulorum erunt quasi quidam libri aperti, continentes res gestas, ex quibus iudicium procedet. Da exemplum de registris ex quibus procedit humanum iudicium. Et de istis libris dicitur Apoc. 20. apertus sunt libri, & alius liber apertus est, qui est liber uitæ, & iudicati sunt mortui ex ijs, quæ scripta erant in libris secundum opera illorum. Vbi per libros apertos intelliguntur conscientia singulorum, & per alium librum apertum intelligitur sententia iudicis Christi, quæ est in eius prouidentia descripta. Quod autem hoc debeat intelligi de aliquo

quo libro materiali, hoc reprobatur Aug. in de ci. Dei. lib. 22. quia nimis magnus esset liber ille, etiam in quo solum scripta essent facta, & acta unius hominis, quantum magis de factis, & actis omnium hominum? Insuper nimium tempus requireretur ad legendum ab omnibus tantum librum. Sed hoc intelligendum est modo prædicto.

**SECUNDO** testis erit Angelus bonus, & præcipue qui datus est homini in custodiam. Et de tali teste potest intelligi illud Iob. 16. Ecce testis meus in celo, & confesio mea in excelsis. Item illud eiusdem Iob. 20. Reuelabunt caeli, idest Angeli, iniquitatem eius, scilicet testificando contra unumquemque peccatorem de omnibus malis, quæ gessit, etiam malis cogitationibus. Et quamuis pro nunc sancti angeli, non cognoscat directe humanas cogitationes nihilominus tunc cognoscent, & hoc diuina uirtute singulariter cooperante. Nam, ut dicit Beatus Tho. 4. sen. dist. 43. q. ult. in generali iudicio oportet quod diuina iustitia omnibus appareat, quæ nunc in plerisque latet. Sententia autem dånatis Dei uel præmiis non potest esse iusta, nisi proferatur secundum merita, uel demerita hominum. Et ideo sicut oportet, quod iudex, & assessor iudicis cognoscat merita causæ, ita etiam oportet ad hoc, ut sententia appareat iusta, quod merita innotescant omnibus sententiam cognoscentibus. Vnde sicut unicuique nota erit sua præmiatio, uel damnatio, & similiter omnibus alijs innotescet, ita oportet, quod sicut quilibet sua merita, uel demerita reduceret ad memoriam, ita erit & aliena merita, uel demerita eius cognitioni subiaceant. Et tali ergo modo Angeli boni uidentes aperte peccata malorum etiam quantumcunque occulta, poterunt contra eos testificari, ut dictum est, & præcipue diuina uirtute operante talem notitiam, & hoc ideo ut sententia summi iudicis Christi iusta appareat. Et sic patet de secundo teste contra malos in die iudicij.

**TERTIUS** testis erit idem qui, & iudex, iuxta illud Hiere. 29. Ego ero iudex, & testis, dicit dominus. Item Malach. 3. Ero testis uelox omnibus maleficis, adulteris, periuuris, &c. Iste autem testis non testificabitur ex auditis ab alijs, sed ex uisus, ut habetur. Hebre. 4. Omnia nuda sunt, & aperta oculis eius: Sed forsan dices hoc non esse consonum equitati, ut quis sit iudex, & testis in eadem causa, hoc enim uer-

Ser. Do. G. Pep. Pars Hiem, D tant,

tant iura, ut patet. 4. q. 4. nullus unquam . Ad hoc rñderur, q̄ hoc tantum habet ueritatem in iudicio humano, secus autem in iudicio diuino . Nam in illo non repngnat eandem personam simul fungi officio iudicis, & testis . Deus ergo in finali iudicio, ut testis manifestabit occulta hominum, & ut iudex sententiabit, insuper sententiando exprobrabit peccatores, in hæc uerba secundum Chryso. dicens. Ego propter uos homo factus sum, propter uos delusus, alligatus, cæsus, & crucifixus . Vbi est tantarum iniuriarum mearum fructus . Ecce precium sanguinis mei quem dedi in redemptionem animarum uestrarum . Vbi est seruitus uestra, quam mihi pro precio sanguinis mei dedistis . Hæc ille. Item August. in uigilia Penteco. ser. 1. ad idem propositum in perso na domini loquitur dicens . O miser peccator ego de limo terræ proprijs meis manibus te feci quoad corpus , quo uero ad animam te ad imaginem , & similitudinem meam formaui . Ego te inter delicias paradisi primum collocaui, sed tu mandatum meum contemnens, deceptorum potius quam me sequi uoluisti . Cæterum expulsus de paradiso iure peccati, uinculis mortis tenebaris, propter quod uirginalem uterum introiui . Demum in præsepio expositus , & pannis inuolutus iacui . Post hæc irriditum palmas , & sputa suscepi, a cetum felle mixtum bibi, cæsus flagellis , uepribus coronatus, cruci affixus, uulnere perfoßus, animam in tormentis dimissi, ut te à morte eriperem . Ecce clauorum uestigia quibus affixus pependi . Ecce perfoßum uulnerebus latus . Suscepi dolores tuos, ut tibi gloriam darem . Suscepi mortem tuam, ut tu in æternum uiueres . Cur ergo perdidisti quod pro te perculi ? Cur ingræte redemptionis tuæ muneribus renunciaisti ? Cur me grauiore criminum tuorum cruce, quam illa, in qua quondam pependi , afflixisti ? Deinde post pauca concludit idem Augu. ita dicens . Ut ergo tam dura , & tam terribilia ante tribunal illius iudicis non mereamur audire, dum adhuc cum dei adiutorio in nostra potestate est, consideremus conscientias nostras , & si aliqua crimina necdum elemosynis, & orationibus purgata adhuc in nobis cognoscimus, portum penitentię Christo iuuante intrare festinemus . Hæc ille . Patet ergo de triplici genere testium contra reprobos testificantium in

die

die iudicij . Et per consequens patet de secundo principali præsentis euangelij .

TERTIO principaliter in hodierno Euangelio fit mentio de electorum consolatione, quam sup. habebunt in fine sæculi . Ideo subditur. Leuate capita uestra, uos, sup. electi, quoniam appropinquat redemptio uestra . Nam dies iudicij quamuis reprobis sit terribilis, tamen electis debet esse consolabilis : quia tunc de maximis pœnis, & angustiis transferentur ad æternam gloriam . Deinde dat talem similitudinem, dicens, Videte ficulneam, & omnes arbores, cū productum, &c. Sub exemplo ergo arboris docet cognoscere aduentum consummationis . Nam sicut productio foliorum, & fructuum in arboribus signum infallibile est, uicinę estatis, ita commotio præriorum, & signorum quæ præcedent iudicij diem, & præcipuè illa quæ tanguntur in principio huius euangelij, indicium est propinque consummationis sæculi, & futuræ resurrectionis corporum atque glorificationis eorum, & hoc uocat Christus redemptionem ipsorum electorum . Quam quidem redemptionem nobis tandem conferat mundi redemptor Iesus Christus, qui cum patre, & Spiritu sancto uiuit, & regnat. Amen .

*Dominica tertia Aduentus, Sermo. I. de Epistola.*



Ic nos existimet homo, ut ministros Christi. 1. ad Corin. 4. Duo sunt magni domini, diabolus scilicet, & Christus . Primus usurpauit, secundus proprietarius, primus superbissimus, secundus humillimus, primus nequissimus, secundus optimus, primus crudelissimus, secundus humanissimus, primus retributor nequissimus, secundus retributor magnificentissimus . De primo scribitur Iob. 41. quod ipse est rex super omnes filios superbię . De secundo uerò dicitur. Apoca. 19. quod ipse est rex regum, & dominus dominantium . Videat ergo unusquisque cui istorum dominorum seruire uelit : quia ut habetur. Mat. 6. Non potest quis Deo seruire, & mammonę . Quod si queramus ab Apostolo Paulo cui potius seruire debeamus, profecto respondebit, quod Christo. Vnde & in themate ad hoc nos admonet di-

cens. Sic nos existimet, &c. In præfenti ergo epistola Apostolus Paulus de tribus principaliter nos admonet uidelicet .

D E fidei ministracione, & dispensatione in principio epist.

D E iudicij mundani despectione ibi, mihi autem pro minimo, &c.

D E eiusdem iudicij uitatione, ibi. Itaque nolite ante tempus, &c.

PRIMUM igitur in hac epistola fit mentio de fidei ministracione, & dispensatione mysteriorum Dei, cum ait Apostolus. Sic nos existimet homo, &c. Ac si apertè diceret. Sic religiosè, & exemplariter uiuamus in oculis hominum, ut edificemus eos, & bonam estimationem de nobis habeant, & hoc totum ad Dei honorem. Sed magis ad intentionem Apostoli descendendo est aduertendum quòd Corinthij qui bus scribit Apostolus in præfenti epistola, ualde magnificabant quosdam ecclesiæ pastores, & doctores, & signanter illos qui erant humanis scientijs imbuti, siue in Philosophia, siue in arte oratoria, & per oppositum ualde contemnebant alios prælatos, & prædicatores qui talibus scientijs non erant imbuti, aut si in talibus erant periti, non tamen talibus utebantur inter prædicandū. Tales ergo Corinthios reprehendit Apostolus in principio præfentis epistolæ, dicens. Sic nos sup. pastores, & doctores existimet homo, ut ministros Christi. glo. interli. non dominos. q. d. Vos Corinthij nec nimis nec minus de nobis arbitremini. Nihilominus quilibet uestrum debet cognoscere auctoritatem officij nostri, ad quod pertinet quòd sumus mediatores inter Christum cui seruiamus, & populum. Et ideo non debetis nos contemnere nec similiter officium nostrum aut doctrinam, siue prædicationem.

MORALITER. In hoc quòd Apostolus uocat ecclesiæ pastores, ministros Christi, & non dominatores populi instruit eos ad humilitatem sectandam. Vnde etiam. i. Petri. y. tales instruantur, ut non se exhibeant tanquam dominantes in cleris, idest, ut non uideantur uelle dominari. Iudic. 8. Non dominabor uestri, sed dñs. Dicit etiam saluator. Luc. 22. Qui præcessor est in uobis, sit ministrator. Vnde propter hoc fuit institutum in regula hospitaliorum, quòd quilibet seruiant famulo suo euertere pedes in mensa, & Eccl. 3.

Quanto

Quanto magnus es, humilia te in omnibus. Sed pro dolor hodie multi prælati faciunt totum contrarium. Nam quanto magni sunt, erigunt se in omnibus, ita ut talibus meritis comperat illud Esa. 16. Audiuimus superbiam Moab, idest prælatorum ecclesiæ. Item illud Numeri. 16. Multum erigimini filij Leui, idest uos prælati, & ecclesiastici uiri. Prælati ca quomodo tales se erigunt in pompa, & fastu, in equitaturis & uestimentis, in buffetis, & ædificijs, in famulis, & seruis. Tales ergo non se gerunt saltem opere pro ministris Christi, qui fuit humilissimus in omnibus, uidelicet in familia, utpote. i. in pauperes Apostolos in suo comitatu habens. Item in æquitaturâ, quia super asinum ascendit. Item in uestitu: quia unicam tunicam etiam ualde humilem gerebat, & sic de alijs. Potius ergo multi prælati ecclesiæ hodie se ostendunt nobiles, & elatos, quam Christi ministros. Et ideo ualde timere habent ne tandem perpetuo priuentur Christo consortio, qui dicturus est superbis. Nescio uos. Mat. 24.

SEQUITUR in textu, hic iam quæritur inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur. Hic loquitur Apostolus contra temeritatem Corinthiorum, qui dicebant nullos esse in ecclesiâ fideles dispensatores, sup. mysteriorum Dei, idest sacramentorum aut diuini uerbi, præter eos qui imbuti erant humanis scientijs. Hos enim ualde honorabant, reliquos uero ualde contemnebant, ut dictum est, ita ut putarent eos infideles dispensatores. Est ergo sensus prædicti uerbi Apostoli reprehendentis temerarium iudicium. Corinthiorum, hic, idest, inter uos, iam, idest, in præfenti tempore, quæritur, idest, discutitur, ut quis, idest, aliquis inter dispensatores fidelis inueniatur. Iudicabant enim plures esse infideles, uix putantes aliquem dispensatorem mysteriorum Dei esse fidelem.

MORALITER. Notandum quòd ministrorum, & dispensatorum Christi quidam sunt fideles, quidam infideles. Fideles dispensatores sunt diuini oibus intendunt honorè Dei, & utilitatè membrorum eius, 2m Luc. 12. Quis putas est fidelis seruus, & prudens, quem constituit dominus super familiam suam. Infideles uero dispensatores sunt, qui in dispensandis diuinis mysterijs non intendunt utilitatem populi, neque honorè Christi, secundum illud Luc. 16. In iniquis manumina fidelè

non fuistis . Sed hic iam queritur inter dispensatores mysteriorū Dei, ut fidelis quis inueniatur . Olim enim hæc questio improbabilis uidebatur , sed modò uidetur insolubilis . Pro quo notandum, quòd multiplex est dispensatio, uidelicet.

- Fidelitatis in præsulibus .
- Predicationis in doctoribus .
- Naturalium in sapientibus .
- Temporalium in diuitibus .

**Q**UANTVM ad primū fidelitas prælatorū in hoc consistit, quòd debent uigilare supra gregem suum diligenter . Præbendas & dignitates Ecclesiasticas siue quæcunque alia Ecclesiastica beneficia conferre rationabiliter, scilicet personis bene meritis, & hoc si sint Episcopi, aut supra . Insolentias subditorum tam Ecclesiasticorū, quam laicorū pro qualitate culparum punire acriter . Patrimonium crucifixi distribuere in pios usus liberaliter, gregem sibi commissum pascere pane doctrinæ, & exemplo bonæ uitæ utiliter . Sed iam queritur inter dispensatores Ecclesiæ, ut fidelis quis inueniatur, scilicet faciendo prædicta . Certè de mille uix inueniri potest unus . Nam quantū ad primum non uigilant supra gregem suum, sed dormiunt per damnabilem negligentiam . In cuius figuram dixit increpauit Christus Petro . Simon, non potui sti una hora uigilare tecum ? Lucæ . 22 . Quantum ad secundum sunt acceptatores personarū dantes Ecclesiastica beneficia nepotibus suis, aut nobilium filijs siue munera offerentibus, in quibus plerunq; deficit literarū peritia, pariter & morum probitas . Quantum ad tertium, culpas subditorum frequenter non puniunt nisi forsan per bursum, & hoc quo ad pauperes, & simplices, maiores autem cõmuniter impune euadunt . Quantum ad quartū adeo lautè & abundè uiuunt, quòd nihil illis remanet, quòd distribuere possint pauperibus Christi: unde Ezech. 34 . dicitur de pastoribus Israel, quòd pascunt femetipsos . Quantum ad quintum, multi eorum sunt ignari sacrarum literarū, atq; moribus corrupti, & per consequens gregem suum pane doctrinæ non pascunt, sicut neq; exemplo bonæ uitæ . Hæc igitur & his similia præuidens doctor Ecclesiæ Paulus præ admiratione loquitur in præsentī Epistola, dicens . Hic iā queritur inter dispensatores Ecclesiæ, id est inter Ecclesiæ prælatos, ut fidelis quis inueniatur . Ac si

apertè

apertè diceret, quòd uix inuenitur unus fidelis .

**Q**UANTVM ad secundum notandum, quòd fidelitas doctorum & prædicatorum in hoc consistit, quòd debent frangere panem doctrinæ populo esurienti uerbum Dei, iuxta illud Nehemias . 8 . Mittite partes ei, qui non præparauit sibi . Simples enim & indocti non possunt sibi præparare panem doctrinæ, & ideo docti, & literati debent illis mittere, non quidem panem integrum, id est omnes sensus, seu difficiles passus sacre scripturæ, sed tantum partes, id est grossiora quorum sunt capaces . Et de isto pane scribitur . Deut. 8 . Non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo, quod procedit de ore Dei . Sed profecto multi docti, & literati uixi sunt infideles dispensatores huius panis . Nam multi talium nunquā prædicant, in hoc abscondentes talentum Domini sui, & per consequens ualde inculpantes . Alij prædicant, sed rarò, ne uideatur uerbū Dei in ore eorum, ut dicunt, allegantes, quòd omne rarum pretiosum . Alij uerò frequenter prædicant, sed hoc solum in magnis ciuitatibus, habentes pro iniuria prædicare in uillagijs & locis campestribus cum tamen dicatur de Christo . Matt. 9 . quòd circumibat omnes ciuitates & castella iudæe, docens in synagogis, & prædicans Euangelium regni . Hinc Thren. 4 . lamentatur Hieremias dicens . Paruuli, id est simplices, & rurales, perierunt panem, sup. doctrinæ sacre, & non erat, qui frangeret eis .

**Q**UANTVM ad tertium notandum, quòd fidelitas doctorum optimis naturalibus in hoc consistit, quòd bene utantur prædictis donis, utopote applicantes uiuacitatem ingenij sui studio sacre scripturæ . Item tenacem memoriam suam diuinis præceptis, & beneficijs, prædicationibus, & sanctis exhortationibus, talia memoriter retinendo . Item uoluntatem dilectionis Dei, & proximi applicando . Et hoc est ad quod hortatur eos Apo. 2 . ad Cor. 6 . dicens Fratres hortamur uos ne in uacuum gratiam Dei recipiatis . Nam quodlibet donum naturale est quedam gratia gratis data à Deo, quam ille in uanum recipit, qui non bene utitur ea . Præctica quomodo multis donis naturalibus optimè dotati sunt infideles dispensatores huiusmodi bonorum, quæ à Deo receperunt, quia nec sibi, nec alijs profunt .

**Q**UANTVM ad quartum notandum, quòd fidelitas di-

uitum huius seculi in hoc consistit, quod post sufficientem sustentationem sui, & familię suę, atque decentem consecrationem sui status, debent superflua distribuere in pios usus iuxta illud Luc. 11. Quod superest, dare eleemosynā. Sed profecto multi diuites & potentes sunt infideles dispensatores huiusmodi bonorum temporalium, ita ut potius debeant appellari dissipatores, quam dispensatores. Da exemplum de prodigis, & luxuriosis. Item de potatoribus & crapulosis. Item de mundanis & curiosis in edificijs cōstruendis. Vnde de unoquoque talium potest dici illud Luc. 16. Hic distans est apud illum, scilicet Deū quasi dissipasset bona illius, bona inquam temporalia. Patet ergo quomodo multi sunt dispensatores infideles bonorum Dei in hoc mundo, & ideo non mirum si plures damnantur, quam saluantur. Et sic patet de primo.

**S E C U N D O** principaliter in præsentī Epistola fit mentio de iudicij mundani despectione, cum ait Apo. Mihi autem pro minimo est, ut à vobis iudicer, aut ab humano die, Ac si apertè diceret: Non est mihi curę si uos Corinthij quibus prædico, iudicaris me tanquam infidelem dispensatorem mysteriorum Dei, cum sitis carnales. Pro magno tamen mihi esset, si à uiris spiritualibus iudicarer. Similiter mihi pro minimo est, idest minimum reputo, si ab humano die, supple iudicer infidelis dispensatorum predicatorum mysteriorum Dei. Et nota ab humano die, idest ab humano intellectu, qui non uidet occulta, sed tantum ea, quę exterius patent. Vel ab humano die, idest ab homine quandiu est in præsentī uita. Deinde Apo. probat contra Corinthios, quod non debent ipsum iudicare saltem in malam partem, & tanquam infidelem dispensatorem mysteriorum Dei. Est autem sua ratio talis in uirtute, quę procedit per locum à maiori ad minus negatiuè. Magis uidetur, quod debeam me ipsum iudicare, quam uos, eo quod melius possum me ipsum cognoscere, quam uos. Sed sic est, quod me ipsum non præsumo iudicare, eo quod me ipsum sufficienter non cognosco. Ergo neque uos debetis me iudicare. Mānorē probat cum subdit. Nihil enim mihi conscius sum. *glor.* Interli. in nullo me remordet conscientia. Sed non in hoc iustificatus sum, idest non ideo me iustum auto. quia potest

in me esse peccatum, quod nescio, dicente Psal. Delicta quis intelligit: Deinde Apo. concludit, quis potest iudicare de interiori dispositione sua, aut aliorum, cum ait. Qui autem me iudicat, idest, plenè, & perfectè iudicare potest, Dominus est. Ac si apertè diceret. Ad solium Deum, qui optimè nouit secreta cordium, pertinet iudicare, utrum sim fidelis minister Christi, an non. Nam istud pertinet ad intentionem cordis, quam solus Deus ponderare potest, iuxta illud Prou. 16. Spirituum ponderator est Dominus. Et Hier. 17. Prauum est cor hominis, & inscrutabile, & quis cognosceret illud? Ego Dominus probans renes, & scrutans corda.

**C I R C A** hanc partem præsentis Epistolę possunt moueri aliquę quęstiones.

**P R I M O** igitur quæritur circa illud uerbum Apostoli. Mihi pro minimo est, ut à uobis iudicer. Vtrum quis rationabiliter possit contemnere humanum iudicium, & de eo non curare? Respondetur, quod de humano iudicio potest, quis dupliciter curare, scilicet propter se, aut propter alios. Si propter se, tunc non est multum curandum. Nec de hoc multum curant uiri sancti, & spirituales, quia nec gloriam humanam concupiscunt secundum illud. 1. Thessa. 2. Neque gloriam ab hominibus quęrentes, neque aliquid à uobis, neque ab alijs. Similiter tales non timent opprobrium hominum, iuxta illud Esa. 51. Nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum ne timeatis. Et hoc innuit Apo. esse faciendum cum ait: Mihi autem pro minimo, &c. scilicet quantum ad me pertinet. Nec tamen dicitur, Mihi pro nullo est &c. sed pro minimo, quia bona temporalia, inter quę bona fama cōputatur, nō sunt nulla bona, sed sunt minima, iuxta illud Sap. 7. Omne autē in cōparatione illius arena est exigua. Si autē, quis curet de humano iudicio propter alios, qui ex eius bono edificari possunt, & similiter ex eius malo scandalizari, tunc sancti Dei amici nō tantum pro minimo, uerū pro magno habēt ab hominibus iudicari, maxime cum Dominus dicat Matt. 5. Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum, qui in cęlis est. Hinc etiam Apo. Rom. 12. nos admonet dicens: Proidentes, bona non tantum coram Deo, sed etiam coram hominibus. Et sic patet ad quęstum.

**S**ECUNDÒ queritur circa illud uerbum . Sed neque meipsum iudico. Vtrum sit malum seipsum iudicare? Videtur quòd sic: quia Apo. habet hoc pro inconuenienti . Respondetur ad hoc, quòd est duplex iudicium, quantum ad propositum sufficit . Primum uocatur iudicium disfectionis. Et quantum ad hoc iudicium aliquis potest, immo debet seipsum iudicare, & quantum ad opera preterita, & quantum ad futura, iuxta illud Gal. ult. Opus suum probet unus quisque. Item. 1. ad Cor. 11. Si nosmetipsos diiudicauerimus, glo. interlin. penitendo: uel dic conscientias nostras examinando, siue redarguendo, & puniendo peccata commissa, non utique iudicauerimus, idest à domino non puniremur, neque in presentis, neque in futuro. Secundum iudicium uocatur iudicium absolutionis, & iustificationis, scilicet iudicando se esse innocentem quantum ad preterita. Et secundum hoc nullus debet iudicare seipsum, ut scilicet iudicet, se innocentem, iuxta illud Iob. 9. Si uoluerò iustificare meipsum, os meum condemnabit me. Si innocentem me ostendero, prauum me comprobabit.

**T**ERTIÒ queritur circa illud uerbum . Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum . Vtrum Paulus post conuersionem suam, dubitauerit de iustificatione sua? Respondetur quòd duplex est iustificatio. Prima est à peccato mortali . Et quantum ad hanc iustificationem dicitur quòd Paulus post conuersionem de ea non dubitauit. Nam ex tunc fuit certus certitudine nedum morali, uerum etiam certitudine quæ innititur diuine reuelationi, quòd haberet gratiam . Vt enim dicit. B. Tho. 1. 2. q. centesima duodecima, arti. 5. Deus ex speciali priuilegio reuelat aliquibus quòd sunt in gratia, & hoc ut securitatis gaudium etiam in hac uita in eis incipiat, & ut confidentius, & fortius magna opera profectuantur, atque mala uitæ presentis sustineant . Et ibidem exemplum de ipso Paulo, cui dictum est à domino. 2. ad Corin. 12. Paule sufficit tibi gratia mea . Præterea idem Aposto. Roma. 8. de seipso loquens aiebat. Certus sum, quòd nulla creatura poterit nos separare à charitate Dei . Secunda iustificatio est à peccato ueniali, de qua potest intelligi illud. Apoc. 22. Qui iustus est; iustificetur adhuc, & sanctus sanctificetur adhuc . Et de hac iustifica-

tione uideatur esse intelligendum prædictum uerbum . Apo. quod sub dubio protulit dicens. Nihil mihi conscius sum, id est non me remordet conscientia alicuius peccati mortalis. Sed tamen propterea non iustificatus sum, supple à ueniali, præsertim cum dicat Psal. Delicta quis intelligit? Item potest dici, quòd Apostolus hic loquitur, ut homo, qui potest habere culpam nescius . Et sic patet de secundo principali.

**T**ERTIÒ principaliter in presentis epistola fit mentio de iudicij mundani siue humani quod temerarium dicitur uitatione, cum air . Apo. Itaque nolite ante tempus, glosa. interlin. iudicij, iudicare, aliàs iudicium uestrum temerarium est, quo ad usque ueniat dominus, sup. iudicare, aliàs fit tali iudicio supremo iniuria . Nam tunc fit iudicij iniuria, si ante iudicium eius à seruo procedat sententia . De iudicio autem domini scribitur . Esa. 3 . Dominus ad iudicium ueniet cum senioribus, uel secundum aliam litteram cum sena toribus populi sui . Et dicuntur seniores, uel senatores Apostoli Christi: quia assistent ei in die iudicij. Mar. 19. Sedebitis super sedes. 12. iudicantes, supple a se fortè, duodecim tribus Israel, idest uniuersum orbem. Quid autem facturus est dominus in tali iudicio? Certè inquit. Apo. illuminebit abscondita tenebrarum, idest, facta singulorum quantumcunq; occulta. Nam tunc omnia erunt nota omnib. Propter quòd poterunt singuli de se, & de alijs iudicare, ut dicit. Mart. 10. Nihil operatum quod non reueletur, sup. in die iudicij, & in Ps. reuelatio sup. dñs in die iudicij condensa, idest peccata occulta. Insuper ipse dñs tunc manifestabit consilia cordiũ, idest, cogitata. Nã tunc libri conscientiarũ aperientur . Dan. 7. Iudicium sedit, & libri aperti sunt . Et tunc laus erit unicus ique à Deo . Vnicuique, inquam, bene agenti, uel bene cogitanti. Et per oppositum tunc erit maximum uituperium, & opprobrium unicusque male agenti, uel cogitanti: quia tunc Deus faciet uenire peccata etiam occultissima singulorum ad lucem, & notitiam omnium hominum, & demonum ad ipsorum maiorem confusionem . Patet ergo ex præcedentibus, quàm timendum sit finale iudicium, tum primo; quia Christus tunc iudicabit in propria persona: quia ueniet; ergo non mittet alium. Tum secundo quia tunc propalabit omnia peccata, quia manifestabit abscondita tenebrarum.



## Dominica. II. Aduentus.

Tum tertio quia tunc remunerabit omnia, quia tunc laudabit, &c.

QVAERITVR primo circa illud; Nolite ante tempus iudicare, quoad usque ueniat dominus. Vtrum quicumque iudicet aliquem malum & peccatorem, peccet mortaliter? Respōsio: Possumus iudicare aliquem hominem esse malū dupliciter. Primo quidem ex sufficienti probatione, & non peccamus. Tunc autem est sufficiens probatio, quando quis ultro confitetur reatum suum, aut quando est euidentia facti, utpote cū quis deprehēditur actualiter in furto, homicidio, adulterio, periurio, blasphemia, mendacio, & huiusmodi. Item cū accusatur per testes fide dignos. Secundo possūmus iudicare aliquem esse malum ex insufficienti probatione, & tunc peccamus etiam mortaliter. Tunc autem est insufficientis probatio quando proceditur de suspitione leuī. Da exemplum de aliquo qui uidens alium aliās non suspectum loquentem cum aliqua iuuenula honesta, & forte cum ea ridētē. Si nō plus ponatur, tunc est suspitio leuis: unde qui ex tali suspitio ne iudicat, & firmiter tenet in corde suo, quod turpem causam cū ea talis loquitur, temerariē iudicat, & per consequens mortaliter peccat. Da ē exemplū de diuite simpliciter & tene uo induto, de quo quis iudicat, quod hoc facit ex auaritia. Da deniq; exemplum de aliquo, qui salutantem non resalutat, propter quod, qui salutat, iudicat eū gerere rancorē in corde contra ipsum, & quod hoc facit ex indignatione. Vnde de istis duobus modis iudicandi aliquid esse malum, loquens Aug. dñica 4. post trinitatem ser. j. dicit sic. In conuersatione humana sunt aliqua que rōnabiliter reprehēdēt. Sūt & alia que nō sī ne peccato iudicantur. Aperta enim mala & iudicari, & argui debent, illa uero que ignoramus & utrū bono an malo animo fiant, scire non possumus, iudicare penitus non debemus. v. g. Vides hominem frequentius ieiunantē, congaudē & no in ieiuniis laudare: quia pōt ieiunare pro humana gloria? Sed & noli vituperare, quia pōt & pro Deo, & pro aīa suē remedio ieiunare. Vides alium in dicto publico ieiunio uelle prandere. Hunc cum dilectione admone. Si dixerit pro stomachi lassitudine se non posse ieiunare, crede, & noli iudicare, quia utrūq; pōt fieri, ut pp̄ gulam prandere uelit, & quod pro infirmitate ieiunare nō possit. Itē aliud exēplū ponit dicit:

Uidisti

## Sermo. I. de Euangelio.

31

Uidisti aliquē cum seueritate disciplina, subditis suis imponere, & indulgentiam tardius dare? Hunc noli iudicare crudelē: quia forsā hoc non facit morbo iracundia, sed zelo disciplina, & amore iustitia. Insuper aliud ponit exemplum dicens. Vides forsā uicinum tuum, uel amicum transeuntem, qui te non resalutat. Ex hoc ergo noli iudicare eū superbum, sed magis hoc crede procedere per obliuionem aut negligentiam, aut per attentam considerationem circa alia: quam per despectum, uel superbiam factum. Deinde concludit ibidem idem Augustinus dicens. In istis ergo, & in his similibus, que utrum bono an malo animo fiant, scire non possumus, melius est, ut ad partem dexteram nostram declinemus animum. De his ergo quae sunt Deo nota, & nobis incognita, periculosē nostros proximos iudicamus. Secus autem de illis que sunt aperte mala, & publica. Nam talia iudicare, & arguere, cum charitate tamen, & amore possumus, & debemus. Hæc ille.

QVAERITVR secundò de quo iudicio loquitur Apostolus in præfati epistola cum ait. Nolite ante tempus iudicare, an. s. de iudicio in malā partem tantum, uel in utrāq; partē bonā. s. & malā. Respōdetur quod de utroq; Grauius tñ est iudicare de statu finali alicuius in malā partē, quam in bonā, quāuis utrumq; sit dubium, & futurū cōtingens. Nam ut dicit regula iuris extra de regulis iuris. c. estote misericordes. Facta, que dubiū, est quo animo fiant, in meliorē partem interpretari debemus. Idē ē habetur. ff. de regulis iuris. l. semper item. l. ea quae. Quā ergo dicitur Apostoli de utroq; iudicio intelligi debeat, patet per b. Aug. Dominica. 1. post octa. Pasche. ser. 1. ita dicentem. De quo desperauimus, subito conuertitur, & fit optimus. Et de quo presumpsimus, subito de facit, & fit pessimus. Nec timor noster certus est, nec amor noster certus est. Hæc ille. Item idem super psalterium, exponens illud uerbum, peccatores peribunt. Dicit sic. De nullo pronuncandum est, in aliquam partem, siue in bonam, siue in malam, quamdiu enim hic uiuitur, crastinus dies ignoratur. Dicit etiam Greg. & recitatur. 1. 1. q. 1. sacerdotibus. Nescimus quis in terribili iudicio Dei qualis futurus sit. Hæc ille. Ex quibus omnibus patet quoddā non licet nobis iudicare de aliquo tanquā pro certo, & pro

in.

ineuitabile quòd saluabitur, aut damnabitur. Cum quo stat, quòd licitè possumus æstimare, aut sperare de futura salute alicuius, cuius uitam æstimamus bonam & religiosam. Et similiter licitè possumus æstimare, siue multum timere de futura damnatione alicuius, cuius uitam, & mores uidemus peruersos, & qui quasi in corrigibilis uidetur. Vtrunque tamen debemus committere diuino iudicio, quia ut dicit Ihsidorus libro 2. de summo bono. cap. 7. Multi apud homines reprobri sunt, & apud Deum electi. Et per oppositum, multi apud homines electi putantur, qui apud Deum reprobi existunt: Salomone dicente Eccl. 8. Vidi impios sepultos, qui cum adhuc uiuerent, in loco sancto erant, & laudabantur in ciuitate, quasi iustorum operum. i. tanquam iusti.

**Q**UÆRITUR tertio, utrum confessor qui iudicat de conscientia illius, qui sibi confitetur, agat contra prohibitionem n̄c Apostoli dicentis. Nolite ante &c. R̄ndetur quòd non: t̄u primo, quia in illo casu non iudicat, ut homo, sed ut Christi minister, & uicarius. Vnde Deuter. 1. dicitur: Quod iustum est, iudicate. Deinde subditur, quia Dei est iudicium. Tum secundo, quia etsi in tali casu iudicet de his, quæ forsan alijs sunt occulta, non tamen sibi. Nam per confessionem etiam occulta fiunt sibi manifesta, non quidem ad reuelandum alijs, sed potius ad medendum ad utilitatem confitentis. Nā quicumque in confessione detegit peccatum occultum, cum spe ueniet, & dolore, consequitur quidem gratiam in presentia & gloriam in futuro. Quàm nobis concedat qui in Trinitate perfecta uiuit & regnat. Amen.

*Dominica tertia Aduentus, Sermo secundus de Euangelio.*



**T**B, rennunciate Iohanni, quæ audistis, & uidistis Mat. 11. Pro introductione presentis sermonis mouetur quæstio talis. Vtrum miracula, quæ Christus fecit in terris, sufficienter probauerint ueritatem suæ benedictæ incarnationis? Respondetur quòd sic, non quidem solum ex modo faciendi huiusmodi miracula, uerum etiam habito respectu ad prophetias de huiusmodi miraculis particulariter loquentes, ut est illud Esaiæ. 35. Tunc, scilicet in aduentu Messia, aperientur

tur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt. Tunc saliet sicut certuus claudus, & aperta erit lingua mutorum. Et quæ ista miracula sint signa protestantia incarnationem filij Dei, patet per id, quòd immediate ubi supra, præmittit Esaias dicēs, Deus ipse ueniet, & saluabit nos. Quòd autē ipse Christus in suo primo aduentu fecerit prædicta signa, patet inductiue.

**P**RIMO quidem aperuit oculos cæcorum. Vnde Matt. 9. legitur, quòd accesserunt ad eum duo cæci clamantes & dicentes, Miserere nostri fili Dauid. Quorum tetigit oculos, & statim aperti sunt oculi eorum. Item eiusdem. 20. legitur de alijs duobus cæcis sedentibus secus uiam, per quam transitus erat Christus. Qui cum clamassent ad eum dicentes. Domine miserere nostri fili Dauid, tandē tetigit oculos eorum, & continuò uiderunt, & secuti sunt eum. Item eiusdem. 21. legitur, quòd accesserunt ad eum cæci & claudi in templo, & sanauit eos. Præterea legitur Mar. 8. quod cum semel quidam cæcus fuisset ad ipsum Christum adductus, exiit in oculos eius, illisq; tetigit, & mox cepit clarè uidere. Insuper historia notissima legitur Iohan. 9. de cæco nato, quem illuminauit. Et sic patet de primo signo.

**S**ECUNDO ipse Christus surdos fecit audire. Vnde Mar. 7. legitur, quod cum semel adductus fuisset ad eum quidam surdus, misit digitos suos in auriculas eius, dicēs ei. Epheta, quòd est adaperire. Et statim aperte sunt aures eius. Nec quidem tantum unus surdo restituit auditum, uerum etiam pluribus. In cuius rei testimonium cõcluditur in fine prædicti capituli ex Marco, quod bene omnia fecit, surdos fecit audire, &c.

**T**ERTIO salire fecit claudos. Vnde Matt. 15. legitur, quòd quidam die accesserunt ad eum turbæ multe habentes secum claudos, & alios multos debiles, & proiecerunt eos ad pedes eius, & curauit eos, ita ut turbæ mirarentur uidentes claudos ambulantes, & magnificabant Deum Israël.

**Q**UARTO idem Christus in suo primo aduentu aperuit linguas mutorum. Vnde Matt. 9. legitur, quòd oblarus est illi homo mutus, & demonium habens. Et cum eiecisset demonium, locutus est mutus, & admiratæ sunt turbæ. Idem etiam habetur Luc. 11. ubi idem miraculum recitatur. Similiter Mar. 7. legitur de quodam alio mutulo ad eum adducto. Cuius cum tetigisset linguam, dicens. Epheta, quòd est adaperire, statim

statim solum est uinculum lingue eius, & loquebatur recte. Et breuiter multa alia signa his similia fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro sanctorum euangeliorum, ut dicitur Io. 20. Sed hæc scripta sunt, ut credatis, quia Iesus est filius Dei. In hoc ergo, quod ipse fecit signa, quæ prædixerat. Esai. ubi sup. esse faciendi in aduentu filij Dei in hunc mundum, sufficientissime, & apertissime monstrauit, & probauit ueritatem suæ benedictæ incarnationis. Et hoc est quod legitur in hodierno euangelio respondisse discipulis beati Io. cum interrogantibus, & dicentibus. Tu es qui uenturus es? an alium expectamus. Ite, inquit, & renunciate Io. quæ audistis, & uidistis, Cæci uident, claudi ambulant, &c.

In præsentem ergo euangelio fit mentio de quadam gloriosa ambassata, sive legatione, de qua tria principaliter tãguntur, quæ sunt.

Mittentis conditio, in principio euangelij.

Legationis executio, ibi. Tu es qui uenturus es, &c.

Iohannis commendatio, ibi. Quid existis in desertum uideri?

PRIMUM igitur fit mentio in præsentem euangelio de conditione mittentis legationem ad Christum. Ille enim fuit Io. In uinculis constitutus. Pro quo notandum, quod cum beatus Io. reprehendisset Herodem Antipam de incestu suo cum Herodiade uxore fratris sui Philippi, ipse Herodes uinxit eum in carcerem. Ibiq; stetit aliquanto tempore. Quo preuidente, & mortem sibi uicinam præcognoscente, misit ad Christum duos de discipulis suis. Plures enim discipulos habebat Io. sed de pluribus tantum misit duos ad Christum. Qui autem fuerint hi duo discipuli scriptura non exprimit. Potest tamen probabiliter dici, quod unus eorum fuerit, beatus Andreas, qui postmodum factus est Apostolus Christi, ut pater Io. i. De altero autem omnino nescitur. Nec similiter est multum probabile Andream fuisse alterum illorum duorum, maxime cum in Mattheo pauloante uerba præsentis euangelij dicatur, quod 12. discipuli Christi sequebantur eum prædicantem in ciuitatibus Iudææ. Constat autem beatum Andream fuisse de numero. 12. Apostolorum Christi. Ideo melius est de duobus discipulis Iohan. nihil dicere,

dicere, quam temerariè aliquid diffinire.

MORALITER notandum iuxta hunc textum, quod triplex est uinculum, & secundum hoc triplex datur nobis moralis instructio. Est igitur uinculum.

Gratiæ, Culpæ, Pænæ,

PRIMUM igitur uinculum uocatur uinculum gratiæ. Et istud uinculum designatur per uincula in quibus erat Iohan. ut habetur in præsentem euangelio. Nam Iohan. interpretatur, in quo est gratia, sive gratia Dei. Isto autem uinculo gratiæ. Dei tria hominum genera alligantur.

PRIMI sunt uiri religiosi. Hi enim ultra præcepta diuina, quibus ligantur omnes, sunt astricti tribus uotis, de quibus rectè potest intelligi illud Eccl. 4. Funiculus triplex difficile rumpitur, id est, difficulter rumpi debet. Vel dic, quod huiusmodi funiculus difficile antiquitus rumpebatur, sed pro hodie ualde facile rumpitur à multis uinculatis, id est, uotis religionis astrictis. Nam hodie multi religiosi, nomine quidè, sed non re, huiusmodi uincula rumpunt passim, & indifferenter transgressientes uota, quæ distinxerunt labia sua pariter, & cerimonias statutorum suorum. Et tales sunt similes cuidam terribili animali, quod dicitur onager. Qui quidem onager in tantum diligit libertatè, & campos, quod nulli uinculo potest subiugari. Tales etiã effrenati religiosi figurantur per illum demoniacum de quo Luc. 7. legitur, quod funibus, & uinculis multus ligatus omnia rumpens agebatur à demonijs in deserto. Sic etiã agunt plerique religiosi, & signantur, quoniam est questio de reformatione domus, in qua habitat. Nam tunc multi abeunt, & sine freno in seculo uiuunt. Alij autè adeunt curi Romanam petentes mutare statum suum, alleuantes se non posse regulariter uiuere. Item quod cum fuerunt religionem professi, non sic uiuebatur, sicut modo eis præcipitur, & quod nunquam intendunt se aliter obligare, quod tunc uidebant alios uiuere. Contra quos facit regula scripta, pariter, & constitutiones apud reformatos, & non reformatos eadem, & cõmunes. Et idè merito est iniquitas sibi, dum, si allegat excusationes in peccatis

SECUNDI qui alligantur uinculo gratiæ Dei, sunt Christiani. Nam tales primi alligantur præceptis diuinis, alijs non possunt salui fieri. Matth. 19. Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Sed pro hodie istud uinculum in

dies rumpunt miseri peccatores. Propter quod merito de talibus Dominus cōsequitur dicens uniuersū; tali illud Psal. Dirupisti uincula mea. Secundo alligantur præcepto charitatis; Dei, & proximi. Vnde Deut. 6. item Matt. 22. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & proximum tuum sicut teipsum. In his enim duobus mandatis tota lex pender, & prophetæ. De isto etiam uinculo loquitur Apo. Col. 3. dicens. Super omnia charitatem habentes, quod est uinculum perfectionis. Sed profecto istud uinculum modica occasione, aut tentatione habita rumpitur à multis, sicut uideri potest de illis, qui pro nihilo mutantur de amore in odium mortale. Tertio alligantur præceptis Ecclesiasticis, utpote quæ sunt de obseruatione ieiuniorum, & festorum, item de audientia Missæ in die Festo, item de confessione annuali, & huiusmodi. Sed nouit Dominus, quàm facilliter uincula ista quantũcumq; fortificentur per uniuersalem auctoritatem Ecclesiæ, rumpantur, & frangantur.

**TERTIUM** uinculum dicitur uinculũ penę. Et iterũ istud uinculum est duplex, secundum quod est duplex penã, scilicet temporalis, & æternalis. Ad primam ligatur penitens. Nam dimissa culpa adhuc manet homo reus penę temporalis, quã habet soluere in præsentĩ, uel in purgatorio. Ad secundam ligatur & obligatur quilibet in mortali decedens. Et de isto uinculo dicitur Matt. 8. Ligatis manibus, & pedibus mittite eum in tenebras exteriores. Vnde in figuram huius legitur. 2. Paral. 33. q. Sedechias catenis; & compedibus uinctus, ductus est in Babylonem. Vbi per Babylonẽ, quę interpretatur confusio, designatur habitatio infernalis, ubi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat, ut habetur Iob. 10. Illuc ergo ducitur miser peccator post mortem, uinctus uinculo mirabili, quod est reatus penę æternę. A quo summo opere nobis cauere debemus. Et sic patet de triplici uinculo, de quo dictum est propter illud uerbum præsentis Euangelij, Cum esset Iohannes in uinculis.

**SECVNDVM** uinculum uocatur uinculum culpe, quo ligantur miseri peccatores. Nam diabolus in plerisque peccatis apponit delectationem, ut sic ipsos peccatores suę seruituti, & culpe perpetuę subiugare possit. Da exemplum de illis gallandis, qui furantur alienos canes, quos solent post modum ligare ne ad magistros suos redeant, sed ut semper secum maneant. Da etiam exemplum de auiibus prædaliibus, quæ ne euolent, solent ad peticam ligari. Da denique exemplum de captiuo, & reo, qui ne recedat, uinculis ferreis solet constringi. Sic & diabolus facit de peccatore. Nam postquã ipsum ad peccatum traxit, postmodũ ne ad Deum factorem suum redeat, ipsum ligat uinculis malarum cõcupiscentiarũ

artij

artij; præuę consuetudinis, ipsum quantum potest subiugans suo domino & crudeli seruituti. Practica quomodo quoddã diabolus ligat uinculis carnalitatũ, alios uinculis cupiditatis, alios uinculis mundanę uanitatũ, & huiusmodi.

**TERTIUM** uinculum dicitur uinculũ penę. Et iterũ istud uinculum est duplex, secundum quod est duplex penã, scilicet temporalis, & æternalis. Ad primam ligatur penitens. Nam dimissa culpa adhuc manet homo reus penę temporalis, quã habet soluere in præsentĩ, uel in purgatorio. Ad secundam ligatur & obligatur quilibet in mortali decedens. Et de isto uinculo dicitur Matt. 8. Ligatis manibus, & pedibus mittite eum in tenebras exteriores. Vnde in figuram huius legitur. 2. Paral. 33. q. Sedechias catenis; & compedibus uinctus, ductus est in Babylonem. Vbi per Babylonẽ, quę interpretatur confusio, designatur habitatio infernalis, ubi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat, ut habetur Iob. 10. Illuc ergo ducitur miser peccator post mortem, uinctus uinculo mirabili, quod est reatus penę æternę. A quo summo opere nobis cauere debemus. Et sic patet de triplici uinculo, de quo dictum est propter illud uerbum præsentis Euangelij, Cum esset Iohannes in uinculis.

**MORALITER**, & aliter. Iohannes, ut dictum est, interpretatur, in quo est gratia. Tunc ergo Iohannes est in uinculis, cum quis habet aliquã gratiã, siue Dei donum, & non utitur eo, tempore, & loco ad suam, siue aliorum salutẽ. Et istud est cõtra multos doctores, & literatos uiros, qui cum literis habent donum uerbi, nec tamen uolunt se dare prædicationi. Contra quos clamat sapiens. Eccl. 4.1. dicens. Sapientia abscondita, & thesaurus inuisus, quæ utilitas in utrisque? Quasi dicitur cat. nulla. Et ideo redarguitur seruus nequã à Domino suo, eo quod abscondisset in sudario pecuniã sibi ab eo traditam. Matt. 25. Vnde ad hoc propositum facit illud Prou. 11. Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis, benedictio autem super caput uenditium. Vnde Ioseph benedictus fuit, quia uendidit frumentum in Aegyp̄o tempore famis Gen. 47. Cauet ergo sibi Iohannes, id est habens gratiã uerbi, ne tandem præ ardore penarum infernalium cõgatur dicere illud Esa. 6. Ve mihi, quia tacui. Et sic patet de primo principali:

**S**E<sup>CV</sup>ND<sup>O</sup> principaliter in presenti Euangelio fit **men**tio de predicta legationis executione, cum subditur. Tu es, qui venturus es, an alium expectamus? Ita enim fuit materia legationis discipulorum. Iohannis ad Christum. Quam quidem questionem proposuerunt Christo dicti discipuli ex parte Iohannis. Sed quia questio est dubitabilis propositio, mirabile est, quod Iohan. qui paulo ante baptizauerat Christum, & uiderat super eum descendente Spiritum Sanctum, quem etiam digito demonstrauerat, dicens. Ecce agnus Dei, Iohan. 1. quod nunc de aduentu ipsius Christi in hunc mundum dubitatiue inquirat, maxime cum hoc sit articulus fidei, de qua post sufficientem promulgationem nulli dubitare permittitur.

**A**d euidenciam ergo predictae questionis, circa hoc sunt duae famose opinionones.

**P**RIM<sup>A</sup> est Greg. in homi. hodierna, quae est homil. sexta homiliarum suarum, ubi dicit sic. Querendum nobis est fra tres charissimos. Iohan. propheta, & pluresquam propheta, qui uenientem ad Iordanis baptismum Dominum ostendit dicens. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, cur in carcere positus mittens discipulos suos, requirit. Tu es, qui uenturus es, an &c. tanquam ignoret, quem prius ostenderat, & an ipse sit nesciat, quem ipsum esse prophetando, baptizando, & ostendendo clamauerat. Deinde reuoluit dicens. Iohan. in carcere missus, an Christus sit uenturus requirit, non quia ipsum esse mundi redemptorem dubitet, sed querit, ut sciat, si is, qui per se in mundum uenerat, per se etiam ad inferni claustra descendat, ut quem praecurrens mundo nunciauerat, eundem moriendo, & ad inferos descendendo sanctis patribus descensurum denunciat. Ac si aperte diceret. Sicut pro hominibus nasci dignatus es, an etiam pro hominibus ad inferos descendere digneris infirma, ut illic sim praecursor tuus sicut extiti in mundo. Sed aliquibus non placet haec opinio. Et ratio eorum est talis. Beatus Iohannes non fuit minus illuminatus de descensu Christi, ad inferos quam prophetae ueteris testamenti, maxime cum in presenti Euangelio ipse Christus uocet eum prophetam, & pluresquam prophetam. Sic est autem, quod aliqui prophetae cognouerunt in spiritu prophetico descensum Christi ad inferos, unde

Unde Zach. 9. dicitur, quod ipse emisit uinctos suos de lacu, in quo non erat aqua. Item Prouer. 5. Ad inferos praedixit, ilius penetrant. Multo fortius ergo Iohan. hoc per se praedixit, & illius reprobatio cessauit. Et sic patet de prima opinione, & eius reprobatione, salua tamen reuerentia beati Greg. qui Iohan. magis opinatiue, quam assertiue locutus est.

**S**E<sup>CV</sup>ND<sup>A</sup> opinio est Hilarij Pictauiensis dicentis Iohann. non dubitasse, sed discipulorum ignorantie consuluisse. Ipse igitur Iohann. sciens se in proximo moriturum, uolens omnem dubitationem amouere a cordibus discipulorum suorum de Christo; mittit eos ad ipsum, ut sic certificentur de eius morte pro humani generis redemptione, & quod amplius non dubitarent, an ipse esset Messias in lege promissus. Insuper quod illi adhaerent tanquam ueri eius discipuli post suam mortem. Voluit ergo Iohan. discipulos suos Christo coniungere, priusquam decederet. Da exemplum de pio patre in extremis constituto, qui commendat filios suos alicui probo uiro, hortans eos, ut cuncta agent eius consilio, ita in proposito.

**M**ORALITER: per Iohannem, qui in deserto aperte confessus est ueritatem de Christo, cum ait: Ecce agnus Dei; & qui in uinculis Herodis constructus, quasi dubitans loquitur de eodem dicens: Tu es, qui uenturus es & cet. significantur multi theologij, & praedicatores, qui quandiu sunt in deserto paupertatis constituti, fatentur ueritatem. Quod si contingat eos domos regum intrare, aut beneficijs ditari, frequenter mutant opinionem priorem, & incipiunt negare, quod prius affirmabant: ad Roma 1. Mutauerunt ueritatem Dei in mendacium. Et sic alligatum est in eis uerbum Dei, cum tamen Apostolus. 2. ad Timor. 2. dicat, quod uerbum Dei non est, id est, esse non debet alligatum. Unde memini me alicubi annotasse de quodam docto theologo Parisiensi, qui postquam suscepit insignia magistralia, per annos nouem mansit absque beneficio. Quo pendente tempore uacabat praedicationi, laetans intrabiliter contra tenentes plura beneficia. Tandem factus confessor regis Caroli octauj multis beneficijs, & dignitatibus in breui est dotatus: Cumque adhuc inrecedum praedicaret, nec amplius contra predictos inuade-

ret, interrogauit eum quidam familiaris sibi doctor, & quondam socius, cur de dicta materia taceret. Cui respondisse fertur, illud Apostoli uerbum. 1. ad Corin. 13. Cum eram paruulus, loquebar, ut paruulus, cogitabam, ut paruulus, sapiebam, ut paruulus. Postquam autem factus sum uir, euacuaui, quæ erant paruuli. Hinc prouerbum in olenit. Honores mutant mores, sed non semper in meliores.

**ECC** E igitur charissimi adiuuimus legatorum ad Christum propositam suæ legationis materiam cum aiunt. Tu es qui &c. Superest audire Christi responsum. Itæ, inquit, & renunciate Iohan. quæ audistis, & uidistis. Ac si apertè illis diceret secundum glos. interli. Cessent uerba, loquantur opera. Non ergo, inquit eadem glo. respondit Christus Iohanni, quia non dubitabat, sed discipulis suis, qui de hoc dubitabant, quinimmo magistrum suum Iohannem Christo præferebant. Verisimile est autem Christum fecisse egregium sermonem, in præsentia discipulorum. Iohan. quo apertè illis ostendit prophetias legis fuisse implenas, pariter, & figuras. Post hæc uenit ad miracula dicta sua confirmantia, & nirtutem suæ diuinitatis protestantia. Vnde Luc. 7. ubi de hoc fit mentio, legitur quòd in ipsa hora curauit Christus multos à languoribus, & plagis, & cæcis multis donauit uisum. Quibus duobus expletis, respondit discipulis Iohan. dicens. Itæ, renunciate Iohan. quæ audistis, & uidistis. Cæci uident, claudi ambulant, leprosi mundantur, &c.

**MORALITER**, in uerbis prædictis exprimuntur sex mala, quæ facit peccatum, quibus curat dominus in iustificatione impij.

**PRIMUM** igitur malum quod facit mortale peccatum, est intellectus, & rationis excecatio, Sapientiæ. 2. Excecatis, eos malitia eorum: & nescierunt sacramenta Dei. Dicit etiam Philosophus quòd omnis malus errans. Errat enim malus in eligendo delectationem momentaneam, postponendo delectationem, & gaudium æternum. Da exemplum de luxurioso, incontinentem. Sed ab isto malo curat dominus peccatorem quem iustificat. Illuminat enim intellectum eius de credendis, de agendis, de fugiendis, & de appetendis.

Primum cõcernit articulos fidei. Secundum bonos mores. Tertium uitia, & peccata. Quartum præmia cælestia. Propterea ipse Christus. Iohan. 8. ait. Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen uitæ. Ecce quomodo opera Christi cæci uident. Clamemus igitur ad eum charissimi, dicentes: A cecitate cordis libera nos domine.

**SECUNDUM** malum quod facit peccatum, est curitas affectus, idest inclinatio uoluntatis mouentis ad peccatum, quæ sequitur errorem intellectus. Vnde merito potest improperari omnibus male agentibus illud. 3. Reg. 18. Vt quequo claudicatis in duas partes? idest secundum duas potentias animæ, quæ sunt intellectus, & uoluntas. Nam peccatores, primo claudicant secundum intellectum per errorem, & peruersum iudicium, secundo claudicant secundum uoluntatem per prauam electionem. Sed ab isto malo curat dominus peccatorem, affectum suum, seu uoluntatem rectificando per charitatem, quæ facit tendere sursum appetendo cælestia, & contemnendo terrestria. ad Coloss. 3. **QUE** sursum sunt, querite, ubi Christus est in dextera Dei sedens, quæ sursum sunt, sapite, non quæ super terram. Nam cum homo querit temporalia per inordinatum amorem, tunc efficitur curus, & claudus. Cum uero querit primo regnum Dei, idest principaliter, & iustitiam eius: tunc rectè incedit se erigendo uersus cælum, & tunc claudi ambulant.

**TERTIUM** malum quod facit peccatum, & signatur carnalis concupiscentia, est infectio animæ, & corporis. Vtrumque enim hominem inficit luxuria. De interiori quidè homine satis notum est, de exteriori uero idem patet per Apostolum. 1. ad Corin. 6. dicentem. Qui fornicatur in corpore suo peccat. Super quo dicit glo. ordi. quòd nullum peccatum intantum dehonestat, aut coinquinat corpus, ut fornicatio. Hoc autem probatione non indiget, maximè cū hodie uideamus egregios, & magnos uiros propter luxuriam suam egrotare grauiter in corpore, & pati egritudinè, quam nostri Galli uocant Neapolitanam, quæ etiam sepe se prodit in faciem, ita ut merito de ea talis dicere possimus illud ad Gal. 5. Manifesta sunt opera carnis. Ecce lepra animæ, & corporis, qua etiam plus laborant diuites, & nobiles, & er

plurumque clerici beneficiati, quam pauperes laici. In cuius figuram legitur. 4. Regum. 5. de Naaman, quod erat uir fortis, & diues, sed leprosus. Sed ab isto malo curat dñs peccato rem per duram, & asperam, & amarum penitentiam, ut quantum glorificauit se, scilicet iactando se de luxuria sua, ut nonnulli lubrici uiri facere solent, & in delicijs fuit, tantum super se sumat tormentum, & luctum. Vel dic, quod ista cu ratio lepro, siue carnalis, siue spiritalis fit per sacramentalem confessione. In cuius figuram dixit Heliseus ad prae dictum Naaman leprosum. Vade, & lauae septies in Iordane, & sanitatem recipiet caro tua. Ad propositum lauae se septies in Iordane, est facere generalem confessione de omnibus peccatis mortalibus, quae ad septenarium numerum rediguntur. Qua lotionem facta, mox recipit interior homo sanitatem plenariam. Et tunc uerum est dicere, quod lepro si mundantur.

**Q**UARTUM malum, quod facit peccatum, est furditas, siue duritia obstinatę mentis. Vnde de peccatoribus merito potest dici illud. Psal. Aures habent, & non audient. Tales etiam comparat. Psal. aspidi furdę, & obturanti aures sua, ut non exaudiat uocem incantantium. Ecce mentis obstinatio, quam facit peccatum, & precipue si diu homo in illo steterit. Prouerbi. 18. Peccator cum in profundum malorum uenerit, contemnit, supple Dei misericordiam, & gratiam, atque omnia remedia salutis. Sed ab isto malo curat piissimus dominus, cum ex abundanti gratia sua, & misericordia emollit cor peccatoris ad penitentiam. Et de hoc habemus historiam notissimam de Maria Magdalena uberrime flente ad pedes piissimi Iesu. De qua etiam canit ecclesia dicens. Flauit auster, & fugauit Aquilonem, quando lauit cor Marię penitentis imber Sancti spiritus, liquefecit, & refecit resolutam in lamentis uerbum missum cęlestis. Bene ergo ad propositum loquitur scriptura Ezechiel. 36. dicens. Auferam cor lapideum, idest, durum, & obstinatum de carne uestra, idest, de uobis, & dabo uobis cor carneum, idest, molle, & tenerum, dulce, & promptum ad obediendum. Ideo sequitur, Vt in preceptis meis ambuletis. Quo facto uerum erit, dicere. Sudi audiunt, supple monita salutis suę, & uocem domini loquentis, & uocantis

uocantis eos ad penitentiam.

**Q**UINTUM malum, quod facit peccatum, est inflicto mortis animę. Occidit enim animam, priuando eam, uita gratię, iuxta illud Sapient. 16. Occidit homo per malitiam animam suam, quę tamen est immortalis morte naturę, mortalitatis, autem morte spiritali per culpam. Duobus autem modis contingit hominem occidere animam suam per malitiam. Primò quidem per nequitiam proprie uoluntatis. Secundò autem per effectum prauę actionis. Propter quod Chrysost. dicit neminem ledi posse, nisi a semetipso, quia aut proprij, & sceleris inuentor est, aut consensit alienis: Si enim homo custodit mentem suam, & non consensit persuasioni iniquę, liber est ab omni crimine. Ecce quomodo. peccatum occidit animam spiritualiter. Sed ab isto malo liberat dominus, quoties resuscitat animam per penitentiam a morte culpę ad uitam gratię. Sic enim promittit se facturum. Ezechiel. 18. dicens. Si impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis, quę operatus est, & custodierit. omnia precepta mea, & fecerit iudicium, & iustitiam; uita uiuet, & non morietur. Tunc ergo uerum est dicere: Mortui resurgunt. In cuius etiam figuram legitur. Matth. 9. quod Princeps Synagogę Iudeorum uenit ad Christum, dicens. Filia mea modò defuncta, est, sed ueni, impone manum tuam super eam, & uiuet.

**S**EXTUM malum, quod operatur peccatum, est paupertatis inductio, siue defectus gratię. In cuius figuram legitur. Luc. 15. de filio prodigo, quod de magnis diuitijs sibi a patre traditis, tandem deuenit ad tantam paupertatem, quod cepit egere prę inopia. Propter quod etiam pauperes peccatores ad cor redeuntis clamant ad dominum, & dicunt illud Psal. Adiuua nos Deus salutaris noster, & propter gloriam nominis tui domine libera nos, & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum, quia pauperes facti sumus nimis. Sed ab isto malo; liberat dominus, cum iustificat impium. Tunc enim dicit eum reddendo illi priora bona, quę peccando amiserat. In cuius figuram legitur de eodem filio prodigo, quod tandem ad patrem rediens indutus est prioribus uestimentis, & hoc ad

preceptum patris. Hoc autem insinuare noluit Christus, est aut in presenti euangelio: Pauperes Euangelizantur, idest peccatores in fide, & bonis moribus ditantur. Patet ergo quomodo Christus in iustificacione impij curat hominem à sex malis, quæ operatur peccatum, prout innuit idem Christus in responcione, quàm dedit discipulis Iohannis, dicens, Ire renunciate Iohanni quæ, &c.

**S**E Q V I T V R in textu euangelij. Et beatus est (inquit Christus) qui non fuerit scandalizatus in me. Et nota quòd non dixit Christus, qui non fuerit scandalizatus à me. Ipse enim neminem scandalizauit. Sed Pharisei ex bonis eius operibus, & uerbis ueritatis sumperunt sibi frequenter ex propria malitia, & inuidia occasionem scandali. Quorum scandalum dicitur acceptum, & non datum. Et de numero talium erant duo discipuli Iohannis, qui non credebant eum esse Deum. Ecce graue scandalum, quo nullum maius. Est ergo sensus. Beatus qui non fuerit scandalizatus in me, idest, qui de diuinitatis mee potentia non dubitauerit, uel in me, scilicet moriente in cruce. Ac si aperte diceret. Ego quidem patiar in cruce, & multi scandalizabuntur in passio me mea, & tales erunt infelices. Sed beatus, qui tunc non fuerit scandalizatus, semper me credens esse uerum Dei patris filium. Beatus ergo fuit uir ille Centurio, de quo legitur. Lucæ. 23. quòd cum uidisset signa multa, quæ apparuerunt in Christi passione, utpotè tenebras, Eclipsim Solis, Tremotum, scissuram ueli, & tēpli huiusmodi glorificauit Deū, dicens. Verè hic homo iustus erat. Matt. autem. 27. dicitur, quòd erant multi cum Centurione, qui uidentes prædicta, timuerunt ualde dicentes. Verè filius Dei erat iste. De Apostolis autem nullus tunc beatus fuit, quia relicto eo omnes fugerunt, non tam gressibus corporis, quàm mentis. Omnes enim fidem perdididerunt: secundum quòd illis prædixerat ipse Christus in cæna dicens. Omnes uos scandalum patiemini in me in ista nocte. Matt. 26. Sola ergo Beata Maria propriè beata fuit: quia sola scandalizata non fuit, quoniam in ipsa sola fides uera de Christo tempore tridui remansit.

**M**O R A L I T E R; multi scandalizantur in Christo sine causa.

**P**R I M ò igitur quidam scandalizantur de existètia eius in sa-

in sacramento altaris. Et tales iterū sunt in triplici differentia. Primi sunt, qui non reputant possibile, quòd sub parua rotunditate specierum sacramentalium contineatur totum Christi corpus, & sanguis, reputantes impossibile, quòd parua quantitas, contineat in centuplo maiorem. Secundi sunt, qui reputant inhumanum, & crudele oportere Christi fideles manducare Christi carnem, & bibere eius sanguinem. Vnde legitur. Io. 5. quòd cum Christus dixisset Iudeis: Ego sum panis uiuus, qui de cælo descendi, si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternū, multi audientes ex discipulis eius, dixerunt. Durus est sermo, quis potest eum audire? Ecce scandalum prædictorum. Tertij sunt, qui reputant impossibile, quòd multoties sumatur, tam ab eodem, quàm à diuisis Christi corpus in sacramento altaris, nec tamen diminuat. Sed unicuique prædictorum respondet Christus in presenti euangelio dicens. Beatus qui non fuerit scandalizatus in me. Primi ergo non debent scandalizari: tum quia mysterum altaris est opus diuinum, & supernaturale, de quo in. Psal. à domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris. Tum quia in utero uirgineo tota diuinitas, quæ est incompræhensibilis quodammodo fuit comprehensa. Tum quia naturaliter uidemus in paruo speculo relucere aliquid multo maius. Secundo similiter scandalizari non debent: quia Christi corpus non sumitur carnaliter, & uisibiliter in hoc sacramento, nec similiter eius sanguis, sed sacramentaliter, & inuisibiliter, adeo quòd sensus gustus non sentit, ibi nisi gustum panis, & uini. Minimè autem ibi percipit gustum carnis, & sanguinis. Et ideo non relinquatur ibi locus crudelitatis, sed potius immensæ charitatis. Tertij etiam scandalizari non debent, tum quia Christi corpus in hoc sacramento non sumitur modo corporali, & ad instar aliorum ciborum, qui diminuuntur, ad mensuram quæ sumuntur, sed potius modo sacramentali, qui nullum habet alium sumendi modum similem: quia sumptus non consumitur. Tum quia etiam legimus diuina uirtute farinam paupercule mulieris uiduæ minimè consumptam, aut diminutam fuisse corrente annorum trium, & mensium sex spatio non obstante, quæ ex ea aleretur dicta uidua unà cum filio suo toto tempore prænotato pendente. Cur ergo simile app-



maius non poterit dominus operari in hoc Sacramēto? Recte ad aduersarij huius varietatis rationem, & stabo cum eis: quod si nequit, stet nobiscum.

SECVNDÒ quidam scandalizantur de nimia Christi clementia, liberalitate, & mīa, vt pote quòd nonnullis peccatoribus dimiserit facillimè peccata grauiā, et nulla imposita penitentia. Et de hoc historiam habemus de Magdalena peccatrice, cui ait. Remittuntur tibi peccata tua, vade in pace. Luc. 7. Similiter mulier adultera apud eum accusatę dixit, ego te nō condemnabo mulier, vade, & amplius noli peccare. Io. 8. Pręterea non legitur, quòd aliquā penitentiam imposuerit Petro eum neganti, aut Paulo eum persequenti, siue Matthęo in telonio sedenti, & huiusmodi. Sed de dicta Christi clemētia, quā prædictis, aut similibus exhibuit, nullus merito scandalizari debet, tum quia & si non legatur, quòd talibus imposuerit penam salutarem, nō tamen negatur, quā ipsi spontaneè suprà se penam et durissimā assumpserint. Et de hoc extat apertissima historia de Maria Magdalena, que post conuersionem suam multis annis in desertis latitās cū ceteris hoībus incognita mansit. Tum quia ipse Christus hęc præter excellentiā in sacramentis potuit ex speciali priuilegio, & gratia conferre rem Sacramenti absq; Sacramēto. Tum quia in prædictis, aut similib. potuit adeo intēdere cōtritionē, quòd plane per eam satisfecerunt de omni pena, ad quam aliās erant obligati. Meritò ergo ad propositū dicere pōt Christus, Beatus, qui non fuerit scandalizatus in me, scilicet propter nimiam meam miām. Quę etiam tanta est, quòd si hō millesies peccauerit in die, & millesies ad me cor de perfectō redierit, millesies illi remittere se paratus.

TERTIÒ quidam scandalizantur de nimia eiusdem Christi seueritate, & iustitia, que talis, ac tanta esse prædicat, quòd pro vnicò mortali delicto penam infert æternam. Quòd quidem factum videtur multis satis durum, ita vt inde scandalizetur. Tū primò quia in hoc pena videtur excedere culpam, maxime cum pena sit æterna, culpa autem temporalis. Aeternum autem ad tēporale, est diuerso nullam hęc proportionem. Tum secundo, quia ipse dominus fecit hominē propter vltimam beatitudinem consequendam, ita, vt dicat aliqui, quòd si sciuerit aliquos fore damnandos, nunquā

eos formasset. Tum tertio, quia teste Psal. Deus non obliuiscetur misereri, nec; continebit in ira sua mias suas. Ipse aut obliuisceretur misereri, & similiter contineret in ira sua misericordias suas, si pro peccato quantumcumq; graui puniret hoīem æternaliter: igitur non sic fiet, aut si ita fiat, iā crudelis, & seuerus videtur Deus. Sed profectò pp talem, ac tantam Christi seueritatē, & rigorosam iustitiam nullus merito debet scandalizari. Non quidem propter primum: quia iustum est, vt homo qui in suo æterno, id est, quādiu fuit in isto mūdo peccauit, in æterno Dei puniatur. Vnde Greg. li. 4. dia logorum ad propositum loquitur dicens. Iustus ille iudex non tantum facta hominum. sed & corda pensat. Iniqui em̄ ideo cum sine deliquerint: quia cum sine uixerunt. Nam uoluisse utique, si poruissent, sine sine uiuere, ut potuissent sine sine peccare. Ostendunt. n. quia in peccato semper uiuere cupiunt, qui nunq̄ peccare desinunt, dum uiuunt. Ad magnā ergo iustitiam iudicantis pertinet, vt nunq̄ careant supplicio, qui in hac uita nunq̄ carere uoluerunt peccato. hęc ille, Nō similiter pp em̄ superius allegatum debet quis scandalizari, quia dato q̄ Deus antecedenter uelit oēs hoīes saluos fieri, & ad ueritatis agnitionē puenire, vt dicit. Apo. 1. ad Ti mo. 2. non tamen consequenter, sed sic uult iustos saluos fieri, & peccatores damnari. Item quòd ipse dñs fecerit hominem pp beatitudinem consequendam, non debet sic intelli gi, quòd omnis hō infallibiliter saluetur, sed quòd ipse dedit homini, quantum in se fuit, sufficientia remedia ad consequendam æternam beatitudinem. Quòd autem additur aliquos dicere quòd si Deus presciuerit aliquos damnandos, nunquā eos formasset, hoc est hereticum, vt pote auferens à Deo plenam, & perfectam futurorum cognitionem, & directè contra illud uerbum Apostoli ad heb. 4. Non est illa creatura inuisibilis in conspectu eius. Omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius. Et Ecclesiastici. 39. dicitur. Non est quicquam absconditum ab oculis, eius. Non denique propter tertium suprà allegatum debet quis scandalizari. Nam secundum August. libr. 2. 1. de ciui. Dei. capitu. 23. prædicta autoritas sumpta ex Psalm. debet intelligi de uasis misericordie, & de filijs promissionis, ut sit sensus. Deus non obliuiscetur misereri, nec continebit in ira sua misericordias

**cordias suas,** supple contra pauperes peccatores ad eum redire uolentes. Aliam expositionem prædictorum uerborum dat idem Aug. ubi supra, dicens, quòd dato, quòd intelligatur de ira Dei contra peccatores post mortem, non tamen habent aduersarij intentum suum, sed sic est intelligendū, quòd Deus pro tanto dicitur non continere in ira sua misericordias suas, quia non punit ipso reprobos tantum, quantum meruerunt, sed semper citra condignum, perpetuo tamen. Sic enim, & ira Dei manebit, & in ipsa ira sua misericordias suas non continebit, ut scilicet, minores, atque leuiore penas patiantur, quam exigant eorum merita. Hęc ille. Pater ergo, quòd neque prædicti, neque quicumque alij habent materiam scandali in Christo. Propter quod ipse bene loquitur in præsentī euangelio, dicens. Beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me. Et sic patet de secundo principali.

**TERTIÒ** principaliter in hodierno euangelio fit mentio de Iohan. commendatione, cum subditur. Illis autem abeuntibus, scilicet discipulis Iohan. cepit Iesus dicere ad turbas de eo. **Quid existis in desertum uidere?** Er nota, quòd ipse Christus noluit commendare Iohan. in præsentī discipulorum suorum propter duo. Primò quidem ne eum commendando, ipso per amplius confirmaret in errore suo, quo estimabant magistrum suum maiorem Christo, ita, ut dicerent ei: Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes ueniunt ad eum. Iohan. 3. Secundò autem, ut nos instrueret non debere multum laudare hominem ante faciem suam, aut coram amicis suis, qui laudes de eo dictas possent ad illum de facili referre. Hoc enim habet quandam speciem adulationis, quam summopere uitare debemus. Vnde Seneca lib. de quatuor uirtutibus. Lauda, inquit, parcè, uitupera parcius. Nam similiter reprehensibilis est nimia laudatio, quam immoderata uituperatio. Illa enim adulatione, ista malignitate suspecta est. Hęc ille.

**NOTANDVM** ergo quòd in reliquo textu huius euangelij Christus commendat Io. de quatuor. Primò quidem de constantia, cum ait ad turbas. **Quid existis in desertum uidere?** Arundinem uento agitatam? Ac si apertè diceret, quòd

non,

**non.** Nam Iohan. ita constans erat, & nec timore, nec fauore à ueritate declinabat. Hoc autem apertè ostendit in reprehensione regis Herodis. Mar. 6. Secundo eum cõmendat de austeritate, cum ait. Sed quid existis uidere? Hominè molli- bus uestitū? Quasi dicat, & non. Nam de eo legitur Matt. 3. quòd habebat uestimentū de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos. Esca aut̄ eius erant locuste, & mel siluestre. Ecce Iohan. austeritas in uictu, & uestitu. Insuper ipse uis austeritas demonstratur ex loco habitationis, quia in deserto manebat die, ac nocte, etiam à pueritia. Tertio eum cõmendat ab intellectu claritate, cum ait: Sed quid existis uidere? Prophetam? Etiã dico uobis, & plus quàm prophetam. Ipse enim solus inter prophetas, quem uerbo prædixit, digito demonstrat, dicens. Ecce agnus Dei: ecce qui tollit peccata mundi. Iohan. 1. Quarto eum cõmendat ab auctoritate doctrine, dicens. Hic est, de quo scriptum est Malac. 3. Ecce ego, supple Deus pater, mitto angelū meū, idest Iohanem, qui duxit uitam angelicam, ante faciem tuam, idest ante manifestationē tuam, qui præparabit uiam tuā ante te. glof. interli. per uia reddet tibi corda auditorū, prædicando penitentiam, & baptizando. Ista ergo sunt uerba patris ad filiū, ut dicit prædicta gl. Dicit etiam glo. ordi. quòd Iohan. uocatur hic angelus, non natura, sed officio. Officiū enim angeli est nunciare Dei secreta. Et quia Iohan. nunciavit primum Christi aduentum, ideo hic meritò angelus nuncupatur.

**MORALITER** per desertum, de quo interrogari uolentus est Christus iudais dicens. **Quid existis in desertum uidere?** intelligitur mundus præsens, & hoc iuxta nominis interpretationē. Desertum enim dicitur quasi derelictum. Mundus autē iste derelinquitur per ipsū cõtemptū à uiris spirituales dicente scriptura Naum. 3. Omnis, qui uiderit te, idest, qui diligenter cõsiderauerit miserias, tribulationes, & occasiones malorum, quæ in te sunt, reflicat a te, idest contemnet te, & fugiet mente, & affectu à te. Item tandè ab omnibus derelinquitur in morte. De hoc ergo deserto potest intelligi dicta Christi interrogatio, qua ait. **Quid existis in deserto uidere?** Ter autem interrogat repetens eandem interrogationem, & dicens. **Quid existis in deserto uidere?** Cui meritò possunt respondere uiri spirituales, & dicere:

Dominic

**Domine** exiuius in desertum huius mundi videre tria.

**PRIMUM** est ipsius mundi instabilitas, quæ designat per arundinem vento agitatum: Nam sicut arundo, siue canna vento agitata hinc inde mouetur, & flectitur propter sui gracilitatem, & teneritudinem, ita etiam est hoc mundo. Nā flante vēto aduersitatis statim flectitur, vbi flante vento pro speratis erigitur, iuxta, illud Psal. hunc humiliat, & hunc exultat. Quod bene consideras Boethius de consola. lib. 1. merito ait. *Quid me felicem toties iactasti amici? Qui cecidit, stabili non erat ille gradu.*

**SECUNDUM**, quod videre debemus in deserto huius mundi, est in honoribus curiositas, & vanitas, quæ tangitur per illud Christi verbum. Ecce qui quod mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt. Vel dic, quod per illos, qui mollibus vestiuntur, intelliguntur adulatores, qui habent verba mollia, & suauia. Psal. Molliti sunt sermones eius super oleum. Quod, si quis velit videre hominem mollibus vestitum, id est, adulatorem, & papelardum, quærat eum in domo regis, principis, siue prælati, aut diuitis hominis: ibi enim tales communiter morantur, dicite Christo. Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt, secundum quod figuratiue dicitur in Psal. Dedit terra eorum ranas in penetralibus, id est, in thalamis, & secretis locis, regum ipsorum. Et sic patet de secundo.

**TERTIUM** quod debemus videre in deserto huius mundi est, boni prælati dignitas. Istud autem tangitur, cum subditur in fine euangelij. Ecce ego mitto angelum meum, &c. Vbi per angelum domini designatur bonus prælatus, cuius vita debet esse angelica, tum per puritatem mentis, tum per sublimitatem contemplationis, tum per enunciationem diuinæ prædicationis. Angelus. n. est nomen officij. Nā idem valet, quod nuntius. Quemadmodum ergo angeli sunt nuntij Dei ad nos, ita & boni prælati debent esse nuntij Dei ad populum sibi subditum, ipsum intruendo in fide, & moribus. De isto ergo angelo loquitur scriptur: Malach. 2. dicens. Labia sacerdotis custodiunt scientiam. Angelus. n. dñi exercituum est. Ecce ergo quid in deserto huius mundi videre debemus: si ad regnum celeste tandem peruenire optamus. Quod nobis concedat qui in Trinitate perfecta viuunt, & regnat. Amen.

*Dymi.*

*Dominica quarta aduentus sermo primus de epistola.*



**GAUDETE** in domino semper, iterum dico, gaudete. Phil. 4. Triplex est locus, scilicet superior, inferior, & medius. Primus cælum. Secundus infernus. Tertius præsens mundus. In primo loco est, quorum gaudium nulli tristitiæ, aut meriti permixtum, quod etiam amitti non potest, iuxta illud Christi promissum. Iohan. 16. Videbo uos, & gaudebit cor uestrum, & gaudium uestrum nemo tollet a vobis. In secundo loco per oppositum ad præcedentem est, tristitia, pura nulli gaudio permixta. Eccl. 3. 6. Cor prauum dabit tristitiã. Vñ dānatis recte potest dici illud. Io. 16. Tristitia impleuit cor uestrum. Vbi nota, quod tristitia, implere cor alicuius est, non relinquere in eo locum gaudij et quantumcumque; minimi, cuiusmodi est, in inferno. In tertio loco, eo quod medius est, interdum contingit hoies gaudere, interdum et tristari, dicente scriptura. Eccl. 3. Tempus flendi, tempus ridendi. Item Prouerb. 14. Risus dolore miscbitur. Sed ex quo sic est, quod in presenti non possumus semper letari propter multa discrimina, quæ in dies, & ferme omni momento occurruunt, sicut neque semper tristari, aliàs continua tristitia absorberet spiritum, unde ergo est, quod Apostolus hortatur nos ad semper gaudendum in domino, dicens. Gaudete in domino semper? Responso, gaudere in domino semper, dupliciter potest intelligi, scilicet, actualiter, & habitualiter. Primus modus non est nobis possibilis pro statu isto, ut satis constat, aliàs dormiens peccaret. Secundus autem modus est nobis possibilis, & ideo recte præcipitur ab Apostolo. Est ergo sensus uerbi Apostoli. Gaudete in domino semper, scilicet, actualiter pro loco, & tēpore, habitualiter uerò pro omni differentia tēporis. Et est sensus, quod homo semper debet esse paratus ad gaudendum in domino. Vel gaudere in domino semper, est gaudere in eo in aduersis, sicut in prosperis. Bene ergo, & salubriter nos admonet Apost. in epistola hodierna dicens. Gaudete in domino semper, &c.

**IN** præfati ergo epistola Paulus tria principaliter facit. **PRIMUM** dō admonet ad spirituale gaudium in principio epistolæ.

Ser. Dō. G. Pep. Pars Hiera.

F

SE

Secundò dicti gaudij assignat motiuum : quia dominus prope est.

Tertiò à solitudine seculi retrahit affectum , ibi. Nil, &cæt.

**P R I M Ò** igitur Apostolus nos admonet ad spirituale gaudium, quod est in domino, dicens. Fratres gaudete in domino. glo. interli. non in seculo, in quo gaudent, qui de impunitate nequitiarum suarum letantur. Vel gaudent in domino, in spe æternitatis, non in flore uanitatis, ut dicit gl. ordi. Vel gaudent in domino, idest, non extra dominum, ut dicit eadem gl. Gaudete ergo charissimi in domino, non quidem ad horam tantum, sed semper. 2. ad Cor. 6. Quasi tristes, semper autem gaudentes. Iterum dico gaudete. Bis ergo dicit, gaudete, tum ad maiorem expressionem, tum propter gaudij geminationem. Primum dicitur gaudium interius, quod est, in corde. Secundum dicitur gaudium exterius, de quo Iudith ultri. Populus erat iucundus secundum faciem sanctorum. Et de tali duplici, gaudio loquitur Psal. dicens. Letamini in domino, & exultate iusti. Vtrumque tamen gaudium debet esse moderatum. Vnde sequitur in textu epistolæ, Modestia uestra nota sit omnibus hominibus. Ac si aperte diceret. Taliter gaudete in domino, ut rationalis conuersatio uestra alios edificet, tam bonos, quam malos. Bonos quidem, ut inde meliores fiant, iuxta illud. Apoc. 22. Qui iustus est, iustificetur adhuc, & sanctus sanctificetur adhuc. Malos autem, ut uisa uestra conuersatione sancta, inde edificentur, & ad benefaciendum prouocentur. Math. 5. Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem, &c. Sit ergo charissimi, uita uestra, & conuersatio in exterioribus taliter moderata, ut non uertatur in dissolutionem, nec alicuius offendat aspectum. Et istud est contra nonnullos spirituales uiros, qui interdum indiscretè gaudent in domino, siue propter dominum. Vnde audiui de quodam prelato, religionis, qui etiam reformatissimus reputabatur, quòd cum in Vigilia Natiuitatis Domini, post matutinas iuxta morem religionis sue celebraret capitulum, cepit hortari fratres ad chorizandum in pleno capitulo ob iucunditatem Dominice Natiuitatis. Vnde surgens de sede sua, cepit esse caput, & ductor

ductor choreæ, quam tunc fecit totus conuentus. In quo quidem facto plurimum indiscretè processisse creditur : quia gaudium suum modestum non erat.

**NOTANDVM** ergo est pro ædificatione nostra, quòd triplex est gaudium, uidelicet.

Interior, Exterior, Superius,

**P R I M VM** igitur gaudium dicitur interius, quod non est aliud, quam quædam incunditas, seu cordialis læticia, habita de aliquo uero, & honesto bono. Et istud est gaudium iustorum quod habent in domino, præsertim de tribus.

**P R I M VM** est, de potestatis diabolice euasione. Da exemplum de captiuo, qui si euadere possit carcerem, ualde inde gaudet, quanto magis ergo ueni penitentes gaudere debet in domino ? In cuius figuram legitur Exod. 15. quòd filij Israel uidentes, quòd exiissent de Aegypto, & tyrannidem regis Pharaonis euasissent, inde ualde gauisi sunt, unde tunc canere cœperunt dicentes. Cantemus domino, gloriosè enim magnificatus est, &c. Meritò ergo iustificatus à domino, & liberatus à peccato dicere potest ad dominum illud. Psal. Conuertisti planctum meum in gaudium mihi. Ac si aperte dicat. O domine Deus, prius habebam materiam lugendi, cum scilicet peccato subiacerem, nunc uerò habeo materiam gaudendi, cum per tuam gratiam liberatus sum à peccato. Sequitur. Conscidisti saccum meum, priora merita, gratiam, & uirtutes restituendo, & circundedisti me læticia, idest, ex omni parte dedisti mihi materiam lætitiæ. Primum quidem ex parte inferiori claudendo mihi os putei in fernalis, quod mihi aperueram peccando. Secundò uerò ex parte superiori, aperiendo mihi cælum, quod clauseram mihi peccando. Tertiò autem ex parte dextera, mihi restituendo, & uiuificando bona prius mortificata in anima mea. Quartò denique ex parte sinistra, me à potestate demonis liberando, & educendo. Ecce qualiter tu domine pro immensa gratia tua circundedisti me læticia. Bèfic patet de primo gaudio, quòd habent iusti in domino.

**S E C V N D VM** gaudium, quod habent iusti in dño, est de eiuudem domini in mentibus suis receptione. Ipse. n. est, qui dicit Proverb. 8. Deliciæ meæ esse cum filiis hominum, s. per gratiã, & charitatem. De eodem et scribitur. Sapien. 7. q. 14

animas sanctas, se transfert. Quemadmodū ergo Zachęus recepit Christum corporaliter in domum suam gaudens, ut legitur Luca. 19. ita etiam ualde gaudere debet iustus de receptione spiritali creatoris sui, quę sit per gratiam. Item si homo gaudet de magni thesauri inuentione, quanto plus gaudere debet iustus de inuentione, & presentia gratię Dei? In cuius figuram legitur Luc. 15. parabola de muliere habente drachmas decem, quę si perdiderit drachmam unam, non cessat euerrere domum, donec inueniat eam. Qua inuenta, conuocat uicinas, dicens illis. Congratulamini mihi, quia inueni drachmam, quam perdideram. Vbi ad propositum, per drachmam intelligitur gratia Dei, quę perdit homo per peccatum. Sed quid debet postea facere, ut inueniat eam? Certę debet domum conscientię suę euerrere per debitam peccatorum suorum inquisitionem, contritionem, & confessionem. Qua inuenta inde gaudent uicini, idest, angelici spiritus, prout innuitur ubi supra, cum concluditur. Gaudium est Angelis Dei super uno peccatore penitentem. agen. &c.

**TERTIUM** gaudium, quod habent iusti in domino, est de expectata, & desiderata beatitudine. Da exemplum de illis clericis, qui postquam seruiuerunt in curia Romana, alicui magno Cardinali, tandem pro omni mercede, & salario uidentes, quod non possunt melius habere, rogant dominum suum Cardinalem, ut impetret eis a summo pontifice primum beneficium uacans in collatione talis, neltalis Episcopi. Qua impetratione facta, & bullis super hoc confectis, gaudenter redeunt ad propria. Ita, & iusti gaudent in spe futurę beatitudinis consequendę. Et ita uidentur esse intelligendum illud uerbum Apostoli ad Ro. 12. ubi ait. Spe gaudentes in tribulatione. Super quo gl. interli. Aeterna speretis, quamuis in bene operado mala occurrant. Spes enim premię diminuit uim flagelli, ut ait Greg. Ad idem etiam propositum loquitur Christus. Matt. 5. ubi post multa aduersa, quę oportet electos pati in presentia, tandem concludit dicens. Gaudeat, & exultate quoniam merces uestra copiosa est in cęlis. Item Apostolus. Ro. 5. Gloriamur in spe gloria filiorum Dei. Et sic patet qualiter iusti, & amici dicunt gaudere interius in domino de tribus.

**SECUNDUM** gaudium dicitur gaudium exterius. Et tale gaudium est periculosum, & damnabile, cuiusmodi est, gaudium eorum, qui in hoc mudo plus gaudent in cęcitare, quàm in claritate, in peccato quàm in merito, in male agendo, quàm in bene operando, in bonis temporalibus caducis, & transiuntibus. Quę in spiritualibus permanentibus, & sine carnis.

**VBI** notandum, quod multi sunt, qui præ cęteris male gaudent.

**PRIMI** sunt nobiles superbi, qui gaudent in oppressione pauperum sibi subditorum, in hoc imitantes suum magnum parentem Pharaonem, de quo legitur. Exodi. 1. quod præposuit Hebreis magistros operum, ut affigerent eos oneribus. Per quos quidem magistros operum intelliguntur officarij dominorum, & nobilium huius seculi, quales sunt balliui, senescalli, & præpositi eorum. Et reuera tales magistri grauissimę affigunt frequenter subditos dominorum suorum, ita ut nullā compassionem ad eos ducantur, etiam minus, quàm ad canes. Quod si contingat dictos afflictos recurrere ad dominos suos querimoniam de grauamine proponere uolentes, aut non audiuntur, aut cum rubore repelluntur, uertore uocando eos uillanos, paissanos. Sunt, & alij nobiles mundani, & fatui, qui non gaudent nisi esse in guerris, & tyrocinijs. Et de unoquoque tali rectę potest intelligi illud Prouerbi. 15. Stulticia gaudium stulto.

**SECUNDI** male gaudentes sunt diuites auari. Tales enim gaudent, iugulare arices, idest, dissipare, & exheredare pauperes. Vnde tales rectę figurantur per onagros, qui sunt animalia grandia cętera animalia illis inferiora, deuorantia. Bene ergo ad propositum loquitur scriptura Esaię. 32. dicens. Gaudium onagrorum pascua gregum. Practica quomodo illi, qui uocantur Galli parochiarum uolunt iugulare, & quasi ad nihilum redigere pauperes, ita ut interdum oporteat eos, locum, & patriam relinquere.

**TERTII** male gaudentes sunt luxuriosi, & lubrici uiri. Tales enim precio charissimio emunt momentaneam, & uilissimam lætitiā: quia per eam se obligant perpetuę damnationi. Iob. 21. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Item Prouerbi. 14. Extrema gaudij luctus, occupat. De omnibus ergo talibus, ac si-

milibus potest ueraciter dici illud eiusdem. Prouer. 2. Letantur, cum malefecerint, exultant in rebus pessimis, id est, in peccatis, & spurcitij suis. Vnde etiam unumquemque talem reprehendit. Psal. dicens. Quid gloriaris? in malitia? Ac si apertè diceret. Hæc est magna dementia, sicut si quis gloriaretur in laqueo, aut piscis in hamo, quo captus est. Eccl. 9. Sicut, pisces capiuntur hamo, & sicut aues comprehenduntur laqueo, sic capiuntur homines in tempore malo. Patet ergo de gaudio exteriori, & de triplici differentia hominum male gaudentium.

**TERTIUM** gaudium dicitur gaudium superius, quod habent electi de æterna beatitudine, & felicitate sua, de quo Iohan. 16. Iterum uidebo uos, inquit Christus discipulis suis, & gaudebit cor uestrum, & gaudium uestrum nemo toller à uobis. Et de tali gaudio tria sunt uidenda, quæ sunt. Acquisitionis, Possessionis, Perfectionis.

**QUANTVM** ad primum notandum, quòd dictum gaudium superius acquiritur tribus modis.

**PRIMÒ** purè, & innocenter uiuendo. Matt. 5. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt. Et per talem modum dictum gaudium acquiritur uiri heroici, & perfecti, qui nunquam mortaliter peccauerunt, quales fuerunt nonnulli Patriarchæ, utpotè, Noè, Abraham, Isaac, & Jacob. Item quales fuerunt nonnulli Prophetæ, utpotè Esaias, Hieremias, Daniel, & similes. Item quales fuerunt nonnulli sancti noui testamenti, utpotè Beata Virgo Maria, Iohannes Bapt. Nicolaus, Thomas Aquinas, & similes.

**SECUNDÒ** dictum gaudium acquiritur aduersa equanimiter tolerando. Act. 14. Per multas tribulationes oportet nos introire in regnum Dei. Item Iac. 1. Omne gaudium existimate fratres cum in uariis tentationibus, incidieritis. Et est sensus, quòd ad perfectum, & consummatum gaudium peruenitur per tolerantiam uariarum, tentationum, & tribulationum.

**TERTIÒ** dictum gaudium acquiritur, à gaudio huius mundi, se separando, & ipsum contemnendo. Nam, ut dicit Aug. li. foliloquiorum. ca. 22. Nemo potest in utroque seculo consolari, neque potest quis hic, & in futuro gaudere, sed necesse est, ut unum perdat, qui alterum uoluerit possidere. De-

re. Deinde subdit dicens. In hac ergo, uita renuit, consolari anima mea, ut digna habeatur, tuis consolationibus æternis domine Deus. Nam iustum est, ut amittat te, qui in aliquo alio magis consolari eligit, quam in te. Rogo ergo te pater sanctæ, non permittas me, in aliqua uana consolatione consolari, sed peto, ut omnia mihi amarescant, ut tu solus dulcis appareas animæ meæ, qui es dulcedo inestimabilis. Hæc ille. Item ad idem propositum loquens Grego. hom. 11. dicit sic. Quia enim presentia gaudia sequuntur perpetua lamenta, ideo charissimè uanam lætitiã fugite, si illic formidatis. Nemo enim potest gaudere in hoc seculo, & tandem regnare cum Christo. Hæc ille. Patet ergo quomodo acquiri potest gaudium cælestè.

**QUANTVM** ad secundum, quòd tangit possessionem dicti supremi gaudij, notandum, quòd huiusmodi gaudium possidetur tribus modis. Primò perpetuãlter. Iohan. 16. Gaudium uestrum nemo toller, à uobis. Si enim amittit posset huiusmodi gaudium, hoc fieret altero istorum trium modorum, uidelicet aut à Deo illud subtrahente, aut ab homine carere illo à uolente, aut à Diabolo hominem ad peccatum trahente. Sed nullo istorum modorum amitti potest cælestis beatitudo, postquam, scilicet, aliquis semel intrauerit in illius possessionem. Non quidem primo modo, uidelicet, à Deo subtrahente, quòd patet sic. Nam cum talis subtractio beatitudinis sit quedam pœna, non potest à Deo iusto iudice prouenire, nisi propter aliquam culpam, maxime cum dicat Apost. Ro. 11. quòd sine penitentia sunt dona Dei. Modò nulla culpa, etiam uenialis cadere potest in eo, qui uidet clarè diuinam essentiam, igitur huiusmodi beatitudo amitti non potest ex parte Dei. Non etiam secundo modo amitti potest, prædictum gaudium, uidelicet ex parte hominis illo carere uolent. Impossibile enim est, quòd aliquis uideans diuinam essentiam, uelit eam non uidere. Cuius ratio est, quia omne bonum habitum, quo aliquis uult carere, aut est insufficientis, & queritur aliquid sufficientius loco eius, aut habet aliquod annexum incommodum, propter quod in fastidium uenit, est autem, quòd uisio diuinæ essentia, replet animam omnibus bonis, cum coniungat eam fonti totius bonitatis. Vnde dicitur in Psal. Sa-

riabor, cum apparuerit gloria tua. Insuper huiusmodi uisio non habet aliquod incommodum adiunctum, maxime cum scribatur. Sap 8. quod non habet amaritudinem conuersatio illius, nec tegdium conuictus eius. Ex quibus omnibus concluditur, quod beatus, non potest uelle deferere gaudium, quod habet. Non denique potest predictum gaudium amitti ex parte demonis hominem beatum ad peccatum trahentis. Nam cum mens Deo coniuncta beatificetur, super omnia eleuetur, consequens est dicere, quod ab huiusmodi coniunctione Diabolus non potest eam excludere. Et est alia ratio preceptorum: quia ad locum beatitudinis, & summi gaudij non patet diabolo accessus, qui inde perpetuo est exclusus. Ex quibus omnibus patet, quod predictum gaudium possidetur perpetually, & sine fine.

**S E C U N D O** possidetur communicabiliter dictum gaudium, scilicet ab omnibus beatis, secundum tamen plus, & minus, prout exigit charitas uniuscuiusque beati. Nam ut dicit Greg. li. 4. moral. c. 42. Tanta uis amoris in illa pace ipsos beatos sociat, ut quod in se unusquisque non accepit, hoc se accepisse in alio exultet. Hec ille. Similiter Aug. ad idem propositum libr. de spiritu, & anima. c. 57. dicit, quod in celo tantum gaudebit unusquisque de beatitudine alterius, quantum de suo ineffabili gaudio. Item quot factos quisque habebit, tot gaudia habebit. Hec ille.

**T E R T I O** sepe dictum gaudium celeste possidetur quietanter. Nam huiusmodi gaudium, & solum tale gaudium quietat humanum appetitum iuxta illud psal. Satiabor, cum apparuerit gloria tua. Item Aug. li. 1. confessionum. Fecisti nos domine ad te, & inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te. Properea Ber. li. de perfecta conuersione regularium. c. 26. ad idem propositum loquitur dicens. Nimirum ad imaginem Dei facta anima rationalis ceteris omnibus occupari potest, repleti non potest. Capacem Dei, quicquid minus Deo est, non implet. Hec ille. Patet ergo qualiter possidetur huiusmodi gaudium celeste tribus modis prenotatis.

**Q U A N T U M** ad tertium, quod tangit perfectionem gaudij celestis, notandum, quod huiusmodi gaudium perficitur triplexiter.

**P R I M O** quidem essentialiter, scilicet ex uisione diuine claritatis,

sentia, que est tota merces, id est principalis beatitudo, iuxta illud Iohan. 17. Hec est uita aeterna, ut cognoscant te solum uerum Deum, & quem misisti Iesum Christum.

**Q U A N T U M** autem sit huiusmodi gaudium, quod cofurgit ex uisione beatifica diuine essentia, aperte declarat diuus Aug. in libello de triplici habitaculo, ita dicens. Tanta est iucunditas lucis eterne, ut etiam si non liceret amplius manere in ea, quam unius diei mora, pro hoc solum innumera-biles anni huius uite pleni delicijs in circumstantia temporalium bonorum merito contemnerentur, iuxta illud psal. Melior est dies una in atrijs tuis super milia. Deinde post pauca subdit idem Aug. dicens, quod si illa iucunditate celeste uideant illi, qui in carcere inferni inclusi sunt, nulla pena, nullum dolorem, nullamque tristitiam sentirent. Cuius pena si in inferno cum sanctis habitatoribus appareretur, continuo infernus in amenum conuerteretur Paradisum. Hec ille. O mirabile uerbum. O indicibile gaudium. O inenarrabile gloria. O quam miser, & miserabilis, amens, & infans, non homo, sed uelut iumentum factus estimamus, qui toto corde, ore, & opere non affectat illuc uenire, ubi sine fine datur felicissimum uiuere.

**S E C U N D O** predictum gaudium perficitur accidentaliter, scilicet ex confortio sanctorum Angelorum, & hominum. Gaudet enim quilibet beatus de bono quod uidet in quolibet alio beato. Nam, ut dicit Greg. lib. 4. moral. c. 43. tanta uis amoris in illa pace celesti, ipsos beatos sociat, ut quod in se unusquisque non accepit, hoc se accepisse in alio exultet. Similiter Aug. libr. de spiritu, & anima. c. 57. ad idem propositum loquitur dicens. Tantum unusquisque gaudebit in celo de beatitudine alterius, quantum de suo ineffabili gaudio. Et quot socios quisque ibi habebit, tot gaudia habebit. Hec ille. Non sic autem contingit in presenti, quinimmo multi frequenter triflatur de prosperitate, & felicitate aliena. dic. Ps. Peccator uidebit super felicitatem proximi sui, & irascetur.

**T E R T I O** predictum gaudium celeste perficitur corporaliter. Sol enim anime a corporibus exute, ante iudicij die regulariter intrat gaudium celeste, ibique expectant resurrectionem suorum corporum, ut crescat earum gaudium. Hoc autem complebitur in generali omnium resurrectione, quandoquidem ipse ante reuincitur suis proprijs corporibus, & gloria ante redabit.

dabit in corpus, sicut in transitu factum est in Christi transfiguratione, quādoquidem facies eius resplenduit sicut Sol, & uestimenta eius facta sunt alba sicut nix Matt. 17. Vnde post talem unionem corpora electorū erunt agilia, subtilia, clara, impassibilia. Vnde de claritate, & agilitate dictorum corporum simul scribitur Sap. 3. Fulgebunt iusti, ecce claritas, & tanquā scintillę in arundinetō discurrēt, ecce agilitas. De subtilitate autē, & impassibilitate dictorū corporum glorificatorum loquens Apostolus. 1. Cor. 15. dicit, q̄ seminatur corpus animale, surget autem corpus spirituale, ecce subtilitas. Item seminatur corpus in corruptione, surget autem in incorruptione, ecce impassibilitas. Ecce ergo quomodo gaudium illud ineffabile cęlestē tandem perficitur ex parte corporis glorificati. Et sic patet de triplici gaudio, & per consequens de primo principali dicta sufficiant.

**S E C U N D O** principaliter Apost. in hodierna Epistola affignat sufficiens motiū spiritualis gaudij, cum subdit dicens. Dominus enim prope est. Et ideo debetis sup. meritō gaudere. Vbi gl. ord. Dominus prope est, id est, paratus dare quicquid opus est in spiritualibus, uel temporalibus. Duplex ergo causa gaudij notatur in uerbis prædictis. Prima est uenientis potestas, quia Dominus: Secunda eiusdem propinquitas, quia prope est. Si enim ueniens ad nos esset seruus, licet prope, uel Dominus, sed longe, non esset ita gaudendum. Sed quia est Dominus, & p̄pe, ideo meritō gaudere debemus.

**M O R A L I T E R** notandum, quōd Dominus differenter se habet ad homines, secundum quōd & ipsi differenter se habent ad eum. Est ergo.

- Prope orantibus.
- Iuxta patientibus.
- Intra diligentibus.
- Longe à peccatoribus.
- Intra contemnentibus.
- Supra credentibus.

**P R I M O** igitur Dominus prope est orantibus, sup. deuotē, iuxta illud Psal. Prope est Dominus omnibus inuocantibus eum, quamuis tamen non semper faciat in promptu illud, quod ab eo petunt. Sed quia nonnulli inuocant eum ap̄parenter, ut hypocrite, alij indignē, ut peccatores, alij tepidē,

ut

ut remissi, & pigri homines, ideo Psal. consequenter ostendit, quibus Dominus inuocantibus eum prope est, cum subdit dicens. Omnibus inuocantibus eum in ueritate. Non secundum uana desideria, quæ aliud querunt, quàm ipsum Deum, ut dicit gl. interli. Et quia Dauid post cōmissum adulterium inuocabat eum in ueritate, dicens. Miserere mei Deus secum dum magnam misericordiā tuam, & secundū multitudinem miserationum, &c. Similiter publicanus cum dicebat: Deus propitijs esto mihi peccatori. Luc. 18. Item bonus latro cum dicebat: Memento mei Domine, dum ueneris in regnū tuū. Luc. 23. ideo omnibus illis, & similibus prope fuit Dominus. Vnde Dauid statim dictū est per Nathan prophetam: Dominus transiit ab te peccatum tuum. 2. Reg. 12. Similiter de publicano dicitur ubi supra, quōd descendit iustus carus in domum suam. Item bono latroni, ait Dominus: Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso. Quomodo ergo auicula ad sibilationem aucupis interdum, ita de prope accedit, q̄ permittit se ab eo accipi, ita & Deus ad sibilum, seu orationem hominis deuoti adeo de prope accedit per gratiam, q̄ permittit se capi ab eo interius per charitatem. Hoc autem bene apparuit in illis sanctis patribus, qui suis deuotis sibilis, & orationibus ipsum ita prope uenire fecerunt, quōd intra rete uirginalis uteri incluserunt eum.

**S E C U N D O** Dominus iuxta est patientibus, ita ut de unoquoq; in tribulatione posito, dummodo patienter se habeat, dicat illud Psal. Cum ipso sum in tribulatione, tum scilicet ad eum confortandum, tum ad patientiā dandum, tum ad meritum augendū, dicente Psal. In tribulatione dilatasti mihi, supple meritum, & gratiam. Sequitur; Eripiam eum, scilicet tribulatum, de omni tribulatione sua. Hoc autē complētē fiet in morte quo ad electos. Vnde tunc ipsi electi, quasi gratias Deo agentes dicent illud Psal. Laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Non quidem propria uirtute, sed adiutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cœlū, & terrā. Propterea eiulans doctor Ecclesię Paulus clamabat ad Dominum dicens. Insefelis ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? ad Rom. 7. Sequitur. Et glorificabo eum, scilicet dando ei præmium in cœlo pro labore certaminis, quod gessit in terris, & coronam pro uictoria. Hęc autē tria tangit



tangit Apostolus. 2. ad Timot. 4. dicens. Bonum certamen certavi. Ecce tribulatio. Cursum cōsummaui. Ecce ereptio. In reliquo reposita est mihi corōna iustitię, quam &c. Ecce glorificatio. Quę quidem glorificatio non durabit tantum ad horam, diem, mensem, aut annū, sed perpetuū, ideo subditur. Longitudine dierum replebo eum, insuper ostendam illi salutare meum, idest filium meum, per quem operatus sum salutem humani generis. Iohan. 17. Hęc est uita æterna, ut cognoscant te uerum Deum, & quem misisti Iesum Christum. De tali etiam salutari loquebatur sanctus ille Simeon, cum dicebat Luc. 2. Viderunt oculi mei salutare tuum. Patet ergo quomodo Dominus iuxta est patientibus, seu in tribulatione positis. In cuius etiam figuram legitur Dan. 3. q̄ intra fornacem ardentissimā, quam incendi fecerat rex Nabuchodonosor, ibique iactari pręceperat tres pueros: eo quōd non lussent adorare statuam eius, postmodum introspectiens uidit eos solutos, & ambulantes in medio ignis, nihilque corruptionis in eis esse. Vidit insuper cum eis uirum quantum similem filio Dei. Applicatio est facilis.

**TERTIO** Dominus intra est diligentibus. Ipse enim intra nos manens per gratiam, & charitatem mouet nos, ad ipsum super omnia diligendum, facitq; nos secum manere. Hinc. 1. Iohan. 4. dicitur: Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Et est sensus. Deus charitas est, supple increata, & qui manet in charitate, scilicet creata, quę est quedam participatio charitatis increate, quę est Deus, in Deo manet, sicut participans in participato, & Deus in eo, sicut participatum in participante. Ex quo patet, q̄ charitas in uerbis prædictis sumitur equiuocē, scilicet pro charitate increata, cum dicitur: Deus charitas est. Item pro charitate creata, cū subditur: Et qui manet in charitate, in Deo manet. Et ideo in hoc errauit magister sent. qui non posuit charitatem creatam, sed tantum increatam, ut patet. 1. sentent. dist. 17. De hac etiam charitate creata loquens Apostolus ad Rom. 5. dicit. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis. Ecce quomodo Dominus intra est diligentibus. Et est sensus, q̄ Deum super omnia diligentēs habet ipsum intra semetipsum, quod certē maximum Dei beneficium est. Vnde Aug. ad

fratre

fratres in eremo. ser. 55. qui intitulatur de obitu Valentini. Episcopi Carthaginen. dicit, quōd esse sine Christo miserum est, Christum secum esse, tutum est, sed esse cum Christo, beatum est: Non enim (inquit) existimandū est idem esse, secum esse Christum, & esse cum Christo. Apostolus enim secum habebat Christum, cum dicebat: Non ego solus sum, sed gratia Dei mecum est. Nondum tamen erat cum Christo, quia cupiebat dissolui, & esse cum eo. Hęc ille.

**QUARTO** Dominus longe est à peccatoribus, iuxta illud Psal. Longe à peccatoribus salus. Cuius ratio assignatur, cū subditur. Quia iustificationes tuas nō custodierunt, idest, mandata tua, quę iustificanti, facientes ea, nō quęserunt cor de perfecto, & diligenter, ut facerent ea. Salus ergo tam gratiæ, quàm glorię longe est à peccatoribus, & signatur ab illis, qui sunt in suis peccatis inueterati, & habituati. Salus ergo tam gratiæ diuinę, quàm cęlestis glorię longe est à talibus. Nam dator utriusq; salutis à talibus diuisus est propter peccatorum suorū multitudinē, magnitudinē, & cōtinuationē. Et hoc est, quod dicitur Esa. 59. Iniquitates uestre diuiserunt inter uos, & Deum uestrū. Sed profectū Dominus, qui longe est à peccatoribus in ratione iustificantis, & glorificantis, prope illos est in ratione ulciscētis, & punientis. Nam iusto Dei iudicio quōto quis plus recedit à gratia, & misericordia Dei per peccatum, tanto plus, accedit ad iustitiam eius, & ad portas inferni. Da exemplum de ambulante, qui quōto plus recedit ab uno termino, tanto plus accedit ad alium

**QUINTO** Dominus infra est cōtemnentibus, supple est, & præcepta illius. Omnis nempe peccator præfert se quodammodo Deo, aut saltem illi præfert bonum creatum, quo fruitor tanquā optimo bono. Ut enim dicit Aug. lib. 1. de libero arbitrio. Omnia peccata hoc uno genere continentur, cū quisq; auertitur à diuinis, uereq; manentibus bonis, & ad mutabilia, atq; incerta cōuertitur. Hęc ille. Da exemplū de superbo quo ad seculi honores. Itē de auaro, & cupido quo ad temporales diuitias. Item de luxurioso quo ad corporales uoluptates. Itē de uoluptuoso quo ad delestationes cōsistentes in cibis, & potibus, & sic de alijs peccatoribus. Non mtrū ergo, si irascatur Dñs cōtra peccatōrē, cum scilicet, uideret se ab eo cōtemni, & bonū creatū illi præferri. Da exēplū de rege, qui

non

nō immeritō ad iracundiā puocaretur, si videret filiā rusticī, q̄ duxit in uxorē, eū cōtēnere, & eo sp̄reto miserū leprosum ad amare, atq; eū eo dormire. Applicatio est facilis ex dictis.

**S E X T Ò** Dominus supra est credentibus. Et est sensus, q̄ rectē credentes in eum ipsū sibi pr̄ferunt, per oppositū ad peccatores, qui ipsū conculcant pedibus male uiuendo. Iusti ergo, & fideles stantū Dominū supra se in tribus locis. Primò quidem in corde per fidem, sp̄em, & charitatem. Secundò uerò in ore per diuinā laudem. Et de utroq; simul loquitur Apostolus ad Roma. 10. dicens: Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Et nota, quòd Apostolus loquitur hic de confessione diuine laudis. Bene ergo ad propositū loquitur sapiens Eccl. 45. dicens: Benedictentes Dominū exaltate eum, quantum potestis, maior enim est omni laude. Tertiò autē in corpore, siue in opere. 1. Cor. 6. Glorificate, & portate Deum in corpore uestro. Ecce quā differenter se habet Dominus ad homines. Et sic patet de secundo principali.

**T E R T I Ò** principaliter Apost. in hodierna Epistola retrahit humanū affectū ad sollicitudine seculi, cum ait. Nihil solliciti sitis. Super quo glo. interli. Sine mundi sollicitudine promissa Dei pr̄ oculis habere. Et nota, quòd Apostolus non prohibet omnem sollicitudinē, sed tantū superfluam. Oportet enim tempore, & loco sollicitari de necessarijs ad humanā uitam. Quod si quis aliter faceret, uideretur tentare Deum. Vnde beatus Thom. super Epistolas Pauli dicit, quòd sollicitudo quandoq; importat diligentiam querendi, quod deest, & talis sollicitudo est cōmendabilis, & opponitur negligentī. Quandoq; uerò importat anxietatem animi cum defectu sp̄i, & timorē de obtinendo id circa qd sollicitatur. Et talem sollicitudinē prohibet Dominus Matt. 6. dicens. Ne solliciti sitis anime uestre, quid manducetis, neque corpori uestro, quid induamini. Loco ergo talis sollicitudinis debemus habere recursū ad Deum in omni necessitate nostra, iuxta illud. 1. Petr. vlti. Omnem sollicitudinē proicientes in eum, quoniam ipsi est cura de uobis. Istud autem maxime fit orando. Propter quod subdit Apost. dicens. Sed in omni oratione, & obsecratione, id est, ob reuerentiam sacrorum rogatione, ut cum dicitur: Per passionem, & crucem tuam, &c.

cum

cum gratiarū actione. 1. Thef. vlt. In omnibus gratias agite, petitiones uestre innotescant apud Deum, id est, approbentur ante Deum, tanquā dignę, & sanctę. Vel innotescant his, qui sunt apud Deum, scilicet angelis, per quorum ministerium deferuntur Deo, non quasi eas ignorantī, sed quia intercedunt pro nobis. Tandem Apo. in fine Epistolę format orationē pro Philippenſibus, ad quos scribit, dicens. Et pax Dei, id est, tranquillitas animi, quę exuperat omnē sensum, supple creatur, quia illam solus Deus dare potest, custodiat corda uestra, id est affectus uestros, ut non declinetis à bono, & intelligētijs uestras, ut scilicet in nullo deiciatis à uero. Et hoc in Christo Iesu, pro cuius charitatē affectus perseverat in bono, & per cuius fidem intellectus perseverat in uero. Deprecemur igitur charissimi piissimū Dominū vnā cum Apostolo Paulo, ut pax illius taliter custodiat corpora nostra, & intelligentias nostras in præsenti, quatenus ad pacem eternam peruenire ualeamus præsente Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre, & Spiritu Sancto uiuit, & regnat. Amen.

*Dominica quinta Adventus, Sermo secundus de Euangelio.*



**M** I S E R V N T ab Hierosolymis Iudæi Sacerdotes, & Leuitas ad Iohānē. Iohan. 1. Pro introductione præsenti sermonis mouetur quæstio talis. Vnde mouebantur Iudæi, ut dubitarent de beato Iohanne, an ipse esset Christus? Respondetur, quòd propter tria.

**P R I M Ò** quidem propter scripturarū sacrarum coniecturationem. Tunc enim ipse erat famosa opinio apud Iudæos, quòd tempus Messię iam instaret. Tum quia uidebant regnū, & regiam dignitatem ab eis iam esse ablatam, quod tamen fuerat illis datum pro signo Adventus Messię, prout prädixerat Iacob. Hic enim in extremis positus, cum singulis filijs suis benediceret, ait ad Iudam: Non auferetur scæptum de Iuda, & dux de femore eius, donec ueniat, qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentiū. Gen. 49. Tum quia uidebant completas, aut saltem in proximo complendas septuaginta hebdomadas annorum, de quibus prädixerat Daniel, quòd præcedere debebat unctiōnem sancti factorū, id est,

Id est, Christi incarnationem, ut patet Dan. 9. Quia ergo iudæi uidebant mirabilem cōcursum populi ad audiendā prædicationem beati Iohannis in deserto cōmorantis, ideo suspicabantur in eo esse completas duas prædictas prophetias.

**S E C V N D O** Iudæi dubitabant de Iohanne, an esset Christus, propter Natiuitatis illius solennem annunciationem. Omnibus enim scēme notum erat, propter rei euidentiam, qualiter affante populo in templo nunciatus fuerat Zachariæ pontifici, affante illi Angelo à dextris altaris incensī, & dicente ei. Luc. 1. Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua, & uxor tua Elisabeth pariet tibi filium, & uocabis nomen eius Iohannem, & multi in Natiuitate eius gaudebunt. Item propter illius priuilegiatā sanctificationem, de qua subditur ubi supra. Et Spiritu Sancto replebitur adhuc ex utero matris sue. Item propter eiusdem uitæ austeritatem, quæ ex tribus innotescit ex textu sacrorum Euangeliorum. Primò quidem ex parte cibi, & potus. Nam cibus illius erat locustæ, & mel siluestre, ut dicitur Matt. 3. De potu autē illius prædixerat Gabriel nunciando eius Natiuitatem, quod uinum, & siceram non esset bibiturus. Secundò uero ex parte uestimenti illius. Nam Matthæus de eo dicit ubi supra, quòd habebat uestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos. Tertio autē ex parte loci, in quo morabatur. Luc. 1. Puer autē crescebat, & cōfortabatur spiritu, & erat in deserto usque in diem ostensionis sue ad Israel, id est, usque ad tempus illud, quo exiit de deserto, ubi māsaret annis. 25. eremiticam uitam ducens, ut refert Dominus Hugo Card. & ex tunc cepit prædicare in omnem regionem Iordanis, ut legitur Luc. 3. Vnde glo. ordi. super illo uerbo: Et erat in deserto, & c. allegans Bedam, dicit sic, Prædicator pœnitentiæ futurus aspera solitudinis elegit, ubi primèquam exegit ætatem, ut iuuenis liberius ab amore mundi auditores suos reuocaret.

**T E R T I O** iudæi dubitabant de eodem Iohanne, an ipse esset Christus propter officij nouitatē. Ipse enim prius quam Christus cepit prædicare, & baptizare. Vt enim refert Matthæus. 3. ca. exibat ad eum Hierosolyma, & omnis regio circa Iordanem, & baptizabantur ab eo in Iordane confitentes peccata sua. Et quia iudæi audierant per prophetas Christum uenturum, & baptizaturū, ut dicit glo.

ordi.

ordi. super præsentī Euangelio, ideo non mirum, si dubitabant ipsum esse Christum. Ecce unde mouebantur iudæi, ut interrogarent Iohannem dicentes. Tu quis es? ut haberetur in præsentī Euangelio. In quo quidem Euangelio de tribus principaliter fit mentio, uidelicet.

De Pharisæorum interrogatione ibi: Tu quis es?

De Iohannis humiliatione, ibi: Et confessus est, quia non sum, & c.

De Christi commendatione, ibi: Ipse est, qui post me, & c.

**P R I M O** igitur, & c. Pro quo notandum, quòd ut haberetur extra de maiō. & obe. ca. statuimus, ordo rationis exigit, ut secundum gradū dignitatis, excellentiæ, & ualori. alicui exhibeatur honor, & reuerentia. Hoc autē in parte obseruauerunt hodie maiores iudeorum, in hoc scilicet, quod ad Iohannem, quo nemo inter natos mulierum maior surrexit, miserunt honorabilem ambassiata. Cuius honor, & dignitas apparet ex multis: Primò quidem ex parte mittentū, quia miserunt iudæi, id est, illi de tribu Iuda, qui erant nobiliores in populo hebræorum. Secundò uero ex parte loci, quia ab Hierosolymis, quæ erat ciuitas sacerdotalis, & regia. Item ca. put regni Iudæe. Præterea uigebat in ea studiū legis, & prophetarū. Similiter ibi specialissimè florebat cultus diuinus. Tertio ex parte nunciorum, quia sacerdotes. glo. inter. l. sapientes in lege, & priores ordine, & leuitas, in minoribus ordinibus seruientes. Prædicti ergo nuncij erant solennes personæ. Insuper erant pharisæi, ut postea subditur, id est famosi, & religiosi præ ceteris de populo iudeorum. **Quartò** ex modo interrogandi, cum subditur. Vt interrogarent eum. Tu quis es? Et sic patet descriptio dicte ambassiatae.

**M O R A L I T E R.** Notandum iuxta dictā interrogationem: Tu quis es? quòd cum quilibet nostrū uenerit in hora mortis, & dixerit Domino: Domine aperi mihi, fiet illi triplex interrogatio, uidelicet quis, qualis, quantus, supple. es.

**P R I M A** igitur interrogatio erit: Tu quis es? Forfan interrogatus dicit: Domine ego sum creatura rationalis ad imaginem, & similitudinem uestram facta. Tunc dicit iudex. Videamus cuius est imago hæc, quam geris, an scilicet imago mea, uel diaboli. Quòd si inueniatur gerere imaginē Dei per gratiam, cōtinuo dicitur illi. Amice tu bene ueneris. Si uero

comperiatu gerere imaginem diaboli per culpam, dicitur illi. Nescio te,uel: Quomodo presumpsisti huc intrare non ha bens uestem nuptialem? Deinde dicit rex tortoribus illud Matt. 22. Ligatis manibus, & pedibus mittite eum in tenebras exteriores.

**SECVNDÆ** interrogatio erit. Tu qualis es? supple quo ad statum,quem in uita tenuisti? Forsan interrogatus dicit. Domine ego sum Christianus. Tunc dicit iudex. Scire debes,quod mendacium est se Christianū dicere,& opera Christi non facere, ut notatur 22.quesit. 5. caute. Et sumitur dictum decretum ex uerbis illis. 1. Iohan. 2. Qui dicit se nosse Deum,& mandata eius non custodit,mendax est. Vide ergo, ne sis de numero illorum, de quibus loquitur Apostolus Paulus ad Titum. 1. dicens. Confitentur se nosse Deum, facti autem negant. Vnde figuratiue dicitur Gen. 27. Vox quidem uox Iacob est, sed manus manus sunt Esau.

**TERTIA** interrogatio erit. Tu quantus es? Non quidē quantitate molis, sed uirtutis, aut uitij, ut sciatur quantus locus debeat tibi in cœlo, aut in inferno pro uitę merito. Nam, etsi cœlum sit cōmune receptaculū omnium electorū, & infernus omnium reproborū, in utroq; tamen sunt diuersa, & distincta receptacula particularia. Et de cœlo quidem, ait Christus Iohan. 14. In domo patris mei mansiones multe sunt, id est, diuersę participationes eiusdem beatitudinis increatę. Et hoc est, quod ait Apo. 1. ad Corin 14. quod stella distet a stella in claritate. Alia etiam gloria Solis, alia gloria Lunę, alia gloria stellarum, ut dicit ibidem idem Apo. Item in Psal. Quam dilecta tabernacula tua Domine uirtutum? concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini. Et Numer. 24. Quam pulchra sunt tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israel? ut ualles nemorosę, ut horti iuxta fluuios irrigui, ut cœdri prope aquas. Ex his omnibus textibus liquido patet in cœlo esse uarias mansiones pro uarietate meritorum participandas ab electis. Et similiter in inferno suo modo sunt diuersa receptacula pro uarietate demeritorū, & culparum ipsorum reproborum. Vnde Augu. in tractatu de uanitate seculi. Iuxta inquit qualitatem culpe, pœnam uniusquisq; sustinebit gehennę, & similis culpe rei, sui similis iungentur cruciandi. Item idem ad fratres in eremo

ser. 26.

ser. 26. qui intitularu de murmure, & detractione. Ignis, inquit, inferni, etsi omnibus peccatoribus sit cōmunis, non tamen uno modo omnes cruciabitur, sed quanto quis plus in delicijs permanferit, tanto fortius cruciabitur in aternū. Et ad propositum dat Greg. in suo dialogo. lib. 4. similitudinem de uno sole, sub quo multi consistunt in presenti uita, qui tamen eiusdē solis ardorem non æqualiter sentiunt, quia alius plus estuat, alius minus, ita etiā, inquit, in inferno contingit. Patet ergo qualiter tam in cœlo, quam in inferno sunt diuersa receptacula pro uarietate meritorū, aut demeritorum, gratiarū, aut culparum, honorum operum, aut peccatorū. Et ideo in articulo mortis districtus ille iudex Christus unumquemq; interrogabit dicens. Tu quantus es? ut sciatur quantus gradus glorię, aut pœnę tibi debeat. Et sic patet de primo principali.

**SECVNDÒ** principaliter in presenti Euangelio fit mentio de Iohannis humiliatone, quę certē magna fuit, & hoc declaratur in eodem Euangelio multipliciter.

**PRIMÒ** quidem dicendo se non esse Christum. Et nota, quod potius respondit Iohan. ad intentionem interrogantiū eum, quā ad uerba. Confessus est, inquit Euangelista, & nō negauit. Et confessus est, quia non sum ego Christus, ubi gloriā interli. Iohannes negauit se esse, quod non erat, scilicet Christum, sed nō negauit se esse, quod erat, scilicet Christi præcurso rem. Vnde postmodū dixit de seipso. Ego uox clamantis in deserto. Dicit etiam eadem gl. quod in responsione Iohannis exprimitur eius ingens humilitas, qua nihil maius est, cum posset credi Christus. Vnde Augu. super Iohan. tract. 4. exponens prædictum uerbum. Non sum ego Christus, & dicit quod Iohannes nullum tantū meritū habuit, quā de ipsa humilitate, q̄ cum posset fallere homines, & putari Christus, atq; haberi pro Christo, eo quod tantę gratię, & excellentię erat, confessus est tamen apertē, & dixit: Non sum ego Christus. Hęc ille. Et nota, quod si Iohannes dixisset se esse Christum, de facili illi credidisset iudæi, ubi tamen Christo afferenti se esse uerū Deum à patre missum credere noluerunt. Sed unde hoc? Certē bene nouerant de ipso Christo, quod de paupere parentela erat, & de uili regione, scilicet de Galilea, & de pauperculo castello, scilicet Nazareth. Parte autem

ex altera bene nouerat de beato Iohanne, quod esset de magno genere, utpote filius Zachariæ Pontificis. Propter quæ magis optabant Iohannem sibi præponi, quàm Christum, quem uilissimum reputabant. Et ideo, ut flecterent ipsum Iohannem ad acceptandum talem honorem, miserunt legatos ad eum: At uerò ille tanquàm uerus humilis renuit prædictum honorem: dicens, Non sum ego Christus. Ecce quomodo primò ostenditur eius uera humilitas.

SECUNDÒ humilitas eiusdè Iohannis declaratur in hoc, quod ad interrogationem legatorum dicentium: Quid ergo, supple, es tu? Helias es tu? Rndit dicens Non. Sciebant .n. iudei Heliam fuisse translatum uiuum in Paradisum terrestrem cum curru igneo, ut legitur. 4. Re. 2. quàm putabant inde rediisse, & illis apparuisse. Et quia istud ultimum erat falsum, ideo rndit illis Iohannes dicens: Non sum, sup. Helias. Sed contra responsionè Iohannis uidetur militare dictum Christi. Matt. 11. ubi de eo loquens ait. Si uultis scire, ipse est Helias. Responsio. Iohannes quodam modo fuit Helias, & quodammodo non. Fuit enim Helias in uirtute, sue in spiritu, & hoc propter similitudinem in uitæ austeritate, & doctrinæ ueritate. Item in officio, quia erat præcursor primi Adventus Christi sicut, & Helias erit præcursor secundi. Et quantum ad hunc sensum ipse Christus uocat eum Heliam. Matt. 11. dicens. Et si uultis recipere, idest intelligere, ipse est Helias non quidem in persona, sed in officio, & uirtute, ut prius dictum est: Vnde Ambro. super Lu. lib. 1. exponens illud uerbum, præbit in spiritu, & uirtute Helie dicit sic. Bene quidem prædixit Angelus de Iohanne, quod præbit in spiritu, &c. quia uterque animos populorum ad fidem à perfidia retorquebat, uterque uirtutem abstinentiæ, atque patientiæ necnon spiritum prophetandi habuit. Item in deserto Helias, in deserto Iohannes. Ille à coruis pascetur, hic cum diues esset, calcata omnis uoluptatis illecebra parfimoniam prætulit, luxuriam; contempit. Ille Achab regis gratiam non quesuit, hic gratiam Herodis spreuit. Ille Iordanem diuisit, hic ad lauacrum salutare populum influxit, & assuefecit. Ille cum Domino apertè in gloria transfigurationis, hic cum Domino uersatur in terris. Ille prioris, iste sequentis Dominici præcursor Aduentus extitit. Hæc Ambro. ubi supra.

TERTIÒ

TERTIÒ humilitas eiusdè Iohannis declaratur in hoc, quod prædictis ambassiatoribus interrogantibus, & dicentibus, Propheta es tu? Respondit dicens. Non. Sed huic responsioni uidetur obuiare uerbum Christi dicens Matt. 11. Quid existis in deserto uidere? Prophetam? Etiam dico uobis, & plusquam prophetam. Sed ad hoc dicitur, quod seruus non contradicit Domino suo, neque discipulus magistro suo. Ipse enim Iohan. magis respondit ad intentionem iudeorum, quàm ad uerba eorum. Nam secundum Chry. iudæi expectabant unum magnum Prophetam similem Moysi, qui debebat præcedere Christi Aduentum in terris innitentes illi prophetiæ. Deut. 18. Prophetam suscitabit uobis Dominus Deus de fratribus uestris, &c. Quæ quidem auctoritas secundum rei ueritatem intelligenda est de Christo, ad literam, quamuis Iudæi eam intelligerent de alio propheta. Et ideo ipsi interrogauerunt, Iohannem si esset ille propheta de quo loquitur dicta prophetia. Vel dic, quod dicti iudei intendebant Iohannem interrogare, an esset propheta Heliseus: eo scilicet, quod uidebatur eum baptizare, sicut & Heliseus baptizasse legitur, præcipue quando misit Naaman ad fluuium Iordanis, iubens ut se in eo lauaret septies. 4. Reg. 5. Nam lauare, & baptizare idem importare uidentur. Et ideo quocumque alterorum modorum intelligatur iudeorum interrogatio: Iohannes non est mentitus dicens se non esse Prophetam. Vel dic secundum glos. interlin. quod Iohannes negando se esse Prophetam tantum, non negabat se esse plusquam Prophetam, quia si eum appellauit Christus Matt. 11. Et hoc ideo, quia non solum Christum prædixit uenturum, seu prædixit, sicut alij prophete, sed etiã cum digito ostendit dicens: Ecce agnus Dei, Iohan. 1.

QUARTÒ humilitas eiusdem Iohan. insinuat in hoc, quod dictis ambassiatoribus eum interrogantibus, & dicentibus. Quis es? ut responsum demus his, qui miserunt nos. Et iterum: Quid dicis de teipso? ait: Ego uox clamantis in deserto: Dirigite uiam Domini, sicut dicit Esaias Propheta. Et est sensus: Ego sum ille, de quo scriptura dicit Esai. 11. quod debet clamare in deserto iudeæ, ut homines se præparent ad Aduentum Christi in mundum. Bene autem comparatur Iohannes uoxi, quia sicut uox est nota, siue

expressio conceptus mentalis, qui uocatur uerbum mentis, ita & Iohannes annuntiavit mundo Christum, qui est uerbum patris secundum diuinitatem. Et nota secundum glo. ordi. quod Iohannes non dixit magna de se, utpote quod esset filius Zachariæ Pontificis. Adde quod non dixit. Ego sum talis, quod nemo maior surrexit in terris inter natos mulierum. Nec similiter dixit. Ego sum, qui sanctificatus fui in utero, siue ab angelo nunciatus, aut etiam miraculose conceptus, utpote ex matre senex, & sterili, uel aliud simile, sed humilia de se sentiens, dixit se esse uocem clamantis in deserto scilicet. Ego sum uox gl'os. interli. uerbi incarnati, clamantis, in me, in deserto. Nam sicut uox excitat auditum, ut uerbum in mente recipiatur, ita & beatus Iohannes excitauit iudeos suis prædicationibus, ut Christum reciperent.

**MORALITER.** Exemplum beati Iohannis instruimur ad humilitatem obseruandam, & hoc tripliciter, uidelicet corde, ore, & opere.

**CORDE** quidem, ut humilia semper sentiamus de nobis ipsis, & magna de proximis, propter quæ debemus illos nobis præferre, saltem in cordibus nostris. Vnde August. de uerbis Apostoli. ser. 2. i. Existimandum, inquit, est, nullum esse hominem, qui non possit habere aliquid boni, quod tu nondum habes, etiam si lateat, in quo sine dubio possit te esse superior, quæ cogitatio ad contemnendam superbiam ualet. Et hoc est, quod loquitur Apost. Phil. 2. dicens. Nihil per contentionem, neque per inanem gloriam, sed in humilitate mentis alter alterum existimantes superiorem sibi.

**SECUNDO** ore, ut non iactemus nos inaniter gloriantes, sed humilia de nobis prædicemus. Conscitemur imperfectionem nostram, ut mereamur perfectionem, ut dicit August. homil. 3. 4. Et Chryso. hom. 38. Nihil, inquit, tantum est Deo, quam cum extremis peccatoribus semetipsum connumerare: hoc enim est totius Philosophiæ principium. Est tamen quedam falsa humilitas, utpote, cum quis se esse magnum, & uilem peccatorem, ut apud auditores existimetur hoc ex humilitate dicere. Sed talis humilis fallacis dolostas in hoc apparet, quod cum ab alijs prædicatur talis, mox irascitur, & ad opprobria, contumelias & iniurias conuertitur. Et hoc est, quod loquitur Chryso. hom. 27.

in

in epistolam ad Hebræ. i. dicens. Si nos ipsi de nobis plurima mala dicamus, ab alijs autem audientes iniquanimitè feramus, non modò erit hæc humilitas, sed ostentatio, & uana gloria. Nam per hunc modum humilitatis uolumus æquirere opinionem, & apud alios in æstimatione esse. Quod autem hæc non sit uera humilitas, palam ostenditur. Nam si alius quisquam nobis unum horum impingat, sauius, & exasperamur. Si ergo dixisti te ipsum esse talem, non indigneris etiam, cum ab alio audis aliquid simile. Aduerte, quid dixit beatus David, cum ei malediceret Semei, propter quam causam uoluit Abisai seruus ipsius David eum occidere. Sine, inquit, illum, Dominus enim præcepit ei, ut maledicat mihi, quatenus agnoscat humilitatem meam, & retribuatur mihi bona pro maledictione hac huius diei. Hæc Chryso. ubi supra.

**TERTIO** debemus esse humiles opere, utpote in incessu, gestu, habitu, signo, & factò. Vnde & Christus perfectè humilitatis nobis in opere dedit exemplum, in hoc scilicet, quod lauit pedes suorum discipulorum in cæna. Quem imitans beatus Ludouicus quondam rex Franciæ, certis diebus, & uigilijs solennibus quorundam pauperum solitus erat humiliter lauare pedes. Hæc autem humilitas in tanto rege ualde laudabilis erat, quia, ut dicit Greg. lib. 2. r. moral. cap. 11. Potentibus uiris magna est uirtus humilitatis, considerata qualitate conditionis. Patet ergo qualiter debemus imitari beatum Iohannem in humilitate. Quod autem ipse habuerit prædictos tres gradus humilitatis, scilicet cordis, oris, & operis, patet inductiue. Primò enim habuit humilitatem cordis, reputans se indignum soluere corrigiam calciamenti Christi. Secundo habuit humilitatem oris, uocans se uocem Christi clamantis per eum in deserto. Tertio habuit humilitatem operis, in hoc, quod pilis camelorum tegebat carnem suam. Notandum ulterius pro maiori informatiõne nostra, quod non solum inducimur ad humilitatem exemplo Iohannis, uerum etiam quatuor alia ad idem nos inducunt. Hæc autem sunt.

Scriptura. Natura. Figura. Similitudo.  
**PRI-MO** igitur scriptura sacra nos inducit ad humilitatem sectandam. Et quia duplex est scriptura sacra, scilicet

ueteris, & noui testamenti, uideamus qualiter utraque nos ad humilitatem inuitat.

**P R I M O** igitur scriptura ueteris testamenti nos ad humilitatis perfectionem inducit, ut patet Iudith. 8. ubi introducuntur uerba illius castissime Iudith, dicentis ad populum, Humiliemus Domino animas nostras, & in spiritu constituti humiliato seruentes illi dicamus flentes Domino, ut secundum uoluntatem suam sic faciat nobiscum cito misericordiam suam. Item Eccl. 3. dicit sapiens. Quanto magnus es, humilia te in omnibus, idest coram omnibus, saluo tamen iure gradus, & coram Deo inuenies gratiam. Qui ergo magnus est generis nobilitate, scientia, sablinitate, uel honoris dignitate, studeat humilitatem seruare uerbo, signo, facto. Item Eccl. 7. Humilia ualde spiritum tuum. Item Iudith. 9. dicitur, quod humilium, & mansuetorum semper Deo placuit deprecatio. Item Psal. Domino loquitur dicens. Populum humilem saluum facies, & per oppositum oculos superbiorum humiliabis. Et alibi: Humiles spiritu saluabit. Item alibi: Excelsus Dominus, & humilia respicit, & alta à longe cognoscit.

**S E C U N D O** scriptura noui testamenti nos ad humilitatis perfectionem inducit. Vnde Marth. 11. dicit Christus. Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Quod quidem uerbum pertractans August. lib. de bono uirginali, dicit sic. Non dicit Christus. Discite à me mundum fabricare, aut mortuos suscitare, sed quia mitis sum, & humilis corde. Item Luc. 1. dicitur, quod Deus deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Similiter Christus ter in Euangelio dixit, quod omnis, qui se humiliat, exaltabitur, & per oppositum, qui se exaltat, humiliabitur. Item Iaco. 4. dicitur, quod Deus superbis resistit: humilibus autem dat gratiam. Non desunt autem plures alię autoritates utriusque testamenti ad humilitatem nos inducentes. Valde igitur uiruperabile est post tor, & tanta humilitatis testimonia, superbiam sectari, quę odibilis est Deo, & hominibus.

**S E C U N D O** natura nos ad humilitatem inducit. Vt enim uerumdicam, nulla natura fragilior, nulla natura uilior, nulla naturę ad humilitatem habilior, quàm humana. Homo enim est plenus fetoribus, sudoribus, humoribus, uer-

mis,

tribus, stercoreibus, doloribus, & laboribus. Et ideo ad ista considerandum ipsum admonet scriptura Michea. 6. dicens. Humiliatio tua, idest causa, & motiuum humiliationis tuę, in medio tui. sup. est, idest, intra corpus tuum plenum putredine, & abominatione. Nota quomodo in cloaca sunt interdum duo foramina, aut ad minus tria, per quę euacuatur fetor intus larens. At uero in corpore humano quantumcunque paruo sunt nouem foramina: si bene consideretur eiusdem corporis dispositio. Ex quo possumus concludere, quod huiusmodi corpus est subiectum maiori corruptioni, quàm cloaca. Valde igitur fatuus est, qui de corporis pulchritudine, & decore gloriatur.

**T E R T I O** figura nos ad humilitatem inducit. Legitur enim Gene. 44. quod priusquam Ioseph manifestum se faceret fratribus suis, dixit eis. Nisi adduxeritis fratrem uestrum minimum, non uidebitis faciem meam. Sed quis est frater noster minimus? Certè ille est spiritus humanus humilis. Si igitur optamus uidere faciem omnipotentis Dei in cælis, necesse habemus adducere nobiscum, cum ab hac uita discedemus per mortem, prædictum fratrem nostrum minimum, idest, spiritum, & cor humile: Quo præsentate indubiè uidebimus Deum Deorum in Sion, maximè cum dicat Psal. ad Dominum. Cor contritum, & humiliatum Deus non despicies. In figuram etiam huius legitur Esa 40. & recitatur in Euangelio hodierno, quod omnis mons, & collis humiliabitur, & erunt praua in directa, & aspera in uias planas. Per quod designatur, quod ad hoc, quod prauitas uitiorum uertatur in directum uirtutum, & ad hoc, quod asperitas tribulationum uertatur in planitium cum solationum, necesse est, quod omnis mons, & collis, idest, omnis tumor, & elatio superbie humilietur, & quod humilitas cum diligentia frequentetur.

**Q U A R T O** similitudo nos ad humilitatem inducit. Videmus enim, quod spica, quando est granis plena, solet inclinari, & incuruari uersus terram. Quod si uacua fuerit, & inanis, tunc folat fursum erigi, & uersus cælum sine ulla incuruatione eleuari. Ita in proposito illi, qui sunt intus pleni granis uirtutum, solent inclinari inferius per humilitatem, illi uerò, qui uirtutibus sunt uacui, solent se fursum erigere, & extento collo incedere per superbiam, & uanitatem.

uanitatem. Et breuiter, quanto quis est melior, tanto est humilior. Et per oppositum, quanto quis est deterior, tanto efficitur elatior, & superbior. Patent ergo quatuor, quæ nos inducunt ad ueram humilitatem, quæ summopere uiguit in Beato Iohanne Bapti. ut prius ostensum est. Et sic patet de secundò principali.

**TERTIÒ** principaliter, in præsentì Euangelio fit mentio de Christi, commendatione. Nam Iohannes seipsum humilians, eum ualde commendat, & exultat, & hoc præcipuè de tribus.

**PRIMÒ** quidem de interiori sanctificatione hominum per gratiam baptismi. Ego, inquit Iohannes, baptizo in aqua, idest, abluo corpora exteriori aqua, non auferendo peccata, ut sic assuesciam homines ad futurum baptismum Christi, qui abluet animas ab omni peccato. Et hoc est, quod dicitur in Euangelio: Medius uestrum stetit, idest, Christus, qui abluit interiori, apparet uobis præsens corporaliter, cõmunem uobiscum ducens uitam, quem uos nescitis, scilicet, quantum ad diuinitatem. Nondum enim Christus ceperat miracula facere, aut prædicare seipsum manifestando mundo, cum Iohannes de eo hæc diceret.

**MORALITER.** Spiritus sanctus, cui attribuitur peccatorum remissio, merito dicere potest. Ego baptizo in aqua. Sed in qua aqua? Profectò in aqua Iachrymarum prodeuntium ex fonte cordis contriti. Ipse enim est, qui ad ueros penitentes loquitur dicens illud Ezechiel. 3. 6. Effundam super uos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus iniquitatibus uestris. Bene ergo in figuram huius abluitionis, quæ fit per gratiam, spiritus sancti, dicit scriptura. Gen. 1. quòd spiritus domini ferebatur super aquas. Delectat enim eum habitare cum illis qui ex corde desunt sua peccata. Vnde Dauid, postquam adulteratus fuisset, atque ad dominum clamasset dicens. Asperges me domine hyssopo, & mundabor, lauabis me, & super niuem dealbabor, tandem subintulit dicens. Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in uisceribus meis. Ecce quomodo spiritus domini fertur super aquas. Petamus ergo charissimi hanc aquam ab eodem spiritu, dicentes singulatim cum muliere Samaritana, Domine da mihi hanc aquam. Iohan. 4.

M O

**MORALITER.** Etiam notandum, iuxta illud uerbu. Medius uestrum stetit, quem uos nescitis, quòd prædictum uerbum potest capi in bonam partem, & in malam. Primò quidem in bonam partem de presentia Dei, per gratiam in medio cordis humani, quam quidem presentiam de communi lege nescit homo, iuxta illud Eccl. 9. Nescit homo, an odio, uel amore dignus sit. Item Iob. 9. Si uenerit ad me, non uidebo eum, si abierit, non intelligam. Secundò uerò modo in malam partem de presentia Diaboli, per culpam in medio conscientia peccatricis. Ibi enim ponit nidum suum. Psal. Illic passeret nidificabunt. Passeret enim, qui dicitur subijci morbo caduco, rectè designant demones, qui tunc passi sunt morbum caducum, quando ceciderunt de caelo in infernum. Huiusmodi ergo passeret nidificant in medio conscientia peccatricis. In cuius figuram legitur. Matth. 8. quòd cum Christus uellet eijcere legionem demonum ab oblesso, illi petierunt mitti in porcos. De peccatoribus ergo rectè potest dici prædictum Iohannis uerbum, medius uestrum stetit, quem uos nescitis. Cum enim Diabolus sit substantia spiritualis, consequens est dicere, quòd non potest uideri, ab humano oculo. Propter quòd dicitur nesciri ab homine eius presentia. Nec quidem solum est in medio conscientia peccatricis spiritus malignus, uerum etiam libenter inuenit se in medio eorum, qui in unum congregati loquuntur de rebus uitiosis. Vnde legitur in uitas patrum, quòd quidam senex pater ferebatur de quibusdam fratribus, quòd cum loquerentur adinuenire de salutaribus, stabant inter eos sancti Angeli, illis congratulantes in hilaribus uultibus. Sed cum de uitijs loquebantur, de medio eorum recedebant dicti Angeli, & mox inter eos astabant demones in specie porcorum. Quemadmodum ergo Christus promittit dicens. Vbi duo, uel tres congregati fuerint in nomine meo, idest, ad honorem nominis mei, in medio eorum sum, ita & illi qui congregantur in nomine Diaboli, tales habent in medio sui dominum suum, & magistrum, Diabolum, quamuis ipsum non uideant. Et tunc est uerum dicere. Medius uestrum stetit, quem uos nescitis.

**SECUNDÒ** Beatus Iohannes commendat Christum in præsentì Euangelio de dignitate prioritatis ex parte diuinitatis.

tatis,



tatis, quamuis sit eo posterior ex parte assumptæ humanitatis, dicens. Ipse est qui post me uenturus est. Super quo glo. interli. Sicut nascendo, ita prædicando. Qui ante me factus est, idest, mihi præpositus dignitate, ut dicit eadem glossa. Nec ly factus, debet referri ad Christum secundum quod Deus, ut dogmatizauit impius Arrius, quia secundum quod Deus est, minimè factus est. Sed debet sic intelligi. Ante me factus est, idest, mihi prælatus, & præpositus dignitæ. Da exemplum de prælato, qui officio, & dignitate sepe præponitur multis antiquioribus se annorum numerositate.

**TERTIO** Beatus Iohannes commendat Christum in hodierno Euangelio, de dignitate eiusdem ex parte humanitatis, cum ait. Cuius non sum dignus, ut soluum eius corrigiam calceamenti. Vbi aduertendum, quod calceamentum Christi, est eius humanitas, quæ fuit inferior eius pars. Diuinitas autem fuit superior pars eiusdem. Volens ergo Iohannes multum commendare Christi humanitatem, & preferentiam ratione unionis ad uerbum, dixit, quod non erat dignus eam tangere corporaliter. Da exemplum de aliquo uolente alium multum exaltare, de quo dicit. Ego non sum dignus discalceare eum. Et hunc modum, loquendi tenuit Iohannes de Christo loquens, cum ait. Cuius non sum dignus, idest, sufficiens, uel idoneus, ut soluum eius corrigiam calceamenti. Nec tamen (ut dicit de lyra) est supponendum, quod Christus portaret calceamenta: quia pie creditur, quod nudis pedibus incederet, sicut, & eius Apostoli, quibus prohibuit, ne portarent uirgam, peram, aut calceamenta, ut patet Luca. 10. Sed metaphoricè loquebatur Iohannes, siue ex suppositione, tanquam diceret. Dato, quod magister meus Christus haberet calceamenta in pedibus, ipse tamen talis est, ac tantus, quod illo dato, non essem dignus soluere corrigiam calceamentorum suorum. Patet ergo, qualiter Beatus Iohannes commendat Christum in præsentis Euangelio de tribus, seipsum autem quantum potest deicit, & humiliat. Eum ergo imitemur per humilitatem, quatenus post ipsum glorificemur in cælis per gloriæ perpetuitatem. Quam nobis concedat ille, qui in trinitate perfecta uiuit, & regnat. Amen.

*Dominica infra Octauam Natiuitatis Domini. Sermo primus de Epistola.*



**Q**UANTO tempore heres paruulus est, nihil differt à seruo. ad Gal 4. Officium ecclesiasticum cum optimo, & pulcherrimo ordine statutum est, & ordinatum, ut congruat temporibus, quæ uoluitur. Nec quidem immeritò: quia teste Apostolo ad Rom. 13. Quæ à Deo sunt, ordinata sunt. Modò pie creditur, quod à spiritu sancto edocti Ecclesiæ doctores, & primi patres texuerunt, & ordinauerunt dictum officium ecclesiasticum, ipsum tempori coaptantes. Et hoc liquidò patet in præsentis epistola, in qua conformiter ad tempus currens, in quo recolitur in Ecclesia Dominica Natiuitatis, fit mentio de Aduentu filij Dei in mundum. Vnde in dicta Epistola summarè de tribus fit mentio, uidelicet.

De ueteris legis imperfectione, in principio Epistolæ.

De filij Dei incarnatione, ibi. At ubi uenit, &c.

De adoptiua electorum filiatione, ibi. Itaque iam non est, &cæt.

**PRIMO** igitur fit mentio in præsentis Epistola de ueteris legis imperfectione cum dicitur. Quanto tempore heres paruulus est, nihil differt à seruo, cum sit dominus omnium, scilicet, quantum ad proprietatem, non quantum ad administrationem. In habitu enim, & potentia propinqua heres paruulus est dominus omnium bonorum patris sui, non tamen habet usum, siue administrationem huiusmodi bonorum, quamdiu paruulus est. Per hanc autem similitudinem, uult inuere Apostolus ueteris legis imperfectionem, eo quod esset lex seruutatis, & non libertatis, qualis est lex gratiæ. Seruiebant enim Iudæi Deo, & legi sub multis obseruantijs legalibus, quæ eos ualde grauabant. Insuper sicut heres, quamdiu est paruulus, est sub tutoribus ipsum castigantibus, & ab insolentibus reprimentibus, sicut seruum, & hoc usque ad præfinitum tempus, idest, usque ad ætatem adultam, ita & Iudæi seruierunt legi usque ad aduentum Christi, qui credentes in ipsum liberauit à prædicta seruutate. Vnde gloriòse super hoc passu dicit, quod lex uetus fuit pedagogus, quia

quia timore compellit, & præceptis Dei seruire cogit.

Ex præcedentibus possumus inferre, quòd illi paruuli, qui sunt adhuc sub tutela parentum, grauius peccant, quoties aliquid notabile accipiunt de bonis parentum contra eorum uoluntatem. Ex quo enim in tali ætate non differunt à seruo, quantum ad rerum domus paternæ administrationem, & distractionem, ut dictum est, consequens est dicere, quòd furtum committunt, quoties aliquid notabile de bonis prædictis clandestinè accipiunt. Ipsi enim sic agentes contrectant rem alienam inuito domino, idest, proprietario patre. Ex quo pater, quòd sunt fures, & ad restitutionem possibilem tenentur siue ipsi parentibus, siue fratribus coheredibus post mortem dictorum parentum. Boni ergo, & fideles filij quamdiu sunt sub cura parentum debent dicere cum Apostolo Paulo, illud 1. ad Timo. 6. habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti sumus.

**A L L E G O R I C E,** heres paruulus est Christus, qui fuit paruulus per humilitatem. Esa. 9. Paruulus natus est nobis. Item fuit heres omnium, iuxta illud Heb. 1. Quem constituit heredem uniuersorum. Iste ergo heres paruulus, quamdiu fuit in hoc mundo, nihil differabat à seruo, idest, ab homine puro: quia ut habetur Phil. 2. Habitu inuentus est, ut homo. Et tamen erat dominus omnium, maximè cum esset rex regum, dominus dominantium, ut habetur Apo. 19. Propter quòd Matth. ult. dicebat. Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra. Insuper iste paruulus heres omnium, quæ in cælo sunt pariter, & in terra, fuit sub tutoribus, uidelicet, matre sua, & Ioseph. Vnde Luc. 2. de eo dicitur, quòd erat subditus illis. Item fuit sub tutela Ioseph, quòd duxit eum in Aegyptum ad præceptum Angeli. Matt. 1. Hæc tamen subiectio tantum durauit usque ad præfixitum tempus, quo scilicet cœpit ipse Christus prædicare per Iudæam, & Galileam. Vel usque ad tempus resurrectionis, in quo data est illi plenaria potestas in cælo, & in terrâ, ut dictum est. Patet ergo, quòd in Christo fuit impletum dictum. Psal. decientis. Simul in unum duces, & pauper, quia hæres, & paruulus, dominus, & seruus, homo, & Deus.

**M O R A L I T E R** Paruulus nihil differens à seruo, est homo mundanus, qui à patre rei seruus est peccati. Iohan. 8.

Qui

Qui facit peccatum, seruus est peccati. Talis etiam est sub tutoribus, idest sub demonibus, qui dominantur ei, iuxta illud. 2. Petri. 2. A quo quis superatus est, eius seruus est. Rectè autem peccator comparatur paruulo, quia conuenit cum eo in multis conditionibus, quæ sequuntur. Primò enim paruulus plus diligit minima bona, dummodo sibi placeant, quàm magna bona, ut potè equum plumbeum, quàm equum potentissimum. Item plus trochum, quàm castrum, aut regnum. Item plus pomum, quàm scutum. Ita & peccator plus diligit uilem delectationem, quàm uitam æternam, plus gratiam hominum, quàm Dei, plus nummum, quàm regnum cælorum. Et ideo talis bene præfiguratur per Esau, qui pro ædulo lentis uendidit ius primogenituræ suæ fratri suo Iacob. Ge. 25. & Thre. 1. Dederunt præciosa quæque pro cibo. Secundo paruulus est ludis deditus. Vnde die festo plateæ ciuitatum sunt plenæ paruulis ludentibus, iuxta illud Zachariæ. 8. Plateæ ciuitatis implebuntur ludentibus, ita & peccatores multi ad literam libenter se immiscunt uarijs ludis, ut potè chartarum, deciorum, chorearum, spectaculorum, & huiusmodi. Tertio paruulus de facili mutat propositum, etiam satis subitanè. Sic, & multi peccatores sunt instabiles in bono proposito, aut opere sancto. Ad tempus enim erediunt, & in tempore tentationis recedunt, ut dicit Saluator Lucæ 8. Vnde Prouerb. 13. Vult, & nõ vult piger. Quarto paruulus de futuris non cogitat, sed tantum de præsentibus. Non enim sollicitatur, quid debeat in crastinum comedere. Sic, & peccatores non sollicitantur, nisi de terrenis, & præsentibus bonis. De futuris autem bonis, quæ in cælo referuntur bene operantibus in præsentibus, non sollicitantur, cum tamen dicat Christus. Matth. 6. Quærite primum regnum Dei. Similiter de futuris malis quæ tandem cadent super illos, non cogitant, neque student ea pro posse uitare, cum tamen deberent esse circumspecti. Vnde Apo. 4. dicitur, quòd animalia, erant oculis plena ante, & retro. Bene ergo de talibus loquitur scriptura Deute. 32. dicens. Gens absque consilio, & sine prudentia, utinam saperent, & intelligerent, ac nouissima prouiderent, idest procul, & longè uiderent.

**M Y S T I C E** paruulus non differens à seruo quamdiu paruulus est, designat unumquemque electum, qui non differet

ferr

fert à peccatore quo ad corpus, quamdiu uitam agit in præfenti. Vterque enim repletur multis miserijs. Hoc autem durat usque ad præfinitum tempus, quod est tempus futuræ resurrectionis generalis. Nam tunc corpora seruorum, id est peccatorum, ualde differunt à corporibus electorum, tum quia illa ponderosa, ista agilia. Tum quia illa tenebrosa, ista clara, & lucida. Tum quia illa grossa, & opaca, ista subtilia. Tum quia illa passibilia, & alteratiua, ista impassibilia. Ecce quomodo paruulus differet à seruo in die iudicij ex parte corporis, id est electus à peccatore, quamuis in præfenti ab inuicem differre non uideantur. Et ad hoc propositum persuadendum dicit Chrysostomus, tractatu, de reparatione lapsi, similitudinem de puero regio, qui primò traditur alendus sub tugurio pauperis hominis, ubi uilibus nutritur, & induitur. Deinde sub metu uiuit pedagogorù, & magistrorum. Postmodum autem, cum uenerit tempus, ut uisam regiam ingrediatur, & sceptrum paternæ potestatis assumat, abiectis omnibus illis uilibus indumentis, repente in habitum regium transformatur ministrorum, etiam succedit ambitio, simulque honoris potestas inualefcit, & efficitur totus alter, ita & in immutatione gloriosa sanctorum fiet. Hæc ille. Vnde de hoc figuratiuè legitur Gen. 41. de Ioseph, quem post duos annos fecit rex Aegypti, educi de carcere, & ueste mutata oblatu est ei. Applicatio est facilis ex dictis. Et sic patet de primo principali.

**S E C U N D O** principaliter, in præfenti epistola fit mentio de filij Dei incarnatione, cum subditur. At ubi uenit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, &c. In quibus quidè uerbis multa tanguntur de dicta gloriosa, & benedicta incarnatione.

**P R I M V M** est temporis congruitas, quia. At ubi uenit plenitudo temporis, id est, postquam totum spatiu illud fuit impletum, quo lex durare debuit, ut exponit glo. ordi. tunc misit Deus filium suum. Vel dic, quòd tempus dominicæ, incarnationis uocatur plenitudo temporis, eo quòd tunc plenè dona spiritus sancti data sunt, ut exponit gl. interfl. Nam ex tunc Elisabeth repleta est spiritu sancto, & exclamans dixit matri Christi, Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus uentris tui. Lucæ. 1. Item ex tunc Zacharias

ritas Pontifex Pater Iohannis repletus est spiritu sancto, & prophetauit dicens. Benedictus dominus Deus Israel, quia uisitauit, &c. ubi supra. Item ex tunc Apostoli repleti sunt spiritu sancto. Act. 2. Similiter, & Stephanus. Vnde Act. 7. Cum autem esset Stephanus plenus spiritu sancto intendens in cœlum, uidit gloriam Dei &c. Ecce quomodo Christo in carnato dona spiritus sancti plenè data sũt. Meritò ergo de tempore incarnationis loquens Apost. in hodiernâ epistola uocat ipsum plenitudinem temporis. In super Dominus Hugo. Cardi. Allegans deuotum Ber. uocat annum dominicæ incarnationis plenitudinem temporis; propter abundantiam temporalium, quæ tunc apparuerunt super terram uniuersam, per quam quidem abundantiam insinuabat abundantiâ spiritualium bonorum. Vnde satis ad propositum uideretur esse intelligendum illud uerbum propheticum Psalm. dicentis. Benedices coronæ, id est, principio anni benignitatis tuæ, id est, incarnationis, quando quidem apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris nostri Dei, ut habetur ad Tit. 3. Sequitur. Et campi tui replebuntur ubertate. Præque scintillæ deferti, &c. usque ibi. Clamabunt, & etenim hymnum dicent. Quod intelligitur de hymno gratiarum actionis, siue diuini laudis, quam reddidit populus terræ domino de tanta riuum ubertate, quam recepit in descensu filij Dei in mundum. Et sic patet de duplici plenitudine temporis, spirituali, & temporali.

**S E C U N D V M**, quod tangitur de incarnatione filij Dei, est mittens charitas, quia misit Deus, sup. pater filium suum in mundum, scilicet, ad hominum salutem. Iohan. 3. Non misit Deus filium suum in mundum; ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum. O immensa, & ingens Dei patris ad mundum charitas. O abyssus gratiæ Dei. Si enim Deus pater misisset aliquem sanctum prophetam ad saluandum mundum per ipsum, magnam charitatem nobis ostendisset. Sed multi maiorem si misisset aliquem Angelum de cœlis. Maximam autem charitatem nobis ostendit; quia nulla maior esse potuit, cum filium suum unigenitum nobis dedit, ut omnis, qui credit in ipsum, supp. fide formata, non pereat, sed habeat uitam æternam, ut habetur Iohan. 3. Hinc Apo. ad Ro. 5. ait. Commendat Deus charitatem suam

in nobis, quia cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filij eius. Item idem ad Ro. 8. loquitur dicens. Proprio filio suo non peperit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Ecce ergo mittentis charitas.

**TERTIUM**, quod tangitur, est uenientis humilitas, quia factum ex muliere, idest natum ex uirgine. Magna profecto humilitas filij Dei, qui uoluit ex humili, & paruula uirgine nasci. Et nota, quod Apost. non dicit simpliciter de Christo quod sit factus, sed tantum secundum quid, quia ex muliere, idest, ratione corporis, quod sumpsit in utero uirginis. Factus est ergo Christus secundum humanitatem, quia secundum diuinitatem non est factus, nec creatus, sed genitus. Item notanter dicit ex muliere, potius quam in muliere. Nam per hoc excluditur error Manichei dicentis Christum non assumpsisse corpus de uirgine, sed de celo illud attulisse, & per uterum uirginis transisse sicut per fistulam. Cur autem filius Dei potius uoluit de uirgine nasci, quam de uiro, causam assignat Aug. li. 73. quaestionum. q. 11. ita dicens. Homini liberatio in utroque sexu debuit apparere. Ergo quia uirum oportebat suscipere, qui sexus est honorabilior, consequens erat, ut foemine sexus liberatio hinc appareret, & ille uir de foemina natus est. Hæc ille.

**QUARTUM**, quod tangitur est exemplaritas: quia factus sub lege. Voluit enim Christus se submittere legi, & uiuere conformiter ad ea, ut per hoc preberet salubre exemplum alijs hominibus obseruare Dei legem. Propterea Matth. 5. dicebat. Non ueni legem soluere, sed adimplere. Practica quomodo uoluit circuncidi, in templo presentari, ad templum in die festo ascendere, agnum paschalem comedere, & huiusmodi. Et quamuis princeps legibus sit solutus, ut notatur. ff. de legibus. l. princeps, nihilominus ualde decens est, ut obseruet legem per eum conditam. Nam per talem modum magis allicit animos subditorum ad dictæ legis obseruantiam. Propterea. C. de legibus. l. digna uox, dicitur, quod princeps profituretur se legibus alligatum. Hoc tamen intelligitur secundum gloss. de debito honestatis, & non necessitatis. Item de regul. iuris li. 6. dicitur quod unusquisque illo iure uti debet, quo utitur in alterum. Similiter extra de constitutionibus. c. cum omnes, dicitur. Patere legem, quam tu ipse

uleris. Et hoc est contra multos prælatos, qui faciunt multas ordinationes, quas uolunt, & precipiunt à subditis inuoluntate obseruari, cum tamen ipsi contrariè agant. Et tales reprehendit Christus Matth. 23. dicens. Alligant onera graui, & importabilia in humeros hominum, digito autem suo ea mouere uolunt. Et certè turpe est doctori, seu prælato cum culpa redarguit ipsum.

**QUINTUM**, quod tangitur in uerbis prædictis, est dominicæ incarnationis utilitas, quia scilicet, ut eos sub qua lege erant, redimeret, idest à penis legis liberaret, ut exponit gloss. interl. Item, ut adoptionem filiorum, supp. Dei, reciperemus, idest, participes essemus diuinæ gratiæ in presenti, & gloriæ in futuro. Nam sicut ipse nostram naturam participat, ita ad suam uidentem nos adoptat, ut dicit gloss. ord. Vnde de adoptione quæ fit in præsentem per gratiam spiritus sancti, loquitur Paulus subiugit dicens. Quando autem facti estis filij Dei, misit Deus spiritum filij sui in corda uestra clamantem abba pater, idest, confitendo Deum patrem. Clamantem, inquam, idest, clamare facientem per confessionem fidei, iuxta illud ad Ro. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.

**MORALITER**. Notandum, quod non possumus fieri filij adoptiui Dei patris, nisi conformemur filio eius naturali, iuxta illud ad Roma. 8. Quos præsciuit conformes fieri imaginis filij eius. Et ideo necesse est, si uelimus, & cupiamus esse filij Dei patris adoptiui, ut conformemur filio eius naturali in gratia, & charitate, in obedientia, & humilitate, in patientia, & longanimitate, in iustitia, & ueritate, in munditia, & uitæ puritate, & huiusmodi. Videat ergo unus quisque apud seipsum, si imitetur Christum naturalem Dei patris filium in prædictis, necne, & tunc intelligere poterit, si fit Dei patris filius adoptiui, scilicet per gratiam, aut filius Diaboli per imitationem culpe, secundum illud Iohan. 8. Vos ex patre Diabolo estis. Et sic patet de secundo principali.

**TERTIO** principaliter in præsentem epistola fit mentio de adoptiua electorum filiatione, cum subditur. Itaque iam non est seruus, sed filius, scilicet quicumque confiteatur fideliter Deum patrem, scilicet per fidem formatam.

Iohan. 15. Num non dicam uos ſeruos : Seruus enim ſeruit timore poſſe, filius autem amore iuſtitiz. Quod ſi filius, & hæres per Deum, ideſt, per manum Dei. Vnde ad Rom. 8. Si filij, & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Ieſu Chriſti. Non enim decet ſilium tanti regis eſſe ſine hereditate. Sed quæ eſt hereditas filiorum Dei? Certè non eſt aliud, quàm ipſe Deus, in quo eminentiſſimè continetur omne bonum. Vnde Plal. dicebat. Dominus pars hereditatis mee. Vice autem uerſa dicebat ipſe dominus ad Abraham. Gen. 15. Ego merces tua magna nimis, ideſt, ualde. Non enim oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus diligentibus ſe. Ecce merces, filiorum Dei, magna nimis. Quam ipſe nobis concedere, dignetur, qui in trinitate perfectè uiuit, & regnat. Amen.

*Dominica infra Oſta. Natiuitatis Domini, Sermo ſecundus de Euangelio.*



**R**ANT Ioseph, & Maria mater Ieſu mirantes, &c. Lucæ. 2. Pro introductione præſentis ſermonis mouetur quæſtio talis. Quod eſt illud de quo eſt magis mirandum in mundo iſto? Reſponderetur, quodd eſt myſterium incarnationis, & natiuitatis filij Dei. Pro

quo notandum, quodd contingit homines præcipuè mirari de tribus uidelicet.

De operibus. Naturæ, Gratiæ, Superexcellentiæ.

PRIMò quidem de operibus naturæ, utpote de Eclipſi Solis, aut Lunæ. Item de Terremotu. Item de deſcenſu impreſſionum ignearum de cælo, quas ſimplices uocant Stellas cadentes de cælo. Legitur etiam. Exo. 16. quodd cum filij Iſrael uidiſſent manna deſcendere de cælo in terram, præ admiratione dixerunt. Manhu, ideſt, quid eſt hoc? Sed quia prædictum opus non fuit opus naturæ, ideo ad alia opera naturæ admiratione digna redeamus. Quis enim non admiretur magnetis uirtutem tantam a trahentem, ut ad ſe trahat ferrum? Et tamen ſi iuxta ipſum apponatur

ut adamas, non attrahit ferrum, quinimo ſi ferrum iam rapuerat, quàm primùm illi, appropinquat adamas, ipſum remittit, tanquàm ceſſaſſet uirtus eius. Nonne etiam mirabile eſt, quodd ipſe adamas nec ferro, nec igne diuidi poſſit, præterquam ſanguine hircino? Hæc duo mirabilia de adamante, & magnetis ponit Aug. de ciuitate Dei. lib. 11. ca. 4. Aliud mirabile ponit idem Aug. ubi ſup. lib. 3. c. 31. ſcilicet, de lapidibus cum pluuia de cælo cadentibus. Iuxta idem etiam reſert Paulus Oroſius. lib. 5. quodd anno ab urbe condita. 659. per ſeptem dies cõtinuos grandio lapidum mixtis etiam teſtarum fragmentis, terram latiſſimè terberauit. Similiter, Titus Linius ſecundo bello punico lib. 5. narrat in monte Albano duobus diebus pluuiſſe lapides. Et multa hiſ ſimilia apud Hæſtographos leguntur eueniſſe mirabilia. Taceo de monte Aethna in Sicilia, qui cõtinuè ardet, nec conſumitur, ut reſert Iſidorus Etymolog. lib. 14. c. de inſulis. Taceo etiam de Salamandra ſerpente, qui in ignibus uiuit, & nutritur etiam ſine dolore, & conſumptione, ut reſert Auguſtinus lib. 21. de ciuitate Dei. cap. 4. Taceo denique de calce uiua, quæ in ſe occultè ignem continet, ſicut manifeſtè uidere eſt, cum illi inſunditur aqua. Quis ergo in iſtis, & ſimilibus rebus tam mirabilibus non admireretur auctorem naturæ Deum, qui dedit unicuique rei propriam, & diſtinctam uirtutem?

SECUNDò contingit homines quandoque mirari de operibus gratiæ, & præſertim in ſubita conuerſione quorundam peccatorum. Vnde de Paulo, cuius conuerſio ſubita, & miraculoſa fuit, legitur Actuum. 9. quodd cum ingreſſus fuiſſet in Synagogas Iudaorum, & prædicaret illis Ieſum, ſtupabant omnes, qui eum audiebant, & dicebant. Nonne hic eſt, qui expugnabat in Hieruſalem eos, qui inuocabant nomen iſtud, & huc ad hoc uenit, ut uinctos illos duceret ad Principes Sacerdotum? Merito ergo de eo poterant ipſi Iudæi dicere illud. Plalm. Hæc mutatio dextere excelſi. Nonne etiam dicit, Iudæi mirabantur de operibus gratiæ, quandoquidem mirabantur de miraculis, quæ uidebant per Chriſtum fieri? Vnde Mathei. 8. legitur, quodd cum imperaſſet ſemel uentis, & mari, & fa-

tur

ta fuisset tranquillitas magna in mari, homines mirati sunt, dicentes. Qualis est hic, quia uenti, & mare obediunt ei? Isti ergo mirabantur proprie de opere omni potentia Christi. Alij autem mirabantur de opere omni scientia ipsius, sicut illi, qui dicebant. Quomodo hic literas scit, cum nunquam didicerit eas? Iohan. 7. Alij uero mirabantur de opere gratia illius, sicut illi, qui audito, quod dixisset Magdalenæ stenti ad pedes eius. Remittuntur tibi peccata, dixerunt. Quis est hic qui etiam peccata dimittit? Luca. 7. Ecce quomodo contingit homines admirari de operibus gratia.

**TERTIO** contingit quandoque homines admirari de operibus superexcellencia, utpote de Christi conceptione, natiuitate, & manifestatione. Mirum enim ualde est, quod ipse fuerit conceptus de uirgine sine patre. Nam, ut dicit August. ad fratres in eremo sermo. 20. qui intitulatur de Christi natiuitate, quatuor sunt modi humane productionis. Primus est, sine masculo, & sine femina, ut Adam. Secundus de masculino, sine femina, ut Eua de Adam. Tertius de masculino, & femina, ut Abel. Quartus de femina, sine masculino, qualis fuit productio, siue conceptio Christi. Hæcille. Et nota, quod iste modus tam mirabilis fuit, ut dicit August. lib. 8. de ciuitate Dei. ca. 23. quod omnium mirabilium uic admiracionem, quod homo diuinam potuit inuenire naturam. Item mirum fuit, quod Maria sine dolore peperit saluatorem sculorum, & quod ipsum lactauerit ubere de celo pleno. Item mirum fuit, quod Dei filius habitu, ut homo sit inuentus. Nam, ut dicit August. sermo. 5. de natiuitate domini, Deus fecit nos in primo homine ad imaginem, & similitudinem suam, sed ecce in ipsa die natiuitatis suæ mutata uice factus est Deus ad imaginem, & similitudinem nostram. Quando nos fecit, de suis meliora nobis contulit, quando nos refecit, de nostris inferiora suscepit. Hæcille. Item mirum fuit, quod Christi natiuitas tam multipliciter, & tam excellenter fuerit manifestata, utpote per Angelum pastoribus. Luc. 2. Item per eosdem pastores alijs hominibus. Vnde tibi sup. dicitur, quod omnes qui audierant, mirati sunt de his, quæ dicta erant a pastoribus ad ipsos. Item per stellam regibus. Mat.

**th. 1.** De huiusmodi ergo Christi incarnatione, & natiuitate magis mitandum est in mundo isto à nobis, quam de quo cunque alio opere, ad mysterio. Vnde & in Euangelio hodierno, prout innuitur in thæmate præassumpto, dicitur, quod erant Ioseph, & Maria mater Iesu mirantes super his, quæ dicebantur de illo. In presenti ergo euangelio de tribus personis principaliter fit mentio, uidelicet.

De uenerabili Simeone.

De Annæ commendatione.

De Christi professione.

**PRIMO** igitur fit mentio de uenerabili Simeone, de quo tria principaliter tanguntur.

**QUE** sunt. Benedictionis, Prænunciationis, Annunciationis.

**PRIMUM** igitur quod tangitur de uenerabili sene Simeone in presenti euangelio, dicitur benedictionis, quia benedixit illis, scilicet Ioseph, & Mariæ. Dicte autem benedictionis formam non exprimit Euangelista Lucas, qui solus de hoc loquitur. Potuit tamen talis benedictio esse quædam gratiarum actio, utpote sub hac, aut consimili forma. O quæ felix es tu Ioseph habere Mariam in coniugem, quæ est mater Dei, & hominis, cuius etiam filij pater nutricius appellaris. O felicitas Maria, quæ saluo uirginitatis tuæ pudore dominum omnium meruisti portare, & regem Angelorum sola uirgo lactare. Profecto de cætero beatam te dicent, omnes generationes. Sed forsan dicit aliquis inepte Simeonem bene dixisse Ioseph, & Mariæ, præcipue autem Mariæ, quæ erat eo dignior, quia mater Dei. Item sanctior, quia plena gratia. Item altior, quia regina Angelorum, & hominum. Modò, ut notatur in decretis distinct. 2. 1. denique, minor non debet benedicere maiorem. Et hinc est, quod episcopo presente sacerdos in sine misse suæ non solet benedicere populum, ne simul uideatur benedicere episcopum. Hoc tamen intelligitur, & obseruatur, nisi ubi episcopus uerbo, aut signo annuerit sacerdoti, ut faciat consueta benedictione. Hæc autem consuetudo, siue statutum tractum est ex uerbis Apostoli, qui ad Hebr. 7. dicit, quod sine ulla contradictio ne, quod minus est à maiore benedicitur. Ad hoc dubium responderetur, quod quamuis tam Ioseph, quam Virgo Ma-

ria essent superiores Simeone uiræ merito, similitet, & dignitate, præcipue Christi amaret, ille tamen erat officio superior, quia sacerdos. Et sic patet, &c.

SECUNDUM, quod tangitur in præsentī euangelio de Simeone, dicitur prænuñciationis. Ipse nempe aperte prænuñciauit tria de Christo, cum ait ad Mariam matrem eius de eo. Ecce positus est hic, &c. Primò enim prænuñciauit scandalum quod passuri erant nõ credentes in eum, cum ait. Ecce hic positus est in ruinam. glo. interlin. non credentium. Sed quomodo positus est in ruinam ipse Christus quo ad non credentes? Certè occasionaliter, & non casualiter. Ipse enim nemini dedit causam ruine. Sed male affectu ad eum sumperunt sibi occasione ruine, & scandali, ut scribe, & Pharisei impugnantes eius ueram prædicationem, & doctrinam, atque miraculorum euidentem operationem, dicentes, quòd in Beelzebub Principe Demoniõrum eijciebat demonia. Luc. 11. Secundo Simeon prænuñciauit fidei firmitatem rectè credentium in ipsum Christum, cum ait. Et positus est, supple ipse Christus, in resurrectionem multorum in Israel, idest, rectè credentium, ut dicit interlin. Vel ut exponit glo. ordi. ipse Christus positus est in ruinam uitiorum, & in resurrectionem uirtutum. Ipse enim est, qui remittit peccata, & infundit uirtutes. Tertio Simeon prænuñciauit male affectu aduersus Christum iniustam impugnationem, cum ait. Et positus est, inquam, ipse Christus in signum, cui contradicetur, non, quidem tantum in se uerumetiam in membris suis, utpote in Apollolis, martyribus, doctoribus, atque modernis prædicatoribus, dummodo uelint dicere ueritatem. Practica: Nota etiam quomodo hodie contradicunt Christo Iudei infideles, siue Mahumetici, Hæretici, & mali Christiani facti. Tales enim consentunt ore se nosse Deum, quem factis negant, ut dicit Apoll. ad Titum. 1.

MORALITER. Notandum, quòd Christus positus est nobis in signum multiplex, & hoc in distinctis locis, uidelicet in signum.

Paupertatis in præsepio.

Humilitatis in Iordane.

Abstinentiæ in deserto.

Patientiæ in prætorio.

Charitatis in monte caluarie.

Quietiis in sepulchro.

Victoriæ in cælo.

Rememoratiõnis in cruce.

Amoris in altari.

PRIMÒ igitur Christus positus est nobis in signum paupertatis in præsepio, iuxta id, quod scriptum est Luc. 2. Et hoc uobis signum, inquit Angelus ad pastores, inuentis in fantem pannis inuolutum, & positum in præsepio. Sed huic signo paupertatis contradicunt fermè ab omnibus statusibus huius mundi. Omnes enim cupiunt diuites fieri. Scribit enim. C. de episcopis, & clericis, idest si quis ad declinandam, quòd paupertas prodest, sed à tali prodesse in libera nos domine, inquit homines, ut dicit ibi glos. Præ cæteris autem huic signo paupertatis contradicunt diuites uari, uisurarij, & simoniaci, qui plus diligunt, & præciantur, quam Deum, plus temporalem substantiam, quam uitam æternam. Contra quos loquitur Christus paupertatis professor, & amator, dicens. Luc. 6. Ve uobis diuitibus, qui habetis consolationem uestram.

SECUNDÒ Christus positus est nobis in signum humilitatis in Iordane, in hoc scilicet, quod ex humilitate, & nõ ex necessitate ibi uoluit bapuzari, ut legitur. Luc. 3. Propterea. Marth. 11 dicebat. Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. De isto autem signo potest intelligi illud, quod scribitur de arcu in cælo. Erit, inquit dñs, in signum federis inter me, & terram. Gen. 9. Vbi per arcum semper habentem cornua deorsum, in telligitur humilitas, quæ facit semper redere, & respicere hominem deorsum per considerationem propriæ fragilitatis. Quæ quidem humilitas est signum federis, & pacis inter Deum, & electos, quia omnis, qui se humiliat, exaltabitur. Luc. 14. Sed profectò huic signo perfecte humilitatis à multis contradicunt, utpote à superbis, ambrosiosis, elatis, & alti cordis hominibus. Omnes enim hodie uolunt exaltare cornua sua sursum, & non humiliare deorsum. Omnes uolunt magni apparere, & in magnis ambulare. Quo fit, ut multi pro manutatione suorum altorum

altorum statuum de magnis diuitijs frequenter deueniant ad magnam paupertatem, & egestatem.

**T A R T I O** Christus positus est nobis in signum magne abstinentie in deserto, in quo ieiunauit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus Matth. 4. Et de isto signo figuratiue loquitur Dominus Gen. 17. dicens. Circumcidetis carnem præputij uestri, ut sit in signum fœderis inter me, & uos: Tunc autem circumcidit homo carnem præputij sui, cum uacat debite abstinentie. Quæ quidem debita abstinentia est signum fœderis inter Deum, & nos. Sed huic signo à multis, gulosis, crapulosis, & ebriosis cõtrahitur, qui de nullo alio sollicitant, nisi qualiter delicatis, & preciosis cibis, & potibus replere possint uentrem suum, qui est Deus eorum. Hi sunt, qui ieiunia Ecclesie passim solunt, dicentes ieiunium esse minimũ bonum, quod potest homo operari, & q̃ melius est orare, aut elemosinã dare, quã ieiunare. Sed nec istud, nec illud faciunt, & sic excusationem nõ habent de peccato suo.

**Q U A R T O** Christus positus est nobis in signum patientiæ in prætorio, supple. Pilati. Nam cum ibi à Iudeis malediceretur, non maledicebat, & cum pateretur ibidem, tum flagellatione, tum colaphizatione, tum coronatione, nõ cominabatur, ut habetur. 1. Petri. 2. Sic enim de eo longè ante prophetatum fuerat Esa. 53. Oblatus est, quia ipse uoluit, & non aperuit os suum. Sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram, &c. Vnde tunc dicere potuit illud Thronorum. 3. Posuit me Dominus, supple pater, idest, poni permisit, quasi signum ad sagittam. Ecce quomodo benignissimus Christus positus est in signũ patientiæ in prætorio Pilati. Sed profecto huic signo patientiæ à multis contradicitur, utpote ab his, qui nihil molestie patienter ferre uolunt, quinimo ad minimum lesium, seu uerbum iniuriosum mox impatientissimè efficiuntur, & ad choleram ultra modũ accenduntur. Tales ergo attendere debent, quod custos, & radix omnium uirtutum est patientia, ut ait Greg. homil. 33.

**Q U I N T O** Christus positus est nobis in signum charitatis in monte Caluarie, ibi enim moriendo pro nobis, ostendit factò, & opere quantum nos dilexerit, ita ut meritò tunc dicere possit illud uerbum Apost. 1. ad Cor. 15. Morior propter gloriam uestram fratres. Et de isto signo figuratũ lo-

uens Dominus ad Moysen Nu. 31. ait. Fac serpentẽ cneum, & pone eum pro signo. Quod quidem signum explanans ipsemet Christus Iohan. 3. ait. Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita &c. Sed profecto huic signo ingentis charitatis à multis contradicitur, utpote ab inuidis, rancosis, discordibus, & uindictam de proximis suis exigentibus, seu cupientibus. Tales enim attendere debent id, quod scriptũ est Eccl. 28. Qui (inquit sapiens) uindicare uult, à Deo inueniet uindictam. Vnde August. ad fratres in eremo fr. 9. qui intulit de ira fugienda: Nos, inquit, qui Christiani sumus, relinquamus uindictam illi, qui ait: Mihi uindictam, & ego retribuam.

**S E X T O** Christus positus est nobis in signum quietis, & pacis in sepulchro. Et de isto signo loquens idem Christus peruersis iudejs Matth. 12. ait: Generatio mala, & adultera signum querit, & signũ non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ. Nam sicut Ionas fuit in uentre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ, idest, in sepulchro tribus diebus, & tribus noctibus. Ecce signum pacis, & quietis. Vnde sabbatum, in quo Christi corpus requieuit in sepulchro, requies interpretatur. Sed certè huic signo quietis à multis contradicitur, utpote ab his, qui in seipis pacem, & quietem non habent, nec in alijs haberi permittunt. Et tales sunt similes equis illis, qui pedibus suis aquam turbant. Practica, quantè discordiæ, rixæ, inimicitie partialitates, diuisiones, lites, & odia per tales suscitantur in cõmunitate, aut politia humana. Cum talibus ergo non habitat Christus, quia in pace factus est locus eius, sed potius diabolus, qui seminat inter fratres discordias.

**S E P T I M O** Christus positus est nobis in signum uictoriæ in cælo. Et de isto signo scribitur Esa. 55. Erit Dominus in signum æternum, quod non auferetur. Ipse etiam est, qui dicit Apocal. 3. Qui uicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo. Sed huic signo uictoriæ in cælo contradixerunt mali angeli, quando scilicet, uiderunt se uinci, & de ipso cælo turpiter deiici à sanctis angelis. Nihilominus eorum contradictio in nullo eis profuit, quia prociecti sunt in profundum abyssi infernalis. Et hoc est, quod legitur Apocal. 1. a. Factum est (inquit Iohannes) prælium magnum in cælo;



Michael, & angeli eius, præliabantur cum dracone, & angelis eius, & non ualuerunt, neque locus eorum inuentus est amplius in cælo.

**O C T A V O** Christus positus est nobis in signum rememorationis in cruce. Nam quotiens nobis occurrit signum crucis, & signanter si fuerit suis iam erecta, tunc ad memoriam nobis reductur Dominicæ passionis. Et ideo, ut dicit Chrysol. super Matth. hom. 55. ipsam crucem, inferamus in penetralibus, & in parietibus, & in fenestris, in fronte, atque mente. Ipsa enim salutis nostre signum est. Sed huic signo contradicitur à iudeis, & gentilibus, quia ut dicit Apost. 1. ad Cor. 1. Prædicamus Christum crucifixum, iudeis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam, ipsis autem uocatis iudeis, atque græcis Christum Dei uirtutem, & Dei sapientiam.

**N O N O** Christus positus est nobis in signum amoris præcipui in altari. Dare enim libenter sua alicui, signum est magni amoris. At uerò dare seipsum alicui in cibum, & potum signum est amoris præcipui. Sic autem facit Christus in sacramento altaris. Unde Iohan. 6. ait. Caro mea uerè est cibus, & sanguis meus uerè est potus. Et de isto signo potest intelligi illud Apoc. 15. Vidi signum in cælo, id est, in Ecclesia triumphante magnum, & mirabile. Illud signum est altaris sacramentum, quod est mirabile in se, & magnum, id est, magnæ charitatis indicium. Sed profectò huic signo contradicitur, nedum ab infidelibus, aut iudeis, uerum etiam ab hæreticis, & malis Christianis, ab hæreticis quidem, sicut patet de illis, qui negant realem præsentiam corporis, & sanguinis Domini contineri sub speciebus sacramentalibus. Et hanc hæresim aliquando tenuit Berengarius Andegauensis Ecclesiæ Archidiaconus, quam postea reuocauit, ut patet de cõf. dist. 2. ego. Berengarius. Similiter huic signo contradicitur à malis Christianis, non quidem ore, quia consentitur realitatem, & ueritatem ipsius sacramenti, sed facto, & opere scilicet, male uiuendo. De quibus rectè potest intelligi illud uerbum Apost. ad Tit. 1. Consentitur se nosse Deum, factis autem negant. Patet ergo. qualiter Christus positus est in signum multiplex, & qualiter illi contradicitur à multis.

**T E R T I V M**, quod tangitur in præsentī Euangelio de Simone, dicitur, annunciationis. Nam postquā prædixit

de Christo, de quibus diffusè dictum est, mox annunciauit piæ matri eius, quod uenturum erat super eam, & hoc totum occasione filij sui, cum ait ad eam. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Per gladium autem in proposito intelligitur dolor Dominicæ passionis. Qui quidem gladius pertransiuit animam beatæ Virginis, cum uidit filium suum in cruce suspensum. Nam ut dicit gloss. ordi. super hoc passu, quâuis ipsa uirgo Maria firmiter speraret benedictu filij suum resurrecturum, & mortem deuicturum, nõ tamen uidere poterat crucifigi sine pio affectu materni doloris. Et ut dicit Damascenus, dolores, quos Maria pariens effugit. Hos tempore passionis illa sustinuit. Sequitur: Ut reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Vbi notandum, quod ly ut in propõsito tenetur consecutiue, & est sensus, quod crucifixo Domino Iesu Christo, patuerunt inique cogitationes iudeorum, que usq; tunc apud multos latuerant in cordibus suis. Nam ante Christi Natuitatem omnes iudei messiam expectabant, sed ipso nato quidam ex ipsis eius magisterio adhererunt, alij uerò dictum magisterium respuerunt. Quorum præuæ cogitationes, & affectiones in Christi passione reuelate sunt per apertam manifestationem, ita ut dicerent Pilato de Christo. Crucifige, crucifige eum.

**M O R A L I T E R**. Gladius est uerbum Dei, de quo ad Eph. 6. Et gladium spiritus, quod est uerbum Dei. Iste autem gladius debet pertransire animam ipsum uerbum audientis, ita ut faciat diuisionem carnis, & spiritus. Nam ut dicit Apost. ad Heb. 4. Viuus est sermo Dei, & penetrabilior omni gladio: accipitur, pertransiens usque ad diuisionem animæ, ac spiritus. Sed profectò anima peccatrix adeo est dura, & uix, aut nunquā penetrari potest prædicto gladio uerbi Dei, ut patet de obstinatis, & habitatis in malo. Et nota, postquā isto gladio uerbi Dei pertransiuit animā peccatricem, in ipsam intrando per deuotam illius audientiam, tunc reuelantur ex multis cordibus cogitationes, & peccata. Hinc prius tacebant in corde, scilicet per apertam oris confessionem. Ecce optima, & felix reuelatio: de qua in Psalm. Reuela Domino uiam tuam, scilicet in sacramentali confessione, & spera in eo, scilicet de peccatorum remissione, & ipse faciet, super te, istam peccatorum remissionem. Et sic patet de primo principali

**S** E C U N D O principaliter in presenti Euangelio fit mentio de Annæ commendatione. Hæc autem mulier specialiter commendatur de tribus, uidelicet de.

- Prophetiæ dono,
- Continentiæ bono.
- De cultu diuino.

**P** R I M O igitur prædicta Anna commendatur de prophetiæ dono, quia prophetissa erat, inquit, Euangelista. Vbi notandum, quod quinque inueniuntur Annæ in sacra scriptura, prout dicit gl. ord. super hoc passu. Prima mater Samuelis, de qua habetur. 1. Reg. 1. Secunda uxor Raguel, quæ fuit mater Saræ uxoris Thobie iunioris, de qua Thobie 8. Tertia uxor Thobie senioris, de qua Thob. 1. Quarta mater beate Virginis, quæ fuit uxor Ioachim. Quinta filia Phanuel, de qua legitur in presenti Euangelio, quod erat prophetissa. Ne enim uiri contemnunt mulieres propter prophetiæ donum, quod, ut in pluribus, confertur ipsis uiris, reperiuntur etiam nonnullæ mulieres in sacra scriptura, quibus hoc idem donum diuinitus collatum est. Prima fuit Maria soror Moyfi, de qua legitur Exo. 15. Secunda Delbora, de qua Iudic. 4. Tertia Oida de qua 4. Reg. 22. Quarta est hæc Anna. Prima legitur cantasse. Vnde Exo. 15. dicitur, quod Maria prophetissa sumpsit tympanum in manu sua, egressæque sunt omnes mulieres post eam cum tympanis, & choris, quibus præcinebat dicens, Cantemus Domino, gloriosè, &c. Secunda legitur iudicasse. Vnde Iudic. 4. dicitur, quod erat Delbora prophetis uxor Lapidoth, quæ iudicabat populum tempore illo. Tertia legitur indulgentiâ promississe. Vnde 4. Reg. 22. sic dixisse fertur seruis regis Iuda. Dicite regi Iuda, qui misit uos. Colligeris ad sepulchrum tuum in pace. Quarta legitur Deum laudasse, ut exprimitur in presenti Euangelio. Nam confitebatur Domino, &c. Præter autem has quatuor mulieres prophetissas, reperiuntur, & aliæ quatuor in sacra scriptura. Vnde Act. 16. legitur, quod Philippus, non Apostolus, sed qui fuit unus de septem diaconibus habebat quatuor filias uirgines prophetantes. Fuerunt & aliæ mulieres prophetantes, de quibus nō meminit sacra scriptura, ut decem Sibylle, &c.

**S** E C U N D O prædicta Anna cōmendatur ab Euangelista de continentiæ bono in statu matrimoniali, quia uixerat cum uiro

suo annis septem à uirginitate sua, idest, à tēpore amissæ uirginitatis, ut exponit gl. interl. Deinde commendatur de eodem continentiæ bono in statu uiduali, cum subditur: Et hæc uidua, sup. erat usque ad annos. 84. Super quo dicit gl. interl. quod hæc sancta mulier datur in exemplū castitatis ueris uiduis, quæ sunt in Ecclesia. Magnum enim, & laudabile fuit in hac muliere, quod castè uixerit in statu matrimoniali, ita ut nullum præter uirum suum carnaliter cognouerit annis septem. Sed maius fuit, quod deinceps mortuo uiro suo usque ad decrepitam ætatem in uiduali castitate laudabiliter permanferit. Vnde in testimonium suæ pudicitie addit Euangelista, quod multo tempore uixit. Nam sicut, teste Philosopho, animalia magni cotus sunt breuioris uite, ita per oppositum, castè uiuentes, & carnalem copulam uitantes, ceteris paribus, diutius uiuant.

**T** E R T I O eadem Anna cōmendatur in Euangelio hodierno de cultu diuino. Vnde de ea dicitur, quod non discedebat de templo, ieiunijs, & obsecrationibus, idest, orationibus seruiens nocte ac die. Nec tamen, ita intelligendum est, quod ipsa nullo modo exiret clausuram, siue muros templi, sed dicitur, quod non discedebat inde, quia circa ipsum templum frequens erat. Da exemplum de homine bene frequentante Ecclesiam, de quo communi modo loquendi dicitur: Talis semper est in Ecclesia. Et in eodem sensu intelligitur illud, quod dicitur: Seruiens die, ac nocte, idest, ualde frequenter. Nam nocte orabat, & die ieiunabat. Probabile est autem (ut dicit Dominus Hugo Cardinal.) quod elemosinas iuxta possibilitatē suam faciebat. Et in tali modo uiuendi conformabat se dicto Psal. dicentis. In die mandauit Dominus misericordiam suam, & nocte canticum eius.

**M** O R A L I T E R: Notandum, quod non sine causa dicitur de hac muliere, quod ieiunijs, & obsecrationibus uacabat, quia hæc duo ualent, & profunt contra duo genera peccatorum. Ieiunium quidem cōtra peccatum carnis, oratio autem, siue obsecratio cōtra peccatum cordis. Et nota, quod oratio, & obsecratio sic inter se differunt. Nam oratio est aliquid petere à Domino secundum cōmunē modum petendi. Obsecratio uerò est aliquid petere à Domino ob reuerentiā aliquius sacri. Vnde obsecrare idem est, quod sacra rogare.

Verbi gratia, cum dicimus in litanijis sanctorum ad Christum, Per mysterium sancte Incarnationis tue libera nos Domine. Per passionem, & crucem tuam libera nos Domine. Hæc ergo duo, scilicet ieiunium, & oratio expellunt demonium. Primum quidem a carne, secundum uero a spiritu, iuxta illud uerbum Domini Matt. 17. Hoc genus demoniorum non eijcitur, nisi in oratione, & ieiunio.

**MORALITER.** Etiam notandum, iuxta illud uerbum: Seruius die, ac nocte, sup. Domino, datur nobis intelligi, quod debemus seruire Domino, & gratias illi reddere nocte, ac die, idest, in aduersis, sicut in prosperis. Etiam audacter dico, plus in nocte aduersitatis, quam in die prosperitatis, eo scilicet, quod aduersitas plus nobis prodest ad salutem, quam prosperitas. Nam aduersitas restringit uitia, & hominem ad Deum appropinquare faciunt. Prospera uero laxant habenas ad uitia, & a Deo elongare faciunt. Vnde Boethius de consol. lib. 2. profa. 8. Etenim, inquit, plus reor hominibus aduersam, quam prosperam prodesse fortunam, illa enim semper specie felicitatis, cum uideretur blanda, mentitur, hæc semper uera est, cum se inuisibilem mutatione demonstrat. Illa fallit, hæc instruit. Illa a uero bono deuotus blanditijs trahit, aduersa plerunque ad uera bona reducens, uelut unco (idest tenaculo) retrahit. Hæc ille. Bene ergo ad propositum loquitur Psal. dicens ad Dominum. Cadent a latere tuo, supp. sinistro, per quod intelligitur status aduersitatis, mille, & decem millia, cadent supp. a dextris tuis, idest, inter prospera. Et breuiter, ut habetur. Eccl. 7. Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuij, idest, securius est pro conscientia habitare inter aduersa, quam inter prospera, quamuis hoc pauci facere uelint. Quinimo multi in die, idest, inter prospera benedicunt Dominum, & in nocte, idest, inter aduersa ipsum blasphemant.

**SEQUITUR** in textu. Et hæc, scilicet Anna prophetissa, ipsa hora superueniens, scilicet, quia Symeon accepit puerum Iesum in uulgas suas, confitebatur Domino, scilicet con fessione laudis. Laudabat enim Dominum de beneficijs Incarnationis, & Natiuitatis exhibitis humano generi, forte dicens illud Eccl. vlt. Confitebor tibi Domine rex, & collaudabo te Deum Saluatorem meum. Loquebatur de eo, scilicet, Christo

Christo in bonam partem, omnibus expectantibus redemptionem Israel, nuncians, & affirmans eis natum esse redemptorem mundi.

**MORALITER.** Notandum, quod prædicta mulier datur in exemplum bonæ uitæ non solum uiduis, uerum etiam mulieribus alijs, & hoc quantum ad tria. Primum quidem quantum ad castitatem ante matrimonium, & in matrimonio, & post matrimonium, quantumcumque diu uiuant. Secundum quantum ad deuotionem, quia in obsecrationibus, & ieiunijs dicitur hic feruens nocte, ac die. Tercium quantum ad loquendi modestiam, quia non de fabulis, aut de uanis, sed de Christi mysterijs loquebatur. Et ideo propter hæc, & alia bona dono prophetie repleta erat ipsa Anna, ita ut hic prophetissa nuncupetur. Et sic patet de secundo principali.

**TERTIUM** principaliter in presenti Euangelio fit mentio de Christi professione, cum subditur in fine Euangelij. Puer autem crescebat, glo. interli. corpore, & confortabatur, scilicet Spiritu Sancto, secundum eandem glo. uel confortabatur spiritu angelico. Vnde Luc. 22. dicitur, quod cum oraret in horto, apparuit ei angelus de celo confortans eum; Plenus sapientia, quantum ad intellectum, & gratia Dei erat in illo, scilicet quantum ad effectum. Et uerè plenus gratia fuit iste puer Christus, quia in eo sunt omnes thesauri sapientie, & scientie Dei absconditi, ut habetur Col. 2. uerè etiam gratia Dei erat in illo, quia in eo habitat plenitudo diuinitatis corporaliter, ut dicitur ubi supra. Creuit ergo puer Christus realiter quo ad corpus. Non autem creuit realiter quo ad animam quantum ad gratiam, aut uirtutem, quia ab instanti sue conceptionis habuit totam plenitudinem gratie, & uirtutis. Nihilominus creuit quantum ad gratiam, & sapientiam, & huiusmodi uirtutes quantum ad effectum, siue quantum ad ostensionem. Non enim perfectionem anime sue ostendebat, nisi secundum quod conuenientia temporis exigebat.

**MORALITER;** Exemplo paruuli Christi ceteri pueri debent crescere sicut corpore, ita & mente, quia ut dicit scriptura Thimo. 3. Boni erit uiro cum postauerit iugum Domini ab adolescentia sua. Et ad tale augmentum spirituale debent cooperari ipsi parentes, dando salutaria documenta filijs suis. Nam ut dicit Seneca de uerborum copia facile

est teneros adhuc animos componere. Item idem secunda parte Epistolarū suarum Epistola. 20. Facile, inquit tenera ingenia conciliantur ad recti, honestos; amorem. Item ut dicit Horatius in Epistolis: Quo semel est imbuta recens, servabit odorem Testa diu. Dicit etiā Hiero. 3. parte epi. sua. epi. 2. ad Saluinian scribens, q̄ non est parui apud Deum meriti, bene filios educare. Vbi ergo ipsi pueri fuerint debite eruditi in primis annis suis, tandem erunt pleni sapientia, & quod omnibus maius est, gratia Dei erit in illis. Quam ipse nobis concedat, qui in Trinitate perfecta uiuit, & regnat. Amen.

*Dominica infra Octa. Epipha. Sermo primus de Epistola.*



**B** S E C R O vos fratres per misericordiā Dei, vt exhibeatis corpora uestra hostiā, & c. Ro. 12. Solent mundani homines quadā praua consuetudine ducti, in currentibus festis regalibus uacare multis insolentij exhibentes corpora sua hostiam execrabilem diabolo per crapulam, & ebrietatem, deinde per ludos, & choreas, ita ut merito de populo Christiano saltem per magna parte hodie retē possit dici illud, quod olim dicebatur de populo hebreorum, cum esset adhuc in deserto. Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere: Exo. 32. Has igitur, & similes insolentias præuidens in spiritu prophætico Christi Apo. in Epistola Dominicę presentis, quę semper currit inter festa regalia, benignē, & gratiosē admonet primū Romanos, qui plus ceteris nationibus dant operam prædictis insolentij, deinde ceteros Christianos talia operantes, vt amodō cessent immolare demonij corpora sua uoluptatibus uacando, sed potius illa exhibeant Deo per debitam abstinentiā, & usum, dicens. Obsecro uos per, & c. In presenti ergo Epistola egregius Ecclesię doctor Apostolus Paulus instruit nos qualiter debemus nos habere ad Deum, & ad proximum.

Primō ad Deum ex parte corporis, in principio Epistolę. Secundo ad Deum ex parte animę, ibi. Et nolite confortari, & c.

Tertiō ad proximum, ibi: Sicut enim in uno corpore multa, & c.

PRIMO igitur Apost. instruit nos, quali. cer. debeamus nos habere ad Deum ex parte corporis, cum ait: Obsecro uos fratres per misericordiā Dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuam, sanctā, Deo placentem, rationabilē, obsequium uestrum. In quibus quidem uerbis ipse Apostolus hortatur nos primō ad carnis mortificationem, & secundō ad debitum modum obseruandū in huiusmodi mortificatione, cum ait: Rationabile obsequium uestrum.

PRIMO igitur hortatur nos ad carnis mortificationem. Pro quo notandum, q̄ propter tria debemus acquiescere exhortationi Apostoli. Primō quidem, quia rogat amice, cum ait: Obsecro uos fratres. Secundo uerō, quia adiurat fortiter, dicens per misericordiā Dei. Tertiō autem, quia instruit utiliter, cum subdit, ut exhibeatis corpora, & c.

QUANTVM igitur ad primū dicit sic: Obsecro uos fratres. Bene enim nouerat Paulus, quod generosus est hominis animus, qui facilius ducitur, q̄ trahatur, ut dicit Senec. lib. de clementia ad Neronem. Et ibi dat exemplum de equis generosis, ac nobilibus, qui facili freno reguntur. Non ergo imperatiuē loquitur Apost. dicens. Præcipio uobis, more multorum prælatorū, qui frequenter habent præceptum in uirtute Spiritus Sancti, & sanctę obedientię in ore. Vnde de malis, & duris prælatis conqueritur Dominus Ezech. 34. dicens. Cum austeritate, & potentia imperabatis eis, & dispersę sunt oues meę. Sed deprecatiue, & benignē loquitur dicens: Obsecro uos fratres. Super quo glo. interli. Fratres eos uocat, quia quod rogat fraternitas exigit. Item nota, q̄ dicit: Obsecro, id est, uo lacrum rogo, ut pore dicendo: Per uiscera misericordię Dei nostri, uel propter amorem, seu honorem passionis Iesu Christi. Ecce ergo quomodo Apo. rogat amice, in principio Epistolę populū Romanū, & in eo omnes saluari cupientes.

SECUNDO debemus acquiescere exhortationi Apostoli Pauli, eo quod adiurat nos fortiter, dicens: Per misericordiā Dei, id est, per misericordiā ad Deo uobis datam, & factā in relaxando peccata uestra. Et certē magna est hæc adiuratio, quia fit per rem maximē caram, & maximē necessariam, Vel per misericordiā Dei, per quam scilicet saluati estis, iuxta illud ad Titum. 3. Secundo suam misericordiā saluos nos

fecit. Et ideo ex cōsideratione diuinę misericordię debemus liberet facere illud, ad quod nos hortatur ipse Apostolus.

**TERTIO** debemus acquiescere uerbis Apostoli, quia instruit utiliter, dicens: Ut exhibeatis corpora uestra, id est, offeratis illa Deo per macerationē, quę, supple, prius obtulisti diabolo per carnales delicias. Vnde Rom. 6. hortatur nos Apostolus dicens. Sicut exhibuistis membra uestra seruire in munditię, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete illa seruire iustitię in sanctificationē. Hęc autē oblatio figurata est Iudic. 11. in filia Iepthe, ad quam ait pater: Filia mea decepisti me, & decepta es. Nam caro primò nos decipit suis blanditijs, nihilominus tandem decipitur, quando per mortificationem Deo offertur. Et talem oblationē petit à nobis Dominus dicens illud Psal. Nunquid manducabo carnes tuorum, aut sanguinē hircorum potabo? Ac si apertē dicat, quòd non. Sed immola Deo sacrificium laudis, id est, exhibe corpus tuum per macerationem ad laudem Dei. Dicit ergo Apostolus: Obscuro nos fratres, ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem, per bonam operationē charitate informatam, sanctam per perseuerantiã, Deo placentem per rectam intentionem. Sic enim hunc textum exponit glo. interli. Ecce ergo ratio triplex, propter quam debemus acquiescere uerbis Apostoli.

**SECUNDO** Apostolus hortatur nos ad debitum modum obseruandum circa carnis mortificationē, cum ait. Rationabile obsequium uestrum, sit, supple, id est, cum discretionē, ne quid nimis agatur, ut dicit glo. interli. Tunc autem rationabile est obsequium nostrum circa corporis mortificationē, quando quidem caro sic maceratur, quòd natura seruetur, & uitia excluduntur. Vnde dicit Hiero. quòd ille de rapina holocaustum offert, qui austeritate nimia corpus suum immoderate affligit. Et istud est contra illos uiros, aut mulieres, quę faciunt indebitas abstinentias, ut uigilias, ita ut quandoq; patiantur capitis uertiginem, & perdant quietem corporalem. Quòd si dicatur nonnullos sanctos adhuc maiora fecisse, certè dicendum, quòd multi sancti multa fecerunt ex speciali Dei priuilegio, atq; interiori instinctu Spiritus Sancti, quę si attentaremus facere, mortaliter peccaremus. Est enim discretio mater virtutum, ut notatur. 1. quęst. 5. prefentium.

sentium. Hinc in figura legitur Leuit. 2. q. Dominus precēpit Iudejs, ut in omni sacrificio suo apponerent sal. Sal autem in proposito discretionem designat, quam debemus habere in omni opere bono. Quòd etiã innuit Christus Mar. 9. dicens. Omnis uictima sale salietur: Bonum est sal. Habete, inquit, in uobis sal, id est, discretionem. Resolutorię ergo tenendum est, quòd caro per abstinentias, uigilias, & disciplinas debilitari debet, ut non insurgat contra spiritum, non tamen debet occidi. In cuius rei figuram legitur Iudic. 1. q. Chananus remansit tributarius filijs Israel, & nō fuit occisus. Applicatio est facilis ex dictis. Et sic patet de primo.

**SECUNDO** principaliter Apostolus in hodierna Epistola instruit nos qualiter debeamus nos habere ad Deum ex parte anime, cum ait. Et nolite conformari huic seculo, id est formam secularis concupiscentię accipere, ut dicit glo. interli. Vel dic, quòd ille conformat se huic seculo, qui delectabilia huius mundi sequitur, siue consistant in ueneris, siue in potibus, & cibus iam, siue etiam in honoribus uanis. Mundus enim uult, ut homines uacent crapulę, & ebrietati, ludis, & choreis, & amplexibus impudicis, auaritię, & cupiditati, fraudibus, & dolis, superbię, & uanę glorię, pompe, & ornatu corporali, & sic de alijs. Sed hęc omnia prohibet Apostolus. unico uerbo dicens. Nolite conformari huic seculo. In quibus uerbis tangitur generalis prohibitio, ut dicit gl. ordi. Ad idē etiam propositum loquitur Iohannes in sua prima cano. 2. cap. dicens: Nolite diligere mundum, nec ea, quę in mundo sunt, quia omne, quòd est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut oculorum, aut superbia uite.

**NOTANDUM** ergo est, quòd rationabiliter Apostolus prohibet nobis, ne conformemur huic seculo nequam, & hoc propter tria mala, quę operatur. Nam.

Inscit. Decipit. Desicit.

**PRIMO** igitur mundus inscit amatores suos, & illos, qui se illi conformant per prauorum imitationē. Vnde Aug. super Iohann. exponens illud Iohan. 8. Vos de hoc mundo estis, dicit sic: Si delectat te iste mundus, iam es immundus. Si autem te non delectat, iam es mundus. Cum enim ipse mundus sit totus immundus, eo quòd omne, quòd est in eo, aut est concupiscentia carnis, aut oculorum, aut superbia

uitę (ut statim allegatum est) consequens est dicere, quęd quicunque se illi conformat, & coniungit per amorem, ab eo inficitur. Da exemplum de manu, quę inficitur ex tactu rei infectę, & immundę. Practica, quomodo mundus se illi conformantes varijs modis inficit. Nam quosdam inflat per superbiam. Alios deficcet per auaritiā. Alios sedat per luxuria. Alios in oculis maculat per inuidiam. Alios in corde uulnerat per iram. Alios corrumpit per gulam. Alios graues, & ponderosos reddit per accidiam, siue pigritiā. Ecce ergo quomodo homines inficit mundus, tamen alio, & alio modo secundum uarietatem septem peccatorum mortalium.

**S E C V N D O** mundus decipit amatores suos. Vnde Aug. ad fratres in eremo ser. 3. qui intitulum de fallacia mundi, ad propositum loquitur dicens. O' munde proditor cuncta bona promittis, sed cuncta mala profers. Promittis uitam, sed donas mortem. Promittis gaudium, sed largiris merorem. Promittis quietem, sed ecce turbatio. Promittis florem, sed citō euanescit. Promittis stare, sed citō recedis. Non ergo es diligendus, quoniam omnino transis, & concupiscentia tua uelut fumus euanescit. Loquantur omnes amatores tui dō munde inuenire, quibus aliquando florem tenerissimę iuuentutis prestare uoluisti, uitam diuturnam, diuitiarum copiam, famulorum abundantia, pacis amenitatem, dicant, & loquantur omnes filij Adę, & uno ore loquantur, utrum in hac uita gaudium habuerint sine dolore, risum sine fletu. Nolite igitur fratres mundum diligere, quoniam transiit, & concupiscentia eius. Item post pauca. O' munde immunde, fallax proditor, nunquid non periculosior es blandus, quā molestus? Nunquid non magis timendus es, dum allicis, quā dum spernis? Nunquid non magis odiendus, dum diligere simulas, quā dum odire te ostendis? O' munde immunde in te habitare, & non dolere est impossibile. Te amare, & non periclitari est impossibile. Hęc Augustinus ubi supra. Est ergo simile de fallacia mundi, sicut de fallacia callidi tabernarij, qui hospitibus suis omnia desiderata tribuit, nec aliquid exigit, priusquam recedant. Et tunc, si plus expenderunt, quā soluere possunt, eos uestibus suis spoliat. Ita & mundus in fine spoliat amatores suos: usque ad paruum linetamen, cum quo sepeliuntur. Valde ergo fatuus

est, qui ipsum diligit, cum sit deceptiuus. O' utinam ista bene notarent, & diligenter aduerterent illi mundi homines, siue nobiles, siue prelati in cuijs regum, ac principum degeneres, quibus cum prædicatur de abusu mundi, & fallacia illius, quę maximē regnat in dētis curijs, respondere solent, oportere eos adhuc paululum ibi habitare, non quidem pro se, sed pro amicis suis, ut illis beneficiat princeps; & post annum, uel breue tempus promittunt se uelle à mundo recedere. Sed unus annus alium ad se trahit. Quo fit, ut perueniā usque ad finem uitę suę ibi moram faciant. Vnde noui quendam prelatum in curia regis Francię, qui cum semel egrotaret satis periculosę, uotum uouit Domino, quod si dignaretur illi sanitate conferre, omnino relinqueret curiam, & ad oīes suas se conferret. Qui tamen Deo miserante sanitate recepta, grauius implicatus est negocijs curię usque in præsens, quā prius. Ecce ergo quomodo mundus decipit amatores suos. Propter quod rationabiliter, & salubriter nos admonet Apostolus, ne illi conformemur, dicens. Nolite conformari huic seculo.

**T E R T I O** mundus deficit. Hoc enim clamant, & restantur quatuor.

Scriptura, uidelicet. Figura. Similitudō. Experientia. **P R I M O** igitur scriptura clamat, quōd mundus deficit. Et primō quidē scriptura ueteris testamēti. Vnde Ezechie. 7. Factus est (inquit Ezechiel) sermo Domini ad me; dicens. Et tu fili hominis, hæc dicit Dominus Deus terrę Israhel: Finis uenit: uenit finis super quatuor plagas terrę. Nunc finis super te, & immittam furorem meum in te. Item Sap. 2. Umbra transitus est tempus nostrum, ac si apertē diceret. Sicut umbra citō transiit, sic, & tempus utriusque nostrę. Secundō hoc idem clamat scriptura noui testamēti. Vnde. i. Iohā. 2. Transiit mundus, & concupiscentia eius, id est, delectatio illius. Quod quidem uerbum potest intelligi de microcosmo, id est, de minori mundo, qui est homo, siue bonus, siue malus. Vnde. 2. Reg. 9. Omnes morimur, & quasi aquę dilabimur in terram, quæ non reuertuntur. Secundō idem uerbum potest intelligi de macrocosmo, id est, maiori mundo. Hic enim mundus transiit, non secundum substantiam suam, quia illa in æternum stat, & permanet, sed transit secundum

suam figuram, iuxta illud. 1. ad Cor. 7. Præterit figura huius mundi. Aliam enim, & aliam habet figuram mundus iste ante iudicij diem, & post. Practica.

**S E C U N D O** figura clamat, quòd mundus deficit cum suis gaudijs, & delectationibus. Vnde legimus Num. 22. quod cum Moyses duceret populum Israeliticum ad terram promissionis, & peruenisset ad terram Galaad, filij Gad allesti dulcedine, & pulchritudine terræ illius, uenerit ad Moysen, dicentes ad eum: Si inuenimus gratiam coram oculis tuis, da nobis hanc terram in possessionem, & due fratres nostros ad terram promissionis. Ad propositum filij Gad sunt amatores huius mundi, qui quæ terrena, quæ delectabilia sunt, diligunt, adeo quòd libenter uellent nunquam ab ipso mundo recedere, si esset possibile. Sed sic Moyses non satisfecit desiderio filiorum Gad: quinimò compulsi eos alios fratres suos sequi, ita nec Dominus implet desiderium mundanorum hominum hic semper uiuere uolentium, sed uelint, nolint, necesse habent sequi fratres suos, filios Adam sequi, inquam, per mortem. Ecce quomodo mundus deficit.

**T E R T I O** similitudo clamat, quòd mundus, & uita præfens deficit cum suis oblectationibus. Nam assimilatur rebus ualde caducis. Primò quidem umbræ: Vnde Psal. Homo uanitati similis factus est, id est, mutabilitati, dies eius sicut umbra prætereunt. Quamuis enim in mundo isto omnia sint in continuo motu, iuxta illud Boetij de consol. lib. 3. met. 9. Quæ qui perpetua mundum ratione gubernas: Terrarum, cœliq; fator, qui tempus ab æuo, Irē iubes, stabilisq; manens, cuncta moueri, nihilominus homo præ ceteris creaturis inferioribus maximè subicitur motui, & mutationi, & quantum ad animam, ut patet de affecti onibus, & desiderijs bonis, & malis, & similiter quantum ad corpus, ut patet de egritudine, & sanitate sibi inuicem sepe succedentibus. Propter quod meritò potest appellari homo uanitas uanitatis, & omnia, quæ sunt in eo, uanitas. Eccl. 1. Bene ergo de eo dicitur Iob. 13. quòd dies eius sicut umbra prætereunt.

**S E C U N D O** comparatur uita præfens flori. Vnde legitur Esa. 40. quòd Dominus locutus est ad ipsum Esaiam dicens. Clama. At ille: Quid clamabo? Et Dominus ad eum:

Omnis

Omnis caro scœnum, & omnis gloria eius, quasi flos agri. Exsiccatum est scœnum, & cecidit flos, quia spiritus Domini sufflauit in eo, scilicet in morte hominis, unde subditur. Verè scœnum est populus. Nam sicut scœnum primo nascitur uiride, pulchrum aspectu, & paulatim crescit: tandè arefcit per superuenientem solis ardorem, & tunc per falcē de terra præscinditur, & ab animalibus comeditur, ita homo nascitur de muliere, ut scœnum de terra, habens uiriditatem uiuacitatis in flore iuuentutis, siue humanam prosperitatem in gloria, & honore, aut diuitijs. Sed tandem calore naturali consumente humidum radicale, senescit, cadit, induratur, & arefcit. Post hæc per falcē mortis de agro mundi tollitur, & corpus illius uermibus deuorandum traditur. De anima autem nouit Dominus, quid de ea fiat.

**T E R T I O** comparatur mundus iste, siue uita præfens nebule, seu uapori. Vnde Iaco. 4. Quæ est uita uestra? Vapor ad modicum parens, & deinceps exterminabitur. Nam sicut nebula, uel uapor de terra, uel de aqua nascitur, & paulatim in aerem ascendit, sed postmodum citò apparente solis radio dissoluitur, & iterum ad terram imperceptibiliter reuertitur, ita homo mundanus apparet aliquantum in mundo, siue propter diuitias, siue propter officia, aut beneficia, siue propter potentiam, sapientiam, pulchritudinem, aut huiusmodi, sed tandem calore febrili dissoluitur, & postmodum ad terram prosternitur per mortem, nec ulterius in mundo isto uideretur.

**Q U A R T O** experientia clamat, quòd mundus iste, siue uita præfens deficit unà cū uanitatibus suis. Vnde Baruch. 3. Vbi sunt principes gentium, & qui dominantur super bestias, quæ sunt super terram (hoc dicit propter uenatores) qui in anibus cœli ludunt: (hoc dicit propter aucupes) qui argentum, & aurum thesaurizant, in quo confidunt homines, & non est finis acquisitionis eorum? (hoc dicit propter auaros.) Et responderet sibi ipsi docere experientia quotidiana. Exterminati sunt, id est, extra terminos mundi huius positi sunt per mortem, & ad inferos descendunt, & alij loco eorum successerunt. Hæc ibi. Dicamus ergo: Vbi est potentia, & maximum imperium Alexandri, qui regnauit super centum uiginti septem Prouincias? Vbi diuitiæ.

nitia, & gloria regis Salomonis? Vbi fortitudo Samsonis? Vbi pulchritudo Absalonis? Vbi lasciuia Cleopatre? Vbi magnificentia Augusti Octauiani? Vbi fama sapientia, & literarum Aristotelis? Vbi eloquentia Demosthenis, Titia, Liuji, Ciceronis? Certè omnes tales, ac similes exterminati sunt, & ad inferos descendunt, omnia hæc relinquentes, & nil secum, nisi culpam cum pœna portantes. Et ut magis particulariter uideatur uanitas, & defectio mundi, adducamini in medium unum, qui omnia, quæ amantur à mundanis, expertus est. Ille autem est Salomon, qui de se ipso loquens Eccl. 2. ait, Magnificauit opera mea, edificavi mihi domos, plantavi uineas, feci hortos, & pomeria, & conseui ea cunctis generis arboribus, extruxi mihi piscinas aquarum, ut irrigarem siluam lignorum germinantium, posedi sedes seruos, & ancillas, multamque familiam habui, armenta quoque, & magnos ouium greges ultra omnes, qui fuerunt ante me in Hierusalem, coaceruaui mihi argentum, & aurum, & substantias regum, ac prouinciarum, feci mihi cantores, & cantatrices, delicias filiorum hominum, scyphos, & urceos ad uina fundenda in ministerio, & supergressus sum opibus omnibus, qui fuerunt ante me in Hierusalem. Sapientia quoque perseverauit mecum, & omnia, quæ desiderauerunt oculi mei, non negaui eis, nec prohibui cor meum, quin omni uoluptate fruere. Deinde subdit dicens. Cum me conuertissem ad uineta opera, quæ fecerant manus meæ, & ad labores, in quibus frustra sudaueram, reperi in omnibus uanitatem, & afflictionem animi, & nihil permanere sub sole. Hæc Salomon ubi sup: Ex quibus omnibus potest sumi experimentum, quod mundus iste deficit. Vnde post prædicta tandem concludit dicens: Reperi in omnibus uanitatem, & afflictionem, & nihil permanere sub sole, sed omnia deficere. Bene ergo, & salubriter consideratis omnibus prædictis, consultat doctor ecclesie Paulus in hodierna epistola, di: Nolite conformari huic seculo.

Sed in textu epistolæ: Sed renouamini in nouitate sensus uestræ. Super quo glo. interl: Renouamini, hoc qui in Adam sensus deformati, in nouitate, id est, ad modum noui hominis sensus uestræ, id est, mentis uestræ, quæ est sensus spiritus ueritatis, iuxta illud ad Eph. 4: Renouamini spiritu

mentis

mentis uestræ. Vbi notandum, quod formati sumus ad imaginem Dei, quæ quidem imago deformatur per sequentem culpam in nobis, reformatur autè post modum per Dei gratiam. Et si dicatur, quod gratia Dei non est in potestate nostra, & per consequens rem impossibilem nobis præcipit Apostolus dicens. Reformamini in nouitate, &c. dicendum, quod gratia Dei aliquantulum est in potestate nostra, scilicet, dispositiue faciendo, in nobis est. Notandum etiam, quod Apostolus non dicit, Reformamini in nouitate corporis uestræ, sicut facere solent mulieres curiosæ, mundanæ, & uanæ, sed sensus uestræ, siue mentis uestræ. Vel dic, quod reformari nouitate sensus sui, est dedicare sensum uisus, auditus, gustus, & huiusmodi ad opus bonum, & pium, qui quidem sensus prius dedicati fuerant ad malum, per malum usum eorum. Sequitur, ut probetis, id est, experimentum sumatis, quæ sit uoluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta. Quamuis enim uoluntas Dei in se sit unica, & simplicissima, nihilominus in effectu est multiplex, & uaria, ita ut secundum diuersitatem effectuum diuersimodè nominetur. Propter quod hic ab Apostolo uocatur bona, beneplacens, & perfecta. Bona quidè, peccata relaxando, siue peccatores redeuntes misericorditer suscipiendo. Ezechie. 18. Nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur, & uiuat. In cuius figuram dixit dominus cuidam leproso curam ab eo humiliter petenti. Volo, mundare. Matth. 8. Beneplacens autem, animam per gratiam sanctificatio. Vnde, 1. ad Thessa. 4. hæc est uoluntas Dei sanctificando uestra. Perfecta uerò, gloriam cœlestem tandem conferendo, quæ est perfectum, & con summatum bonum creaturæ rationalis. 1. ad Titum. 2. Vult omnes homines saluos fieri, & ad ueritatis agnitionem peruenire. Item Io. 12. Volo pater, ut ubi ergo sum, illic sit, & minister meus. Vel dic, quod uoluntas Dei dicitur bona, quantum ad statum incipientium, beneplacens, quantum ad statum proficientium, perfecta, quantum ad statum perfectorum. Vel dic, quod dicta uoluntas Dei dicitur bona in his, qui habent fructum trigessimum, ut in statu conjugali, beneplacens in his, qui habent fructum sexagesimum, ut in statu uiduali, perfecta in his, qui habent fructum centesimum, ut in statu uirginali. Ecce mi-

plcx



plex descriptio triplicis uoluntatis, Dei, quæ tamen in se unica est, ut dictum est.

CONSEQUENTER Apostolus in præsentī epistola interferit speciale documentum; per quod instruit nos ad humiliter sentiendum de mysterijs diuinis, cum ait. Dico uobis non plus sapere, id est, inuestigare de mysterijs diuinis (ut dicit interl.) quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, sine præsumptione, ut dicit eadem gloss. hortatur ergo nos Apostolus in predictis uerbis, ut non inquiramus curiosè de his, quæ ad finem pertinent, quia, qui perferat tor est maiestatis, opprimetur à gloria, ut habetur Proverb. 25. & Eccl. 3. Altiora te ne quaeris, & fortiora te ne scrutatus fueris, sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper. Ad sobrietatem ergo sapiebat Psal. cum dicebat. Non ambulauī in magnis, neque in mirabilibus super me. Vnde communiter uolentes sapere plus, quam necesse est, incidunt in uarios, & damnatissimos errores, sicut per experimè patuit de quodā Alemāno dicto Luther; qui multa nephānda scripsit fidei catholice, & bonis moribus contraria, propter quæ tanquam hæreticus, & schismaticus condemnatus est à sancta sede apostolica. Et sic patet de secundo principali.

TERTIÒ principaliter Apostolus instruit nos, qualiter debemus nos habere ad proximum, cum subiungit dicens. Sicut enim in unio corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi unū corpus sumus in Christo, singuli autem, alter alterius membra. In his autem uerbis ostendit Apostolus, quod fideles debent sibi mutuo ministrare, secundum dona sibi à domino collata. Et ad hoc persuadendum ponit exemplum de corpore naturali, deinde applicat suum exemplum ad corpus mysticum ecclesie, ibi. Ita multi, &c. Quamuis ergo aliqua Dei dona dentur aliquibus spiritualiter, prout declarat Apostolus. I. ad Cor. 12. dicens. Alij per spiritum datur sermo sapientie, alij sermo scientie, & sic de alijs, tamen huiusmodi dona dantur pro communi utilitate ecclesie, & Christi fidelium. Da exemplum de corpore humano, in quo oculus uidet pro toto corpore, & similiter pes ambulat pro toto corpore, & os comedit pro toto corpore, & huiusmodi. Hoc autem fecit dominus, ut esset maior charitas, & amicitia

na, atque pax inter mortales, similiter, & humilitas in uno quoque. Nam cum unus uidet in alio gratiam, quam non habet, inde illum sibi præfert. Vnde ad propositum loquens Apo. 1. ad Corin. 12. ait. Non potest dicere oculus manus, opera tua non indigeo. Ita etiam in corpore mystico ecclesie, ille, qui accipit gratiam prophetie, indiget illo, qui accipit gratiam sanitatum, & ita est de omnibus alijs. Vnde dum uniusquisque fidelis, si ruit alteri, secundum gratiam sibi datam à domino, efficitur alterius membrum. Hinc Apo. ad Gala. ult. ait. Alter alterius onera portate. Item. 1. Pet. 4. Vnusquisque sicut accipit gratiam, id est, in alter utrū illam administrantes. Huius autem contrarium multi faciunt. Nam multi habent donum sapientie, & scientie, atque consilij, quod tamen nolunt alijs communicare saltem gratis, sicut patet de multis aduocatis, & doctis uiris. Alij habent donum lingue ad disertè prædicandum, qui tamen raro prædicant, & huiusmodi. Tales ergo abscondunt talentum domini sui, & ideo, uide illis. Non sic igitur charissimè, non sic gamus, sed liberaliter dona, si qua à Deo susceptimus, alijs impartiamur. Sic enim agentes, gratiam Dei recipimus in præsentī, & gloriam in futuro. Quam nobis concedat, qui & cæc:

Dominica intra Octa. Epipha. Sermo. I. de Euangelio.



VM factus esset Iesus annorum duodecim, &c. Luc. 2. Pro introductione præsentis sermonis mouetur questio talis. Vtrum Christus in etate duodecim annorum conuenienter fedit in medio doctorum, audiens illos, & interrogans. Respondetur, quod sic, & hoc propter tres rationes.

PRIMA sumitur ex parte sui. Nam per talem modum uoluit aliquo modo probare, & ostendere se uerum Deum esse. Non enim puri hominis est, tam tenera etate, ut prope duodecim annorum, cum grauissimis doctoribus, & legis peritis, nunc tenere locum respondentis, nunc arguentis, & in omnibus uictor euadere. Ipse igitur Christus ita duo laudabiliter

dabiliter exercens probabat (quāntum in se erat) ueritatē  
 suā diuinitatis. Tunc ergo legis doctores eum audientes  
 merito præ admiratione de eo dicere poterant id, quod post  
 modum de eodem dixerunt. Quomodo hic literas scit, cum  
 nunquam dederit eas? Io. 7. Sed forsitan dicit aliquis Chri-  
 stum primum signum fecisse in nuptijs; quando scilicet,  
 mutauit aquam in uinum. Io. 2. Tunc autem erat ætatis tri-  
 ginta annorum, uel eo circa, quia post baptismum suum  
 statim creditur prædictum miraculum fecisse. Non ergo uide-  
 tur, quod ipse diuinitatem suam ostenderit disputando  
 cum doctoribus legis Iudæorum in ætate duodecim anno-  
 rum. Responderi potest ad hoc tripliciter. Primum quidem,  
 quod signum, quod fecit Christus in prædictis nuptijs, non  
 fuit primum eius signum simpliciter, sed quo ad locum illū,  
 in quo illud fecit, scilicet in Chana Galilææ. Vnde sic habet  
 textus. Hoc fecit initium signorum Iesus in Chana Galilææ.  
 Super quo Dominus Hugo. Cardin. non primum sim-  
 pliciter, sed in Chana Galilææ. Secundò responderi potest,  
 quod hoc intelligitur inter signa, quæ fecit coram Discipu-  
 lis suis. Cum quibus omnibus stat, quod ante prædictum si-  
 gnum potuit Christus fecisse alia signa alibi, uel ante uoca-  
 tionem Discipulorum suorum, quāuis de hoc nihil expre-  
 sè legatur. Tertio responderi potest, quod duplex est mira-  
 culum. Vnum quidem, quod consistit in opere exteriori, si-  
 ue circa rem corporalem, ut illuminatio cæci, curatio le-  
 prosæ, mutatio aquæ in uinum, & similia. Et quantum ad ta-  
 le genus miraculū, nullum tale fecit Christus ante baptismū  
 suum, quinimmo primum fuit dicta mutatio aquæ in uinū.  
 Et ideo rationabiliter, reprobatur liber intitulatus de infan-  
 tia saluatoris. di. 15. Sancta Romana Ecclesia. In quo men-  
 dosè narrantur multa miracula ab ipso Christo facta in in-  
 fantili ætate, utpote, quod interdum ambularet super ra-  
 dios solares. Item, quod ex luso formaret aues. Item quod  
 curreret super aquas, & huiusmodi, quæ omnia sūt apo-  
 crypha. Nam, ut dicit Chrys. super Iohan. homi. 20. Si Chri-  
 stus fecisset miracula in infantia; tunc Iudæi attribuisent  
 illa incantationi, & præstigijs. Insuper tunc citius ipsi Iu-  
 dæi conceperunt aduersus eum inuidiam, & celerius eum  
 crucifixissent. Aliud autem est miraculum; quod consistit  
 quasi

quasi in actu interiori, & circa rem spirituales, cuiusmodi  
 est scientia diuinitus habita, siue infusa. Vnde miraculum  
 fuit, quod Apostoli repleti spiritu sancto subitò habuerunt  
 plenitudinem scientiæ, & ceperunt loqui uarijs linguis ma-  
 gnalia Dei. Act. 2. Miraculum etiam fuit, quod Salomon in  
 tenera ætate tām habuit sapientiam, quantam nullus, qui  
 ante eum fuerat, aut qui post eum surrexit, secundum quod  
 ei promiserat dominus. 3 Reg. 4. Loquendo ergo, de tali ge-  
 nere miraculi, ipse Christus hodie miraculum grande fecit,  
 cum in ætate duodecim annorum, cum doctoribus; & rabi-  
 nis Iudæorum disputauit, & eos superauit. Vnde tunc meri-  
 to dicere poterunt illud Marc. 1. Quæ nam doctrina hæc  
 noua? Et sic patet de i. ratione.

SECUNDA ratio dictæ disputationis sumitur ex parte  
 Iudæorum. Voluit enim ipse Christus talem, ac tantam di-  
 sputationem peragere, ut dictos rabinos in admirationem  
 induceret, & tandem ad sui fidem alliceret. Et ideo postmo-  
 dum, non credendo in eum, minus excusabiles fuerunt. Pro-  
 pter quod, & similiter propter sequentes sermones, quibus  
 attestatus est se esse uerum Deum, dicebat Iohan. 15. Si non  
 uenissim, & locutus fuissim eis, peccatum, non haberent.  
 Nunc autem excusationem non habent de peccato suo, scilicet,  
 à toto, quāuis bene à tanto, & presertim simpliciter.

TERTIA ratio sumitur ex parte nostra. Ideo enim uo-  
 luit Christus in dicta ætate duodecim annorum audire pri-  
 mum, & postea interrogare rabinos Iudæorum, ut doceret  
 paruulos libenter audire uerbum Dei, similiter, & monita  
 salutis paratum, deinde eos interrogare, quæ sunt ab eis. Cre-  
 enda, agenda, fugienda, appetenda, & huiusmodi. Vnde  
 Deut. 32. dominus alloquitur unumquemque suum dicens.  
 Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi. Quod si pater  
 desit, aut instruere salubriter non uelit, aut non possit, tunc  
 interroga maiores tuos, id est, prælatos, & dicent tibi id est,  
 dicere tenebuntur, quid facere debeas, ut uitam æternam  
 possideas. In hoc enim aliquo modo imitaberis paruulum  
 filium Christum, qui in ætate annorum duodecim, ut legitur  
 in hodierno euangelio, interrogabat doctores Iudæorum.

IN ipso igitur euangelio de tribus principaliter fit men-  
 tio, uidelicet de filij Christi.

Amiffione, Requisitione, Inuentione.

**P**RIMO igitur, &c: Pro quo notandum, quòd dominus præceperat filiis Israel, ut ter in anno ascenderent in templum, quod erat in Hierufalem, & ibi offerrent oblationes suas pro uniuscuiusque conditione, & facultate, ut patet. Exo. 23. Huiusmodi autem fèfta dicebantur Pascha, Pentecofte, Dedicatio. Ad hoc tamen, nõ tenebantur mulieres, fed foli uiri. Nihilominus poterant, & mulieres illuc ex speciali deuotione fe conferre. Item aduertendum, quòd de duobus ultimis fèftis poterat dispensari, & presertim propter locorum distantiam. De primo autem fèsto nunquam. Da exemplum de tribus præcipuis solennitatibus, in quibus in primitiua ecclesia Christi fideles, tenebantur communicare, uidelicet in Paschate, Pentecofte, & Natali Domini, ut patet de conse. di. 2. etfi non frequenter. Hodie tamen ecclesia dispensat de duobus ultimis fèstis, non autem de primo, quinimmo renouat ipsius obligationem extra de pe. & re. omnis utriusque sexus. Occurrente ergo dicto fèsto Pascha; ut patet ex textu beati Lucæ precedente immediate uerba præsentis euãgelij, illuc ascendit Iesus cū esset duodecim annorum, & hoc cum parentibus suis, scilicet, Ioseph patre puertiuo, & Maria matre eius.

**Q**UÆRI potest cur puer Iesus adhuc annorum duodecim, uoluit ad diem festum ascendere, maxime cum ad hoc, non tenebantur filij, fed soli uiri, ut dictum est. Creditur enim illuc uenisse de Nazareth, quæ distat ab Hierufalem ferme. 10. leucis, ut memini me aliquando legisse. Hoc autem laboriosum, erat tali paruulo uisã ætate. Respondetur ad hoc, quòd propter quatuor rationes, conformiter ad quatuor sensus sacre scripturæ. Prima. igitur ratio est literalis, ut scilicet, illic inueniret legis doctores, cum quibus disputare uolebat, suam sapientiam ostensurus. Scriptum nempe est. Eccl. 32. Vbi auditus non est, non effundas sermonem. Secunda ratio est moralis, ut scilicet, nos instrueret in die fèsto ascendere ad dominum, pro mentis eleuationem. Vnde Cyprianus, & recitatur de cons. dist. 1; quando autem. Quando, inquit, stamus ad orationem, inuigilare; & incumbere toto corde debemus. Cogitatio carnalis, & secularis abscedat, nec quicquam tunc animus aliud, quã  
id lo-

id solum cogitet, quod precatur, ideo, & sacerdos in missa præfatione premissa parat fratrum mentes dicendo. Sursum corda, ut dum responderet plebs. Habemus ad dominum, ad moneatur nil se aliud, quàm dominum cogitare debere? Hæc ibi. Tertia ratio, est allegorica, quæ ponitur in glo. ord. ubi sic dicitur. Ascendentibus parentibus ascendit Christus, homo cum hominibus, seruat legem, quam seruandam præceperat, ut nos ad illius obseruantiam instrueret. Quarta ratio est analogicalis. Duodecim enim anni designant duodecim fidei articulos. Per hoc ergo, quòd puer Iesus in ætate duodecim annorum ascendit in templum, designatur, quòd per obseruantiam duodecim articulorum fidei ascendemus ad templum illud celeste, de quo in Psalm. In templo eius omnes dicent gloriam.

**S**EQUITUR in textu: Consummatis autem diebus, supple, fèsti Paschalis, cū redirent, scilicet, parentes Christi, remansit puer Iesus in Hierufalem, non quidem à casu, sed ex magna illius deliberatione, & diuina dispositione, & nõ cognouerunt parentes eius. Sed queritur, quomodo tam elegans puer potuit à parentibus per obliuionem relinqui, Respondet ad hoc glo. or. allegans uenerabilem Bedam, quod hoc ideo fuit, quia filij Israel ascendentes in templum, seorsum uiri, & seorsum fœmine ascendebant, & similiter descendebant. Filij autem poterant cum quolibet parente se iungere. Propter quòd Ioseph forsan putabat puerum Iesum suum cum matre descendisse. Mater etiam idem sentiebat de Ioseph, & sic uterque deceptus fuit in materia facti.

**M**ORALITER. Pater Christi est synecrus prædicator; aut doctor. Nam quilibet talis generat eum in cordibus deuotorum auditorum. Vnde egregius ille ecclesie doctor, & prædicator Paulus Corinthijs scribens aiebat. In Christo Iesu per euangelium ego uos genui. 1. ad Corin. 4. Mater uero Christi est uerus pœnitens. Nam sicut mater eius naturalis, dicta est Maria, idest, ualde amara; sic etiam uerus pœnitens, est ualde amarus per peccatorum suorum contritionem, & propter Dei offensam. Vnde Hier. 2. Scito, & uide, quia malum; & amarum est reliquisse te dominum Deum tuum. Hæc igitur mater concipit Christum peccato-

rem, & ipsum parit per boni operis executionem, ita ut penitentes merito dicere possint illud Esa. 26. A timore tuo domine (secundum unam litteram) concepimus, & quasi parvuli nati sumus, & peperimus spiritum salutis. Et sicut mater natalis patitur maximum dolorem in pariendo filium, & post modum eo nato gaudet, iuxta illud Iohannes. 16. Mulier cum parit, tristitiam habet, sed postquam peperit, iam non meminit pressuræ, quia natus est homo in mundum, ita & penitens patitur dolendo de peccatis, tandem autem gaudebit in cælo. Tristitia uestra, inquit Christus ad ueros penitentes loquens, uertetur in gaudium, ubi supra. Tunc etiam gratias agens domino uerus penitens dicit illud. Psal. Conuertisti planctum meum in gaudium mihi, Ecce quid significant parentes Iesu.

**S E C U N D O** principaliter in presenti euangelio, fit mentio de requisitione pueri Iesu. Unde sequitur. Existimantes autem illum esse in comitatu, id est, inter eos, qui simul fuerant in comitatu, uenerunt iter diei unius, & requirebant eum inter cognatos, & notos, id est, uicinos. Nam, ut dicit glord. timebant, ne quod Herodes prius attentauerat, filius eius Archelaus, qui ei in regno successerat, perfecisset, scilicet. Christum occidendo. O quanto igitur dolore tunc replebatu(r) pia Christi mater. Et nota, quod Euangelista dicit. Requirebant, id est, iterum, atque iterum, querebant. Unde mater pietatis rediens in Hierusalem quouoq(u)et mulieres obtuas habebat, alloquebatur eas dicens illud Cant. 5. Adiuu uos filie Hierusalem, id est, quæ reditis de Hierusalem, si inuenieritis dilectum meum, ut nunciatis ei, quia amore eius languo. Ad quam illæ dicebant. Qualis est dilectus tuus de pulcherrima mulierum, quia sic adiuuasti nos? Quibus illa dicebat. Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex milibus. Talis est dilectus meus, & ipse est amicus meus, filia Hierusalem.

**M O R A L I T E R.** Per hoc, quod parentes Christi, non inuenierunt eum inter cognatos, designatur, quod ipse non inuenitur spiritaliter per gratiam in carnali societate. Et istud præcipue rangit clericos, ac monachos, & moniales, qui interdum causa recreationis (ut dicunt) uisitant consanguineos, & consanguineas suas. Et cerè sub tali uelamine

multæ dissolutiones frequenter perpetrantur, in crapulis, & ebrietatibus, quam in ludis, & choreis, tam etiam in alijs nefandis malis, quæ non licet homini loqui.

**M O R A L I T E R.** Etiam notandum iuxta illud. Existimantes illum esse in comitatu, scilicet Christum, ubi tamen non est inuentus, designatur, quod ipse non inuenitur spiritaliter in domibus illorum prælatorum incedentium cum magna comitatiua equorum, & famulorum, qui putant in hoc apparatu consistere honorem dignitatis pastoralis, de quibus in Psal. Hi in curribus. Hoc forsitan dicit Propheta Dauid propter prælatos Alemanix, qui solent incedere sedendo in curribus. Sequitur. Et hi in equis. Hoc dicit propter prælatos aliarum nationum, qui solent habere in suo comitatu multitudinem equorum, & mularum, ac famulorum, interdum etiam multitudinem canum, & auium, in quibus abusus consumuntur bona pauperum ecclesiarum, adeo quod in fine anni inueniunt se multo debius inuolutos, quæ forsitan ante mortem non soluent. Ideo sequitur. Ipsi obligati sunt, non quidem solum creditoribus huius mundi, uerum etiam, illi creditori cælesti propter peccata, quæ commiserunt. Ideo sequitur. Et ceciderunt, scilicet pro mortem, in abyssum inferni. Psal. Ibi ceciderunt, qui operantur iniquitatem, expulsi sunt, scilicet, de hoc mundo, in quo tantum gloriati sunt ne, poterunt stare, id est, in eo semper maneret sicut optabant. Ac uerò boni, ac humiles, & simplices prælati dicunt. Nos autem in simplicitate, ac pauertate nostra, in nomine domini Dei nostri inuocabimus, sup. Dei gratiam, & materiam. Propter quod furrimus, siue à peccato per gratiam, siue à cupiditate temporalium, & mundanorum bonorum per contemptum talium, & erecti sumus, per spem cælestium, & æternorum bonorum.

**T E R T I O** principaliter in presenti euangelio, fit mentio de inuentione pueri Iesu in parentibus suis, cum dicitur. Et factum est, post triduum inuenierunt illum, in templo sedentem, &c. Iterum circa dictam inuentionem notantur, 1. quæ sunt. Præfixum tempus, quia post triduum inuenierunt illum.

Locus, quia in templo.

Debitus modus, quia in medio doctorum.

Gloriosus fructus, quia audientem illos, & interrogan-  
tem.

Pia querela. Fili quid fecisti nobis sic.  
Excusatio digna. Nesciebatis, quia in his, &c.  
Humilitatio profunda, quia erat subditus illis.  
Prudentia materna, quia mater eius conseruabat, &c.  
Profectio trisaria, quia Iesus proficiebat sapientia, &c.

PRIMÒ igitur circa pueri Iesu inuentionem notatur de-  
terminatum tempus, cum dicitur. Et factum est post triduum  
inueniunt illum. Super quo dicit glos. ordi. quòd parentes  
Christi, scilicet Maria, & Ioseph, prima die reuersi sunt  
ab Hierusalem, seorsum tamen; quia Maria cum alijs mu-  
lieribus de Nazareth: Ioseph, autem cum uirij eiusdem ci-  
uitatis. Da exemplum de processionibus, quæ apud nos sũt,  
in quibus uiri seorsum; & mulieres seorsum incedant. Se-  
cunda die cõperto, quòd puer apud neutrum parentum es-  
set, continuo requirunt eum inter cognatos, & notos. Ter-  
tia die puero non inuenitõ regressi sunt, cum omni diligen-  
tia in Hierusalem, requirentes eum. Et post triduum, idest,  
Quarto die, ut exponit de Lyra, inueniunt illum.

MORALITER. Christus per peccatum nostrum ab-  
sentat se à nobis. Non enim habitat in corpore subdito pec-  
catis. Sap. 1. Nihilominus post triduum iterum redit à nos.  
Primus dies huius tridui est cordis perfecta conserio, se-  
cundus oris integra confessio. Tertius operis consummata  
satisfactio. Vnde in figuram huius perfecti, & saluiferi tri-  
dui scribitur. Exo. 3. dominus Deus Hebræorum uocauit  
nos. Ibi uiam trium dierum in solitudinem, ut immole-  
mus domino Deo nostro. Applicatio, est facilis.

MYSTICE prædicti tres dies, in quibus quaesitus est  
puer Iesus, designant tria tempora, conformiter ad triplicem  
legem, scilicet, naturalem, scriptam, & gratiæ. Prima igitur  
dies fuit tempus legis naturalis. In hac autem die quaere-  
runt Christum Patriarchæ, sed non inueniunt ipsam, nisi  
multum obscure, uidelicet, sub figuris. Secunda dies fuit  
tempus legis scriptæ. Et in hac die quaesierunt, ipsam proph-  
etæ, sed eum non inueniunt propter temporis aubilitate,  
rem, & tenebrositatem. De primo in psal. Nubes, & caligo in  
circuitu eius. De secundo in eodem psal. Tenebrosa aqua in

nubibus

nubibus aeris. Tertia dies fuit tempus legis gratiæ, & tunc  
quaesitus est à gentilibus, & inuentus est ab eis per fidem, &  
hoc quo ad illos, qui ex illis crediderunt, quorum primitiæ  
fuerunt reges orientales, de quibus legitur. Matth. 2. quòd  
intrañtes domum inueniunt puerum cum Maria matre ei-  
us. Item tunc quaesitus est à Iudeis, & inueniunt eum ab eis,  
qui similiter crediderunt in ipsum. Quorum primitiæ fue-  
runt pastores, de quibus legitur. Lucæ. 2. quòd uenerunt fe-  
stiuantes, scilicet, post angelicam apparitionem, & inueni-  
unt Mariam, Ioseph, & infantem positum in præsepio.  
Nunc autem quaeritur à uiris doctis, & catholicis, & inueni-  
tur ab eis in sancto euangelio. Ibi enim eum inuenit Au-  
gustinus. Simples autem ipsum inueniunt in sermone do-  
mini.

ALLEGORICE Christus fuit quasi amissus post passio-  
nem suam, per mortem eo, quòd recessit ab Apostolis: se-  
cundum præsentiam corporalem. Post modum fuit quaesi-  
tum tum ab eisdem Apostolis, sicut patet Iohan. 20. ubi fig-  
nificatio de Iohanne, & Petro currentibus ad sepulchrum  
tum à mulieribus, & signatur à Maria Magdalena, sicut pa-  
tet ubi supra. Tandem autem die tertio inuentus est, scilicet,  
in die sancto Paschæ. Nam tunc ipsum inuenit, Maria  
Magdalena in orto. Io. 20. Item duo Discipuli euntes in  
Emmaus. Lucæ. 24. Item 10. discipuli absente Thoma. Io. 20.  
Item Petrus Luc. 24. Surrexit dominus uerè, & apparuit Si-  
moni. Patet ergo de tempore inuentionis pueri Iesu.

SECUNDÒ circa dictam inuentionem pueri Iesu can-  
gitur locus, quia in templo, supp. inueniunt eum paren-  
tes eius. Non ergo inueniunt eum in templo, non in foro,  
non in ludo, sicut solent pueri inueniri, sed in loco oratio-  
nis, & sacræ doctrinæ deputato, scilicet, in templo. psal. Do-  
minus in templo sancto suo, sup. reperitur.

MORALITER. Notandum, quòd tria genera homi-  
num inueniunt Christum in tribus locis. Primo enim pasto-  
res inueniunt eum in præsepio. Lucæ. 2. Inuenietis infantem  
in pannis inuolutum positum in præsepio. Secundo, magi  
inueniunt eum in domo. Matth. 2. Intrañtes domum inue-  
nerunt puerum cum Maria matre eius. Tertio parentes inue-  
nerunt eum, hodie in templo, ut hic dicitur. Et per hoc

denotatur, quod spiritaliter inuenitur à tribus generibus hominum. Primò enim per pastores intelliguntur ueri pastores, qui custodiunt uigilias noctis supra gregem suum. Itè, qui pascunt gregem suum pabulo sacrae doctrinae, exemplo bonae uitae, & interdum occurrente opportunitate, cibo corporalis substantiae. Secundò per reges intelliguntur illi, qui sciunt se ipsos debite regere, & dominari suis passionibus, quod maxime uirtutis est indicium. Tertio per patres intelliguntur ueri prouidentes, qui cum dolore peccatorum suorum prouident sanctae operationis, & meritoriae actionis. Vel dic, quod per pastores intelliguntur ueri humiles, per reges diuites liberales ad pauperes, per parentes legitimo matrimonio debite uentus. Omnes enim tales inueniunt puerum Iesum in praesenti per gratiam, & in futuro per gloriam.

TERTIO circa dictam inuentionem pueri Iesu tangitur modus debitus, quia sedentem in medio doctorum, inueniunt eum parentes eius. In praedictis autem tribus uerbis tria tanguntur in laudem huius pueri. Primum est, mentis tranquillitas, quia sedentem. Quiescendo enim fit anima prudens, & tranquilla. Vel dic, quod per scissionem Christi intelligitur humilitas, sicut de Magdalena dicitur. Luc. 10. quod sedebat secus pedes domini. Secundum est loci congruitas, quia in medio, in medio. n. consistit uirtus, ut dicitur 2. Ethicorum. Cum ergo Christus, sit ipse fons totius uirtutis, congruè dicitur, quod parentes eius inueniunt ipsam in medio. Practica, quomodo Christus semper elegit medium, ex quo factus est homo, nostrae salutis causa. Primò nempe conceptus est in equinoctio, quod est quasi medium dierum, & noctium. Vnde Luc. 1. dicitur, quod in mense sexto missus est Angelus, &c. Secundò natus est in noctis medio. Sap. 18. Dum medium silentium tenerent omnia, omnipotens sermo tuus domine à regalibus sedibus uenit. Tertio positus est in diuer forio, quod est platea in medio duarum domorum. Luc. 2. Quando reclinatur in praesepio in medio duorum animalium, & tunc eos cognouit possessorem suum, & asinus praesepio domini sui, habetur Esai. 7. Quarto inueniuntur in medio doctorum in templo, ut hic dicitur. Sextò crucifixus est, in medio duorum latronum. Iohan. 19. Me-

dium autem Iesum. Septimò, passus est in medio terrae habitabilis. psal. Operatus est salutem in medio terrae. Octauò post resurrectionem stetit in medio discipulorum suorum, dicens eis. Pax uobis. Lucae. 24. Nec mirum, quia ipse est media personarum diuinarum. Est enim à patre, & spiritu sanctus ab eo. Insuper ipse est mediator Dei, & hominum, ut dicitur. 1. Timo. 2. Patet ergo, de loci congruitate quo ad inuentionem pueri Iesu. Tertium, quod tangitur, ubi supra dicitur sapientiae sublimitas, quia in medio doctorum. Sedebat quidem in medio corum, non ut ab eis instrueretur, scilicet potius, ut eos instrueret, maxime cum in eo sint positi omnes thesauri sapientiae, & scientiae Dei, ut habetur Coloss. 2. Exemplo ergo illius debemus nos coniungere uiris doctis, quantum possumus. Sic enim consultat sapiens. Eccl. 6. dicens. In multitudine presbyterorum prudentium sta, & sapientiae illorum ex corde coniungere.

QUARTO circa dictam inuentionem, pueri Iesu tangitur gloriosus fructus: Non enim ociose stabat in medio doctorum, sed illos audiebat, & interrogabat, ut dicit Euangelista. Egredere enim conformiter ad dictum sapientis. Eccl. 1. Priusquam audias, ne respondeas uerbum, & in medio seniorum ne adicias loqui, nisi, supple, primum eos audieris, quia ut habetur Proverbia. 18. Qui prius respondet, quam audiat, stultum se esse demonstrat. Puer ergo Christus, quasi exemplar humilitatis prius audiat, quam instruat, ne paruuli à senioribus doceri erubescant, ut dicit Beda in glo. ordina. Stupebant autem omnes, qui eum audiebant super prudentia, & responsis eius. ut dicit Euangelista. Ecce inquit glo. ordina. signum diuinitatis in Christo, quia alias inauditum fuerat, quod puer talis etatis tam sapienter loqueretur.

QUAERITUR de quibus interrogabat, puer Iesus doctores Iudeorum. Responso, de hoc nihil dicit Euangelista. Sic tamen credi potest, quod interrogabat eos de scripturis peninentibus ad aduentum messiae. Et cum diuersi diuersa dicerent, prudenter respondebat ostendens ex textu sacrae scripturae, puram ueritatem, utpote adducendo illum rexum Gen. 49. Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec &c. Item illud Esai. 7. Ecce uirgo conce-

piet, & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emmanuel, id est, nobiscum Deus. Item illud eiusdem Esa. 9. Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis. Item adducebat illum textu ex Daniele. 9. ca. de septuaginta hebdomadibus annorum, sup. quæ iam erant completæ, & huiusmodi. Meritè ergo poterat dicere huiusmodi doctoribus illud Iohan. 5. Scrutamini scripturas, quia uos putatis in ipsis uitam æternam habere, & illæ sunt, quæ testimoniū perhibent de me. Et tunc stupebat omnes, qui eum audiebant.

QVINTO circa huiusmodi inuentionem paruuli Iesu tangitur pia querela ex parte matris. Cum enim tandè post longam inquisitionem uenissent ad locum certaminis parentes eius, & eum inuenissent, uidentes admirati sunt super prudentia, & responsis illius, sicut & legis doctores, ut dictum est. Ad quem mater. Fili: quid fecisti nobis sic? ut scilicet à consortio nostro te absentares, & in tempore latitares? Pro quò notandum, quòd apud iudeos quies erat questio de ascensu in templum in die festo, nunc uiri seorsum à mulieribus introibant, & stabant, ac inde recedebant, ut dictum est. Pueri autem poterant passim cum patre, uel matre manere. Piè autem credendum est, quòd uirgo Maria filium suum dilectissimum, tanquàm immensum thesaurum penes se remanere uoluit. Cum ergo in templo esset, nec curiositati, aut uano aspectui uacaret, ut hodie multi faciunt, sed orationi, & contemplationi, utpote mente ad cælestia totaliter affixa, puer Iesus ea nõ percipiente absentauit se ab eius consortio. Cumq; illa ad se rediisset, nec puerum iuxta se uidisset, credidit, quòd ad Ioseph se contulisset. Tandem ipsis redeuntibus ad propria comperto, quòd puer cum neutro esset, mox ceperunt ipsum perquirere. Quæ cum in templo in medio doctorum inuenissent, dixit ei mater, Fili, quid fecisti nobis sic, te scilicet taliter occultè absentando à nobis. Ecce enim pater tuus, supple, putarius, & ego, dolentes querebamus te. Et nota, quòd uirgo Maria præsertim sibi Ioseph, & hoc ex humilitate, item in signum, quòd uxores quantumcumq; nobiles, aut uirtuose debent honorare viros suos considerantes, q; à principio Deus subiecit uxorem uiro, dicens. Sub uiri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Gen. 3.

MORALITER. Notandum, quòd per peccatum amittimus

tinus Dominum, iuxta illud Esa. 59. Iniquitates uestre diuiserunt inter uos, & Deum uestrum, & peccata uestra absconderunt faciem eius à uobis. Practica, quam damnosa sit huiusmodi amissio. At uero ipsum inueniemus, si cum dolore de peccatis cõmissis eum queramus. In cuius rei signum dixit mater pietatis ad filium inuentum: Ecce pater tuus, & ego dolentes querebamus te. Sic enim ipsum questiuit Magdarena, & inuenit in domo Simonis leprosi. Luc. 7. Sic Dauid, sic Ezechias, sic Petrus, sic penè infiniti peccatores, & peccatrices questierunt Dominum, & inuenierunt. Sic & nos agamus, & proculdubio eum inueniemus. Sic enim promisit. Matt. 7) dicens. Qui querit, inuenit.

Sexto circa sepe dictam inuentionem paruuli Iesu tangitur excusatio digna ex parte ipsius, cum ait. Quid est, quòd me querebatis? Nesciebatis, quia in his, quæ patris mei sunt, oportet me esse? Ac si apertè diceret: Quæcumq; scripta sunt in lege, prophetis, & Psalmis, reuelata sunt à patre meo. Et quia obscura sunt, iuxta illud Psal. Tenebrosa aqua in nubibus acris, id est, aqua doctrinæ ualde obscura est in prophetis, & quia nullus melius, & apertius potest interpretari, seu exponere obscuritatè legis, & prophetarum, quam ego, qui sum filius Dei patris, ideo in ijs, quæ patris mei sunt, oportet me esse, scilicet in scripturis sacris exponendis. Non ergo absque causa absentauit me triduo à uobis, ò quam rationalis est hæc excusatio paruuli Iesu erga parentes.

MORALITER per Christum se absentantè corporaliter à parentibus designatur bonus, & deuotus iuuenis, qui ex speciali deuotione absentat se à parentibus suis per ingressum sanctæ religionis. Super quò dolentes ipsi parentes carnales, & qui nõ sapiunt, quæ Dei sunt, sed tantum carnalia, requirunt ipsum, id est, pluribus modis, & per uarias personas sollicitant eum, ut redeat ad seculum, & quòd æquè bene poterit saluari in seculo, sicut in religione. Item, q; providebunt sibi de pulchra sponâ, de qua poterit procreare pulchras proles, & quæ afferet sibi multa bona, & huiusmodi. Quia igitur parentes sunt carnis, & nõ spiritus, ea quæ sunt carnis, & mundi querunt filijs suis, & non quæ Dei sunt, & quæ ad salutem pertinent. Propterea Matt. 10. dicitur. Impium & hominis domestici eius. Sed profecto, ut dicit Ambro. de fuga

fuga seculi, & recitatur. 1. 2. quest. 1. cui portio. Cui portio  
Deus est, nihil debet curare nisi Deum, ne alterius impedia-  
tur necessitatis, idest, sollicitudinis munere. Et post pauca.  
Hæc est, inquit, vera sacerdotis fuga, abdicatio domesticorum,  
& quædam alienatio charissimorum, ut suis se abneget, qui  
seruire Deo elegerit. Hæc ille. Quid ergo debet talis filius  
respondere parentibus? Profecto debet illis cum Christo dicitur.  
In ijs, quæ patris mei celestis sunt, oportet me esse, idest,  
exerceri in operibus spiritualibus sanctæ religionis, ad quam  
me uocauit. Et est circa hoc considerandum, quod Christus  
per hoc, quod in ætate. 12. annorum subtraxit se à parentibus,  
dedit quodammodo intelligere, quod circa illam ætatem, quæ  
anni pubertatis dicitur, possunt filij, & filie subtrahere se à  
cura, & domo parentum, & religionem intrare etiam inuitis  
parentibus. Puella quidem in duodecimo anno, filius uero  
in quartodecimo, iuxta illud Threno. 3. Bonū erit uiro cum  
portauerit iugum Domini ab adolescentia sua.

SEPTIMO circa dictam inuentionem paruuli Iesu tangitur  
ubi supra humilitatio profunda, cum dicitur: Descendit  
cum eis, & uenit Nazareth, & erat subditus illis, Quis?  
Deus. Quibus? hominibus. O maximum humilitatis exem-  
plum. O grande mysterium, & ineffabile sacramentum, ut  
Dominus gloriæ subdatur mortali creaturæ.

MORALITER. Exemplo Christi debent omnes parati  
esse ad humilitatem, & obedientiam. Primò quidem omnes  
debent subdi Deo. Psal. Subditus esto Domino, & ora cum.  
Item. 2. Mach. 9. Iustum est subditū esse Deo, & mortale non  
paria Deo sentire. Secundò inferiores debent subdi prælati,  
aë principibus suis. Vnde ad Ro. 13. Omnis anima, idest, om-  
nis homo, potestati sublimioribus subdita sit, scilicet, in  
bonum, non autē in malum. Tu enim magis obediendum  
est Deo malū prohibenti, quam hominibus cuiuscumq; aucto-  
ritatis ipsum malū præcipientibus. Tertio mulieres debent  
subdi uiris suis. Sic. n. præcipit Apo. ad Col. 3. dicens, Mulie-  
res subdite estote uiris uestris, sicut oportet in Dño. Idē etiā  
dicitur. 1. Pet. 3. Debent tñ uiri modeste imperare uxoribus  
suis, & nō tanq̄ ancillis. Vnde Apost. post præallegata uerba  
subdit dicit. Viri diligite uxores uestras, & nolite amari esse  
ad illas. Super quo dicit glō. h. per hoc Apo. emollit rigorem  
dominij,

dominij, ut scilicet potestate, qua quis præualer in dominatu  
uxoris, non nimis seuerè utatur. Quarto filij, & filie debent  
subdi parentibus suis, iuxta illud Apostolici uerbū ad col. 3.  
Filij obedite parentibus uestris, per omnia. Vnde dominus  
Deut. 21. mandat filium lapidibus obruendū, qui parentibus  
subdit noluerit. Quinto serui debent esse subditi dominis  
suis, iuxta illud ad Tit. 2. Hortare seruos dominis suis subdi  
tos esse, in omnibus placentes, nō cōtradictentes, nō fraudan-  
tes, sed in omnibus fidem bonā ostendentes. Item. 1. Petri. 2.  
Serui subditi estote in omni timore dominis uestris. Sexto  
iuuenes debent subdi senibus, subiectione honoris, & reue-  
rentiæ. Sic enim præcipitur. 1. Pet. 5. Adolescentes subditi es-  
tote senioribus. Et Leuitici. 19. Coram cano capite confur-  
ge, & honora personam senis.

OCTAVO circa dictam inuentionem paruuli Christi  
tangitur prudentia materna, cum subditur, Mater eius con-  
seruabat omnia uerba hæc in corde suo. Hoc autem fecit,  
secundum glō. ordi. ut cum tempus prædicandæ, siue scri-  
bendæ incarnationis adueniret, ipsa sufficienter uniuersa,  
prout essent gesta, posset explicare quærentibus. Retinebat  
ergo memoriter, quia conseruabat, generaliter, quia om-  
nia, ardentè, quia uerba. Et per hoc docemur, memoriter,  
generaliter, & ardentè retinere uerbum Dei, etiam nobis  
proponitur, quod tamen pauci faciunt.

NONO circa sepe dictā inuentionem paruuli Iesu tangitur  
profectus triformis, idest, profectus triplex, cum subditur.  
Et Iesus proficiebat sapientia. Ecce primum. Et ætate,  
ecce secundum. Et gratia apud Deum, & homines. Ecce ter-  
tium. Sed quomodo intelligitur iste Christi profectus? Et  
quidem de profectu ætatis nullus dubitat, quin Christus suc-  
cessu temporis suscepit incrementum corporis. Sed de  
profectu sapientiæ, & gratiæ difficultas non modica est, ma-  
ximè, cum ab instanti suæ conceptionis habuerit summam,  
& perfectam sapientiam, & similiter summam gratiam pos-  
sibilem communicari puræ creaturæ, ita, ut dicatur, quod  
dammodo fuisse in infinita, non quidem simpliciter, sed secun-  
dum quid, scilicet in ratione gratiæ. Responsio. Referri. Ilo-  
qui de profectu paruuli Iesu, quo ad sapientiam, & quo ad  
sapientiam, inuenitur in eo fuisse quadruplex sapientia, si-



ne scientia. Prima increata, in eo, quod Deus, & secundum hanc, non profecit. Secunda creata, sed infusa in conceptio ne sua, & similiter secundum hanc non profecit, quinimo erat equè sapiens in etate puerili, sicut in etate uirili. Tertia similiter creata, sed beatifica, seu in uerbo, quam etiam habuit ab instanti, conceptionis suæ, secundum illud Psal. Beatus homo, quem tu elegisti, & assumpsisti. Ac si aperiret diceret, quod anima Christi simul fuit beata secundum portionem superiorem, & assumpta. Et similiter, quantum ad hanc sapientiam, siue scientiam non profecit Christus. Quarta scientia, dicitur experimentalis, & acquisita à rebus per operationem intellectus agentis. Et secundum hanc scientiam profecit, puer Christus secundum beatum Tho. 3. par. q. 10. Vel dic, secundum gl. ord. quod puer Christus proficiebat sapientia, non quidem secundum rem, sed secundum manifestationem, eo quod sapientiam, qua in instanti conceptionis suæ plenus erat, alijs ex tempore manifestabat, & publicabat. Vel dic, quod proficiebat sapientia, non quidè sibi, ita scilicet, quod esset aliquando sapientior, quam prius, sed alijs quos docebat. Da exemplam de magistro, qui tunc dicitur proficere, quando discipuli proficiunt sub eo. Ecce quando puer Christus proficiebat etate, & sapientia. De profectu autem gratiæ in eo, non est intelligendum, quod profecerit in gratia secundum rem, sed tantum secundum manifestationem, scilicet pandendo donum gratiæ, quod habebat, apud Deum, & homines, idest, ad laudem, & honorem, Dei, & ad hominum utilitatem. Super igitur, ut ipsi sumus deprececur quatenus det nobis taliter secundum rem proficere in gratia in præsentia, ut tandem ad cœlestem peruenire possimus gloriam. Quæ nobis concedat ipse, qui in tri. &c.

In Octaua Epiphania, eo quod aliquando occurrit in die Dominico. Sermo primus de Epistola.



HAURIETIS aquas, in gaudio de fontibus saluatoris. Esa. 12. Quia enim octaua regum interduum occurrit in die Dominico, & tunc præmittitur missa dominicalis, quæ legitur super hebdomadam octauarum regum, quæ quidem

dem octaua regum ob reuerentiam sacri baptismatis domini nostri Iesu Christi habet specialem missam, & præcipuè specialem epistolam, pariter & euangelium, in quibus fit mentio de ipso baptisate, ideo decreui pro mea paruiter aliquid de utroque dicere. Verum Ecclesia, ex diuersis, & uarijs passibus sacre scripturæ ueteris testamenti, coadunauit in unum textum hodiernæ epistolæ, ita ut uix duæ propositiones eiusdem epistolæ, simul iuncte reperiri possint, siue apud Esaiam, siue apud quemcumque alium prophetam, præter finem eiusdem epistolæ, quinimo propositiones, insertæ in dicta epistola nix sub eiusdem uocabulis reperiantur alibi scriptæ præter illam, quæ sumitur ex Esa. 12. c. Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris, usque ibi. Annuncia te hoc in uniuersa terra. Ideo præcisè decreui in præsentia sermone exponere prædicta uerba, in quibus tria specialiter tanguntur de sacramento baptismi, quæ sunt.

Primitiæ originationis.

Gratiarum actionis.

Generalis promulgationis.

PRIMÒ igitur in prædictis uerbis fit mentio de primitiæ originatione sacramenti baptismi, cum dicitur, haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. Vbi per fontes saluatoris, intelliguntur plagæ corporis Christi, ex quibus tanquam ex fontibus fluxerunt aquæ baptismales quantum ad uirtutem. Nam, ut dicit beatus Tho. 3. parte. q. 62. art. 1. Omnia sacramenta nouæ legis habuerunt uirtutem, & efficaciam à passione Christi, in qua ipse iniuitur ritum Christianæ Religionis, offerens seipsum oblationem, & hostiam: Deo patri, ut haberet ad Ephe. 5. Dicit etiam gl. ord. super illo uerbo Apostoli ad Ro. 5. In similitudinem præparationis Adæ, quod ex latere Christi dormientis fluxerunt sacramenta, per quæ saluata est ecclesia. In cuius designatione de dicto latere Christi pendentes in cruce fluxerunt aqua, & sanguis, quorum unum pertinet ad baptismum, aliud ad iudicium charitatis, quæ sunt potissima ecclesie sacramenta. Primum maxime necessitatis, secundum maxime dignitatis. Sed qualiter hauriendæ sunt prædictæ aquæ de fontibus saluatoris? Certè cum gaudio, tum propter remissionem culpe, quod est generale omni sacramento ritæ suscepto. Tum propter

commu-

mutacionē pœnæ æternę in temporalem, sicut fit in sacramento pœnitentię. Vel propter totius pœnæ abolitionem, quod fit specialiter in susceptione sacramenti baptismi. Tum propter ianuę regni cęlestis apertionē, quod etiā fit in collatione dicti sacramenti. In cuius rei signum, Christo baptizato aperti sunt cęli. Lucę. 3.

**MORALITER**: per aquas in proposito possunt rectę intelligi sacre scripturę, & salutares doctrinę. Per fontes autem Saluatoris intelliguntur Euangelistę, & Apostoli, qui scripserunt, & similiter sacri doctores Ecclesię. Est ergo sensus. Vos fideles haurietis aquas sacre doctrinę: ( aquas salire facientes in uitam æternam, ut habetur Iohan. 4. de quibus Esa. 55. Omnes sitientes uenite ad aquas) de fontibus Saluatoris, idest Apostolis, & alijs sanctis doctoribus. Et hi pręfigurati sunt per duodecim fontes, qui erāt in Helim. Exo. 15. Non autę dicit scriptura de fluminibus Babilonis, idest, de sapientibus huius mundi, de quibus. 1. ad Cor. 1. Perdam sapientiam sapientium, & prudentiā prudentium reprobabo. Hier. 2. Quid tibi uis in uia Aegypti? ut bibas aquas turbidas? & quid tibi in uia Assyriorū? ut bibas aquas fluminis? Item ibidem: Duo mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontem aquę uiuę, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quę continere non ualent aquas, sup. puras, & mundas, sed tantum continent aquas turbidas, & immundas. Et hoc maxime habet uerum de scientijs mundanis Philosophorum, & Poetarum, atque Legistarum. Secus autem de sacris scientijs, quę cum gaudio hauriuntur, & bibuntur, ita ut bibentes ex illis, iterum pręcarum dulcedine de ipsis bibere cupiant. Vnde sacra scriptura de pię affectus ad eam dicit Ecclę. 24. Qui bibunt me; adhuc sitient.

**MORALITER** etiam notandum, quodd de fontibus Saluatoris quidam hauriunt aquam compunctionis, alij uinum deuotionis; alij sanguinem compassionis.

**PRIMÒ** nempe de fontibus Saluatoris nonnulli hauriunt aquam compunctionis, ut sunt ueri penitentes. Cum enim quis considerat, qualiter Christum. habet caput in cruce inclinatam ad osculandum, cor apertum ad diligendum, brachia extensa ad amplexandū; manus apertas ad largiendum, ex hoc prouocatur ad compunctionē, & ad lachrymarum

um effusionem pro peccatis suis. In cuius rei signum legitur Luc. 24. quodd Christo passo multi uidentes signa, quę fiebant: percutientes pectora sua reuertebantur. Ecce aqua compunctionis, quę hauritur de fontibus Saluatoris. Sed quoniam eam non possunt haurire ex propria uirtute, ideo debemus rogare Dominum, ut illam nobis det, dicentes cum muliere Samaritana: Domine, da mihi hęc aquam. Iohan. 4. Nam ut dicitur Iaco. 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens a patre, lumine.

**SECUNDÒ** de fontibus Saluatoris nonnulli hauriunt uinum deuotionis, ut sunt ueri contemplatiui, qui inebriantur predicto uino adeo uehementer, ut interdū extra se esse uideantur. Vnde sponsus Christus sponfam suam animā deuotam inuitat Canti. 2. dicens: Surge, propra amica mea, speciosa mea, columba mea, & ueni in foraminibus petre, idest, in fide uulnerum pedum, & manuum Christi, ut dicit interli. Vnde in Psalm. Illic, scilicet, in predictis foraminibus petre Christi, passer, idest, ueri contemplatiui, nidificabunt, scilicet, per iugem memorię, & deuotionem. Nonne bene in dictis foraminibus petre nidificauerat ille passer Augustinus? qui dicebat in suo manuali: Cura, inquit, me pulsāt aliqua turpis cogitatio, recurro ad uulnera Christi. Dum diabolus parat mihi insidias, fugio, ad uiscera misericordię Domini mei, & recedit a me. Si ardor libidinis moueat membra mea, recordatione uulnerum Domini mei Iesu Christi extinguitur. In omnibus aduersitatibus meis non inueni tam efficacem remedium, quàm uulnera Christi. In illis dormio securus, & requiesco intrepidus. Hac ille. Quemadmodū ergo mustella occisa gallina delectatur hauriendo sanguinē ipsius, & similiter carnis, quo ad prędam occisam, ita in proposito, &c.

**TERTIÒ** de fontibus Saluatoris nonnulli hauriunt sanguinem compassionis. Et talis erat Apostolus, qui dicebat ad Gala. 6. Ego stigmata Domini Iesu in corpore meo porto, supple, per compassionem. Item idem ibidem, 2. ca. Christo, inquit, confixus sum cruci. Nota de beato Francisco, Item de beata Catharina Senensis. De hac etiam compassione loquens August. ad fratres in eremo serm. 32. qui intutatur ad leprosos, inquit: Totus ille nobis figuratur in corde, qui pro nobis totus fixus est in cruce. Et Paulus ad Heb. 12.

Recogitare,

Recogitate, inquit, eum qui talem sustulit, &c. Quantum autem profuit haurire sanguinem compassionis de fontibus Saluatoris, sequens docet historia Refert enim Lodolphus in libro, qui Vita Christi intitularur, de quadam muliere deuotissima ad Christi passionem, & quæ uix poterat de illa cogitare absque lachrymarum, & singultuum effusione, quod semel Christus illi apparens dixit hoc sacrificium sibi acceptissimum, addens quod quicunque lachrymas fuderit in recordationem, & rememorationem suæ passionis, uult illas suscipere tanquam si pro eo mortem passus fuisset. O' certè magnum uerbū, & admiratione dignum. O' quam libenter igitur debemus haurire sanguinem compassionis de fontibus, deest, de plagis, & uulneribus Saluatoris nostri Iesu Christi. Et sic patet de primo principali.

**S E C U N D O** principaliter in uerbis prædictis fit mentio de gratiarum actione de tanto beneficio, cum subditur: Et dicetis in illa die, scilicet hausta triplici aqua prædicta de fontibus Saluatoris: Confitemini Domino, scilicet confessione laudis, & gratiarum actionis de institutione, & provisione tanti sacramenti, quale est sacramentum baptismi.

**P R O** quo notandum, quod debemus ualde regratiari omnipotenti Deo de institutione tanti sacramenti, & signanter propter tres rationes, quæ sunt.

Necessitatis. Facilitatis. Virtuositatis.

**P R I M O** igitur debemus regratiari Deo de institutione tanti sacramenti ratione necessitatis. Nam inter omnia sacramenta Ecclesie istud est maxime necessitatis, adeo ut dicat Christus Iohani. 3. Nisi quis natus fuerit denuo, non potest uidere regnum Dei. Item ibidem. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto non potest introire in regnum Dei: Super quo dicit glos. ordi. quod necessarium est uisibile sacramentum aque ad ablationem uisibilis corporis, sicut est necessaria doctrina uisibilis fidei ad sanctificationem anime inuisibilis. Item August. libro de baptismo paruulorum, & recitatur de consec. distin. 4. cap. nulla præter. dicit, quod nulla infantibus præter baptismum salus promittitur, quia infantes si per sacramentum, quod ad hoc est diuinitus institutum, in credentium numerum non transeunt, in tenebris manent. Hæc ille. Quemadmodum

ergo

ergo olim clamabat Dominus dicens: Masculus, cuius caro præputij circumcisa non fuerit, peribit anima illa de populo meo. Gene. 17. Ita etiam modò clamat dicens: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, &c. Patet ergo, quàm necessarium est sacramentum baptismi, aliter tamen, & aliter paruulis, & adultis. Nam actualis illius susceptio est necessaria paruulis, adultis autem sufficit in necessitate habere baptismum in uoto. Quod ergo uadunt paruuli decedentes absque baptismo? Profectò ad limbum, qui est locus communis omnibus paruulis non baptizatis, siue sint filij Christianorum, siue Iudæorum, siue Paganorum. Quod etiam uadunt adulti non baptizati, nec re, nec uoto? Certè ad mille demones in infernum. Et horum maximus est numerus. Nos ergo Christiani debemus multum regratiari omnipotenti Deo, qui fecit nos participes tam necessarii sacramenti.

**S E C U N D O** debemus regratiari Deo de institutione tanti sacramenti ratione facilitatis. Sunt enim aliqua sacramenta, quæ non est semper facile suscipere, siue propter raritatem materiæ, sicut patet de sacramento extremæ unctionis. Non enim semper occurrit materia dicti sacramenti in omni loco. Secus autem de materia huius sacramenti, quæ est aqua, quæ ubique facile potest reperiri. Siue etiam propter raritatem ministri, sicut patet de sacramento ordinis, aut confirmationis, quorum minister est Episcopus, cuius presentia non potest ubique facile haberi. Secus uerò de hoc sacramento, cuius minister ordinarius est sacerdos, ut notatur. 93. dist. Diacones. Item de consec. dist. 4. constat. In casu tamen extremæ necessitatis Laicus baptizare potest, siue uir, aut uxor, pater, aut mater, ut notatur de consec. distin. 4. in necessitate. Quinimo infidelis, aut hereticus in extrema necessitate baptizare potest, dummodo intendat conferre, quod Ecclesia intendit, & utatur debita forma, & materia, quia ut habetur extra de summa Trini. ca. firmiter. baptismus est uerus, & quocunq; conferatur in forma Ecclesie. Idem habetur de consec. dist. 4. à quodam. Insuper sunt aliqua sacramenta, quorū forma rudi intellectu nõ facile retinetur, ita ut pleròq; ministris illorum oporteat uertere oculos ad librū, sicut patet de sacramento extremæ unctionis.

Ser. Do. G. Pep. Pars Hiera.

L

Secus

Secus autem de forma huius sacramenti, quæ talis est. Ego te baptizo in nomine patris, & filii, & spiritus sancti. Nam huiusmodi, forma in quacunq; lingua, siue idiome profertur, facile retinetur. Merito ergo dominus noster Christus potest de hoc sacramento dicere illud. Matth. 11. Iugum meum, leue est, & onus meum leue. Et ideo debemus illi gratias referre de collatione tam facili sacramenti.

**TERTIO** debemus gratiari domino de institutione dicti sacramenti baptismi ratione uirtuositatis. Præcellentim omnia sacramenta ecclesie in uirtute, tum primò quia potest, & debet conferri paruulis, etiam mox natis propter periculum mortis, non autem cætera sacramenta, sed expectandus est usus rationis in suscipiente. Tum secundo, quia potest dari adultis, dormientibus, aut amentibus, dum modo in uigilia, aut cum erant rationis capaces, ipsum petierunt deuotè. Tum tertio, quia est ianua ceterorum sacramentorum, ut notatur de conf. di. 4. cum itaque in si. Potest enim suscipi sine alijs sacramentis, non autem alia sine eo. Vnde. 1. q. 1. si quis per ignorantiam, dicitur, q; si presbyter ordinatus deprehenderit se non esse baptizatum, debet baptizari, & postmodum ordinari. Ex quo patet, quòd in tali casu presbyter non erat uerus presbyter, ex quo præcipitur percepto sacro baptismate ordinari, maximè cum ipsum sacramentum ordinis, non reiteretur. Tum quarto, quia per ipsum originale, mortale, & ueniale peccatum remittitur in adulto, ut patet de conf. di. 4. regenerante. Item, c. sine penitentiâ. Vnde eadem di. c. nec quemquam, in si. dicitur, quòd Pharaon in aqua submersus designat, quòd Diabolus omnes uires amittit in aqua baptismatis. Nota tamè quòd pœna in foro exteriori debita, non remittitur per hoc sacramentum. Nam latro, aut homicida, si baptizetur, postea puniri potest per iudicem secularem. Tum quintò, quia sine hoc sacramento nullus saluari potest iuxta illud Christi, uerbum Iohan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, &c. Secus autem de alijs sacramentis. Nam absque illis paruuli baptizati saluantur. Adultis etiam in casu necessitatis sufficit, habere per confessionem in uoto; & hoc si sentiunt, se esse in mortali. Quod si non, tunc non tenentur ad hoc. Ecce ergo, quàm uirtuosum est ipsum baptismi sacramentum.

Et

Et sic patet, de secundo principali.

**TERTIO** principaliter in uerbis prædictis præsentis epistolæ fit mentio de generali promulgatione huius sacramenti, cum subditur. Annunciate, hoc, sup. sacramentum in uniuersa terra. Hoc autem tum factò, & opere adimpletum est, quando Christus post suam resurrectionem præcepit Apostolis dicens illud Mat. ult. Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris, & filij. Quo audito, & spiritu sancto misso dicti Apostoli profecti prædicauerunt ubique, ut habetur Marc. ult. Sed quid illi prædicauerunt? Certè prædicauerunt euangelium omni creaturæ, scilicet, rationali, quandoquidem in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. In euangelio, autem fit mentio de baptismo suscipiendo, ut prius allegatum est ex euangelio Matth. De promulgatione etiam huius sacramenti, præcipiènto ad Iudeos, habes Actum. 2. ubi Petrus respondens Iudeis dicentibus, & interrogantibus. Quid faciemus uiri fratres? ait. Baptizetur unusquisq; uestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum uestrorum. Similiter de promulgatione eiusdem sacramenti, quo ad gentiles in speciali, habes Act. 10. ubi legitur, quòd, cum ipse Petrus prædicaret gentilibus, & uideret eos intentos uerbo prædicationis illius, ait. Nunquid aquam prohibere quis potest, ut non baptizentur hi, qui spiritum sanctum acceperunt, sicut, & nos? Et iussit eos baptizari in nomine domini nostri Iesu Christi, qui cum patre, & spiritu sancto uiuit, & regnat. Amen.

*In Octa. Epiph. Sermo Secundus de Euangelio.*



**VENIT** Iesus à Galilea, in Iordanem ad Iohannem, ut &c. Mat. 3. Pro introductione præsentis sermonis mouetur questio talis. Vtrum Christus conuenienter instituerit sacramentum baptismi in aqua elementari? Hanc questionem, mouet in uirtute, beatus Tho. 3. parte. q. 66. art. 3. ubi quærit, utrum aqua sit propria materia baptismi. Ad quam respondetur, quòd sic, & hoc propter sex proprietas

rates ipsius aque, per quas designantur proprietates, & conditiones huius sacramenti.

PRIMÒ enim aqua est purgatiua sordium corporaliũ, sic & baptismus purgat sordes spirituales anime, id est, omnia peccata, tam actualia, quàm originale, etiam quo ad culpam, & pœnam, ut dictum est, in præcedenti sermone. Non sic autem purgant animam alia sacramenta. Vnde uideretur dominus loqui de hoc sacramento populo ipsum recipienti. Ezech. 36. cum ait. Effundam super uos aquam mundam, & mundabimini ab omni iniquitate uestra.

SECUNDÒ aqua est refrigeratiua contra calorem. Sic, & baptismus est refrigeratiuus, aut saltem diminutiuus formicis concupiscentiæ, id est, inclinationis ad malum, in tantum, quòd cæteris paribus baptizatus minus inclinatur ad malum, quàm non baptizatus. Non tamen totaliter tollit baptismus dictum fomitem, sed remanet ad exercitium uirtutis, & ad humiliationem hominis, sed debilitat, ut non do minetur.

TERTIÒ aqua est corpus diaphanum, id est, transparent, ita ut sit susceptiua luminis. Sic & baptismus confert lumen fidei, unde appellatur sacramentum fidei. Et baptizandus cum petit baptizari, aut alius pro eo, si fuerit paruulus, fidem petit. Vel dic, aqua baptismalis, est ad hunc sensum transparent, quia corpus tangit, & cor abluit, ut dicit. Aug. hom. 70. & similiter recitatur in decretis. l. q. 1. detrahit.

QUARTÒ aqua est fecundatiua. Nam per irrigationem illius terra affert fructum, iuxta illud Iaco. 5. Cælum dedit pluiam, & terra dedit fructum suum. Sic, & baptismus est maximæ fecunditatis, ad bona, & meritoria opera. Nam sicut terra efficitur sterilis, per nimium defectum aque, sicut patet. 3. Reg. 17. quando clausum fuit cælum annis tribus, & mensibus sex, ut non plueret super terram, fecundatur autem per aquam de cælo cadentem, ita & humana conscientia, quæ non irrigatur aqua baptismali, efficitur arida, & sterilis per defectum operum meritoriorum, sicut patet de infidelibus. Redditur autem fecunda per gratiam baptismalem.

QUINTÒ aqua est animalium suffocatiua, sicut patuit expressè in diluuiò, ubi omnia animalia terræ, & aues cæli suffocata sunt ab aquis, præter illa, quæ erant intra arcam. Gen. 7. Sic in baptismis omnia peccata suffocantur, ut dictum est. In cuius figuram legitur Exod. 14. quòd Pharaò cum omni exercitu suo suffocatus est in mari rubro, in tantum, quòd nec unus ex eis remansit. Per quod designatur efficacia sacramenti baptismi. secundum Apo. 1. ad Corin. 10. de conse. dist. 4. nequaquam.

SEXTO aqua est terræ mollificatiua, ita ut sit receptiua uariarum formarum, & imaginum. Sic per baptismum imprimitur character indelebilis, per quem baptizatus conformatur Christo. Propter has igitur rationes Christus conuenienter instituit sacramentum baptismi in aqua pura, & naturali. De quo quidem baptismò fit specialis mentio in hodierno euangeliò, in quo fit mentio de tribus uidelicet.

De Christi humiliatione.

De Iohannis admiratione.

De patris atestatione.

PRIMÒ igitur fit mentio de Christi humiliatione, cum dicitur in euangeliò. Venit Iesus à Galilea in Iordanem ad Iohannem, ut baptizaretur ab eo. Venit ergo Iesus, qui prius latuerat, à Galilea, id est, à Nazareth ciuitate Galileæ, in qua conceptus, & nutritus fuerat (unde, & Nazarenus appellabatur) in Iordanem. Conuenienter autem Christus uoluit baptizari in Iordane, eo quòd in ipso Iordane figura ipsius baptismi præcessit. Hoc autem fuit, quando populus Israel, præcedente Iosue, pertransiuit fluiuium Iordanis pede sicco, ut intraret terram promissionis. Iosue. 3. Per quod designatur, quòd quicumque uult intrare terram illam cœlestem lacte, & melle manentem, debet primùm transire per mediam fluiuii baptismi. Item de hoc alia figura legitur. 4. Reg. 2. uidelicet de Helia, qui diuisit aquas Iordanis, cum esset rapiendus in cœlum. Per quod designatur, quòd transeuntibus per aquam baptismi patet aditus in cœlum. Et nota, quòd Christus tunc erat annorum triginta, & dierum tredecim. Venit ergo ad Iohannem, ut baptizaretur ab eo, dominus à seruo, magister à discipulo, creator à creatura.

Et nota, secundum gl. ord. quod Christus uenit ad baptis-  
mum non necessitate ablutiois, sed ut nemo, quantumlibet  
sacerdos, gratiam baptismi superfluum, iudicaret.

**MORALITER.** Galilea, interpretatur transmigrationis,  
Iordanis uero descendus. Quicumque ergo uult baptizari  
baptismo penitentiae, habet primum transiungere ad uitias, &  
descendere per humilitatem. Vnde tali baptismo fuit baptizatus,  
ille publicanus, de quo legitur Lucæ 18. quod percutiebat  
pectus suam, & super in signum doloris pro peccatis, ecce trans-  
migrationis ad uitias, dicens. Deus propitius esto mihi peccatori.  
Ecce descensio, per humilitatem. Vade, & tu fac similiter.

**QUAERITUR,** quare Christus uoluit baptizari, maxi-  
me cum non haberet culpam ullam? Ad hoc responderet, quod  
propter multa. Primum quidem, ut aquas sanctificaret, ut scilicet  
amodo essent idonea materia baptismi. Nota tamen, quod non  
habent aquae sanctificationem spiritualem in se remanente,  
sed tantum cum applicatur actu, ut efficiantur materia  
baptismi. Hinc dicunt sacri doctores, quod Christus tactu  
sue mundissime carnis uim regeneratiuam contulit aquis.  
Secundò, ut humilitatis, exemplum nobis praeberet. Vnde  
cum Iohannes recusaret eum baptizare, ex humilitate dicens.  
Ego à te debeo baptizari, & tu uenis ad me? dixit illi.  
Sine modo, id est, permittite ita fieri. Sic enim decet nos  
implere omnem iustitiam, id est, consummatam, & perfectam  
simam humilitatem. Vnde ibi capitur iustitia, ut est omnis  
uirtus. Magna enim humilitas est se subicere perfectè suo  
superiori, maiori subicere se equali, omnis autem, siue maxima  
subicere se suo inferiori. Hoc autem fecit Christus suscipiendo  
baptismum à Iohanne. Tertio, ut quod alijs post modum  
praecepturus erat, in se primum susciperet. De eo enim  
legitur Act. 1. quod cepit primum facere, deinde docere.  
Ipse autem alijs legem dedit de baptismo suscipiendo, scilicet  
Iohann. 3. dicens. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu  
sancto, non potest intrare in regnum caelorum, iustum ergo  
erat, ut ipse primum susciperet hoc sacramentum. Vnde Ambr.  
super Lucam. Haec est, inquit, omnis iustitia, ut quod alteri  
iusseris, prius tu ipse pericias, & tuo alios hortens  
exemplo. Vnde extra de constitutioni. c. cum omnes. Patere  
legem, quam tu ipse tuleris. Et hoc est contra mul-

tos prelatos, qui multa dicunt, & imperant, quae tamen,  
non faciunt, quos reprehendit Christus Matth. 23. Et sic patet  
de primo principali.

**SECUNDò** principaliter in presenti euangelio fit mentio  
de Iohannis admiratione, cum subditur. Iohannes autem  
prohibebat eum, scilicet Christum, dicens. Igo à te debeo  
baptizari, & tu uenis ad me? Super quo gl. interl. humilitatem  
regis imitatur miles. Dicit ergo. Ego, qui ego, debeo à te, qui  
non ego, baptizari, & tu uenis ad me? Ego, inquam, qui terrenus  
sum, debeo à te, qui es totus caelestis, baptizari, id est, lauari,  
quia tu es, qui tollis peccata mundi. Io. 1. Cui cum respon-  
disset dominus dicens. Sine modo. Sic enim decet, & c. tunc  
dimisit eum, interl. id est, consensit, eum baptizare.

**QUAERITUR,** quomodo Iohannes, qui sanctificatus fue-  
rat in utero, ueraciter potuit dicere Christo. Ego à te debeo  
baptizari? Responderet ad hoc tripliciter. Primum quidem,  
quod Iohannes loquebatur in persona humani generis, quod  
debet baptizari à Christo, si uelit ad caelum peruenire. Et tunc  
est sensus, quod nullus in lege gratiae potest illuc peruenire,  
nisi uirtute baptismi. Secundò dicitur, quod et si Iohannes,  
non egeret baptismo propter remissionem originalis culpe,  
quae in utero matris illi remissa fuerat, ut dictum est, illo ta-  
men egebat, propter characteris impressionem. Item, ut imi-  
taretur magistrum suum Christum. Vnde uerisimile est quod  
postmodum fuerit baptizatus baptismo Christi, sicut & Apo-  
stoli, & maximè cum nonnulli doctores dicant sacramentum  
baptismi habuisse uim obligatiuam à tempore baptismi Christi.  
Tertio dicitur, quod et si originale peccatum esset Iohanni re-  
missum quo ad culpam, non tamen quo ad penam, quae est  
priuatio regni caelestis. Et ideo Iohannes baptismum indige-  
bat, ut illi referretur porta caeli, tempore, & loco.

**MORALITER.** Notandù iuxta illud Iohannis uerbum  
ad Christum. Ego à te debeo, & c. quod similiter potest dice-  
re sacerdos subditus, ad quem accedit superior suus confren-  
di gratia. Ego à te debeo baptizari, id est, à peccato per sacra-  
mentalem absolutionem mundari, & tu, qui es superior auctori-  
tate, & officio, uenis ad me? Cui potest superior respon-  
dere cum Christo. Sine modo. Sic enim decet nos implere  
iustitiam. Huiusmodi autem iustitia est, quod super-

rior etiam Papa ratione peccati debet se subdere in sacramentali confessione subdito suo, quem ipse elegerit. Qui quidem subditus quo ad hoc efficitur superior illius in foro conscientie. Et in hoc apparet, quam mirabiliter peccatum dei cit hominem, ita ut subijciat eum suo inferiori.

**TERTIO** principaliter, in presenti euangelio fit mentio de Dei patris afectione, cui dicitur. Et ecce aperti sunt tibi, fili Christe, celi. Nam, ut dicit dominus Hugo. Cardi. ad litteram, quidam fulgor resplescendit super Christum, dum baptizaretur, & durauit, quamdiu uox durauerit. Et ut dicit gl. interl. trinitatis presentia baptismum consecrauit. Nam ibi apparuit spiritus sanctus in specie colubæ, filius in assumpta humanitate, pater in uoce. Sequitur. Et uidit spiritum Dei descendentem, sicut colubam, & uenientem super se. Aliqui exponunt hæc clausula de Iohanne, qui, ut dicitur Io. 1. uidit spiritum descendentem, sicut columbã de celo, & mansit super eum, inquit Io. 1. super Christum. Sed melius exponitur de Christo, qui semper quod homo uidit spiritum Dei descendentem, quasi columbam, & uenientem super se. Sequitur. Et ecce uox de celis dicens. Hic, singulariter, est filius meus, consubstantialiter, dilectus æternaliter, in quo mihi complacui temporaliter, id est, ut ex tempore assumeret humanam naturam ad humani generis generalem salutem. Prius enim mihi displicuit in filio meo Adam, ita ut dixerim. Peniter me fecisse hominem. Gen. 7. Sed nunquam mihi tantum displicuit in dicto filio, quantum mihi complacui in filio meo naturali Iesu Christo.

**MYS TICE.** Ex prædictis designatur quod ritè baptismatis confertur triplex beneficium. Primum est, quod illis aperitur cælum, ita ut iam habeant ius ad ipsum percipiendum. Secundum, quod recipiunt inuisibiliter spiritum sanctum unã cum gratia eius. Tertium, quod tales efficiuntur filij Dei per spiritalem regenerationem.

**MORALITER.** Notandum, quod unicus filius Dei per naturam fecit multos filios Dei per adoptionem, sive per gratiam. Et de quolibet eorum sigillatim potest meritò dicere Deus pater id, quod dixit de filio suo naturali. Hic est filius meus, supple, adoprius: dilectus per gratiam, & charitatem: in quo mihi complacui, per uitæ honestatem. Contra autem quilibet peccator est filius Diaboli per malitiam

imitationem, iuxta illud Christi uerbum Iohannis. 8. Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris uestri uultis facere. scilicet peccatum, & iniquitatem. Dicit etiam Aug. ad fratres in eremo ser. 45. qui intulatur de pnia agenda, & unufquique, cuius opera facit, eius filius appellatur. De quolibet ergo tali dñatissimo filio, meritò potest dicere diabolus, hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui, per habitationem. scilicet cum eo per culpã. Vel hæc est filia mea dilecta, in qua &c. ò perditissima filiatio. ò execrabilis gnatio, ò infelix dilectio, ò nequissima imitatio, quã, quicunq; prudens fuerit, uitare studebit.

**QUAERITUR,** quare spiritus sanctus potius apparuit super Christum, dum baptizaretur in specie columbæ, quam corui, aut alterius auis, siue animalis? Ad hoc rñderetur, quòd propter multas pulchras proprietates columbæ, quæ tanguntur in glo. ord. super hoc passu. Primò. n. columba felle caret. In quo docemur uitare iram. Secundò nullum ledit ore, aut unguibus. In quo notatur uitæ innocentia, & reſtitudo in ordine ad proximum. Tertio ceteras auiculas, etiam quantumcumq; minimas, non inuadit, cum tamen multæ aliarum ues inde uiuant, & pullos suos nutriat. In quo prohibemur, & retrahimur à rapina. Quarto puro uescitur grano, in quo notatur debita abstinentia. Quintò alienos pullos tanquam suos fouet. In quo notatur charitas ad proximum. Sextò habet gemitum pro cantu. In quo notatur cõpunctio de peccatis commissis. Septimò super aquas libenter sedet, ut accipitrem uisa in aquis illius umbra declinet. In quo notatur sollicitudo pro prijs salutis, & uitatio diabolice rãtionis. Has igitur proprietates columbæ debemus habere, si cupimus regnum cæleste possidere. Quod nobis concedat, qui &c.

Dominica prima post Octa. Epipha. Sermo primus de Epistola.



**HABENTES** donationes secundum gratiam, quæ data est nobis. Roma. 12. Doctor ecclesie Paulus frequenter in epistolis suis loquitur de corpore mystico ecclesie, secundum similitudinem corporis humani. Nam, sicut in corpore humano unum membrum communicat officium suum ceteris membris, utpote oculus uidet pro toto

toto corpore, & pes ambulat pro toto corpore, & os cibum sumit pro toto corpore, & sic de alijs, ita etiam in corpore mystico diuersa dona dantur diuersis personis, non quidem ad priuatam comoditatē, sed pro cōmuni utilitate Ecclesie. Hoc autē declarat idem Apost. 1. Cor. 12. dicens. Diuisiones gratiarum sunt. Vnicuiq; autem datur manifestatio spiritus ad utilitatem, sup. cōmunitatis Christi fidelium. Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ. Alij sermo scientiæ. Alij gratia sanitarum. Alij prophetia. Alij genera linguarū. Alij interpretatio sermonum, &c. Similiter idem Apostolus idem propositū declarat Rom. 12. dicens: Sicut in uno corpore multa membra habemus, omnia autē membra non eundem actum habent, ita multi vnus corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. Deinde immediatē sequitur textus præsentis Epistolæ, ubi particulariter ostendit Apost. quomodo habentur donationes, siue Dei dona, debent illa alijs communicare tanquam membra aliorum. Summarie ergo Apostolus in præsentī Epistola instruit nos communicare bona nostra, & dona proxinis nostris tripliciter, uidelicet quantum.

Ad affectum. Ad effectum. Ad signum.

**P R I M Ò** igitur quantum ad affectū. Et hoc iterum multipliciter secundum multiplicatē materiarum, circa quas contingit aliquē piē affici ad proximū suū. Non est tñ intentionis meæ singula percurrere propter uitandā prolixitatē.

**P R I M Ò** igitur docet Apostolus, qualiter sit cōmunicanda elemosyna indigenti, cum ait. *Qui tribuit, supp. elemosynam pauperi, in simplicitate, idest, recta intentione illam tribuat, scilicet ad Dei honorem, & amore, atq; ad proximū indigentis releuationem.* Qui autē elemosynā tribuit pauperi propter humanā gloriam, non in simplicitate illam tribuit. Et ideo istud prohibet Dominus Mat. 6. dicens. Cum facis elemosynā, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua. Item qui tribuit pauperi granum, pannum, siue pecuniam ad usuram, non in simplicitate tribuit. Idem dic de illo, qui tribuit aliquid puellæ, aut iuuenulæ uxoratæ, ut eam decipiat. Talis enim non in simplicitate tribuit, sed magis in duplicitate, quia unum facit, & aliud intendit. Notandum ergo, quod quilibet diues, aut potens debet tribuere temporalia bona pauperibus

pauperibus tribus modis. Primò quidē abundanter. Tho. 4. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue. Secundò libenter. 1. Timo. 6. Diuitibus huius seculi præcipe facile tribuere. Terriò simpliciter, ut hic dicitur. Vnde Mat. 6. Si oculus tuus, idest, intentio fuerit simplex, idest, recta, totum corpus tuum, idest, congeries omnium operum inde sequentium licidum erit, idest, uirtuosum. Si autē oculus tuus nequā fuerit, totum corpus tuū tenebrosū erit, idest, si intentio tua fuerit duplex, scilicet in duplicitate præsentis, & future gloriæ, tunc opus inde sequens erit uirtuosum. Vide ergo, inquit Christus, ne lumen, quod in te est, idest, intentio, tenebræ sint, idest feratur ad gloriam huius seculi: Ecce quid est tribuere in simplicitate.

**S E C U N D Ò** instruit Apostolus qualiter superior debeat se habere, cum ait. *Qui præest, sit, sup. membrum alterius, in sollicitudine.* Vbi nota, quod contingit dupliciter præesse, scilicet in spiritalibus, ut sunt prælati. Item in temporalibus, ut sunt principes, & Domini temporales. Vtriq; autem debent esse solliciti de implendo regimine sibi commissō, Ideo dicit Apost. *Qui præest, in sollicitudine, idest, sit sollicitus de reddenda bona ratione de cōmissa sibi cura, & sarcina.* Nā cui libet tali uideatur Dominus dicere illud. 3. Reg. 22. Custodi uirum istum, qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima illius: O mirabilis sarcina. O grande periculum. O quam periculose agit, qui ad curam, & præscientiam alterius se ingerit. Accipiant ergo Ecclesie prælati exemplum debiti sollicitudinis in illo sancto Pastore Paulo, qui de seipso loquens. 2. Cor. 11. dicebat. Præter ea, quæ extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana omnium Ecclesiarum. Vnde etiam in figuram huiusmodi sollicitudinis legitur Luc. 2. quod pastores hora dominicæ Natiuitatis erant uigilantes, & custodientes uigilias noctis supra gregem suum. Practica, qualiter hac tempestate omnes sermō prælati præsent in sollicitudine circa temporalia, cōmittentes spiritalia uicarijs suis, ut liberius uacent suis uoluptatibus, interdum etiam sequentes curias regum, ac principum, & se intromittentes de negocijs publicis regnorū, ac prouinciarij, quod ualde indecens est, & impertinēs omnino officijs suis, Vnde refert Gaguinus in chronica sua, quod quidam generosus Dominus dictus



Petrus de Bresyo dixit faceret Ludouico undecimo Regi Francie. Domine si placet, committetis mihi, ut ego uadam tali die ad ciuitatem Ebroyensem ibi celebraturus sacros ordines. Quem cum Rex interrogasset, cur hoc peteret, ait: Certe Domine equum mihi conuenit, ibi facere ordines, sicut Domino Balue Episcopo dicte ciuitatis residere in curia uestra, & se intronitare de bellis, & negocijs regni uestri. Quod uerbum bene notauit Rex. Ecce qualiter hodie multi prelati presunt in sollicitudine circa temporalia, econtra aut multi Principes terreni presunt in sollicitudine circa spiritualia, cuiusmodi sunt illi, qui uolunt infringere canonicas electiones, & prouidere ad nuntum de constituendis Abbatibus, Episcopis, & Archiepiscopis, non sine graui iactura status Ecclesiastici. Hodie ergo in Ecclesia est ordo preposterus, sed necessarius commutatus. Car il faut passer par la ou par la fenestre, ut uulgo dicitur.

**TERTIO** Apost. instruit, qualiter miseria aliena sit releuanda ab eo, qui potest, cum ait: Qui miseretur, in hilaritate, sup. misereatur. Vnde quoq. interli. Qui habet gratiam subueniendi, uel oppresso compatiendi, hoc hilariter toto animo facere debet. Apost. ergo unum supponit, & aliud dicit. Supponit tantum, qd diuites, & potentes misereantur corde, & opere, siue affectu, & effectu, necessitatibus aliorum. Consequenter hoc supposito dicit, qd hoc facere debent hilariter, iuxta illud Eccl. 3. In omni dato hilarem fac uultum tuum, & in exultatione sanctifica decimas tuas: Istud secundum dicit propter eos, qui soluunt decimas suas inuitè, & cum tristitia. Sunt etiam nonnulli potentes, & abundantes in seculo, qui obriunt diuitias, qui frequenter ostendit auferenter in uultu, & uerbo indigentibus, quando faciunt illis elemosynam, ita ut potius uideantur dare elemosynam inuitè, & ne dicatur de eis, quod sunt immisericordes ad pauperes, quam propter Deum, cum tamen Apost. 2. Cor. 9. de operibus pietatis loques dicat: Vnusquisq. prout destinauit in corde suo, non ex tristitia, aut ex necessitate, supple, impleat opera pietatis, sed potius in eundè, & hilariter. Vnde subdit: Hilarem enim datorem diligit Deus. Istud uisum est pro illis, qui de exigua substantia sua libenter modicum impartiuntur pauperibus dolentes, quod non possunt amplius dare. Tales ergo multo plus laudandi

laudandi sunt, quam diuites largas elemosynas facientes cum quadam tristitia, aut non cum tanta animi hilaritate, quia ut dicit Augustin. in lib. de uera, & falsa penitentia ca. 15. In iudicio cordis consideranda est elemosyna tribuetus. Nec tam considerandum est quantum, sed qua mente, & qua affectione dat, quod potest. Vidua enim duobus, quæ habuit, largam minutis plus omnibus misit. Hæc ille. Quicumq. miseretur pauperi, in hilaritate misereatur.

**QUARTO** Apost. instruit omnes generaliter tam superiores, quam inferiores, ostendens qualiter dilectio sit proximo exhibenda, cum ait: Dilectio sit, sup. in uobis ad proximos uestros, sine limitatione, & sic erit alter membrum alterius, ut dicit quoq. interli. Dilectio autem sine simulatione est dilectio, quæ nõ est ficta, sed uera. De qua loquens Iohannes in sua prima canoni. ca. 3. ait: Filii, non diligamus uerbo, neque lingua, sed opere, & ueritate. Et huius ratio est, quia simulatio est mala bestia, & hoc propter tria. Primum quidem, quia displicet Deo. Iob. 36. Simulatores, & callidi prouocant iram Dei. Secundum uerò, quia nocet proximo. Prouer. 11. Simulator ore decipit amicum suum. Tertio autem, quia derogat honori proprio. Vnde. 2. Macha. dixit Eleazarus cuidam iudeo sibi persuadenti, ut, simularet se edere carnes suillas pro uitanda morte: Non, inquit, arati nostræ dignum est fingere, ut multi adolescentes arbitantes Eleazarum non agnita annorum transisse ad ritum alienigenarum, & ipsi propter meam simulationem, & propter modicum corruptibilis uitæ tempus decipiantur, & per hoc maculam, atque execrationem meæ sanctiuiti conquiram. Hæc ibi.

**QUINTO** Apost. instruit similes omnes utriusq. sexus, status, aut ætatis homines, dummodo sint doli capaces, ad fugam mali, & prosecutionem boni, dicens: Estote, sup. odientes malum, adhærentes bono. Hæc enim sunt due partes iustitiæ, de quibus Psal. Diuerte à malo, & fac bonum. Operter ergo, & necesse est ad salutem, odire malum culpæ, & adhærrere bono gratiæ. Vel odire malum, idest diabolum, & adhærrere bono, scilicet Deo, & hoc per gratiæ, & charitatis presentiam, quatenus possimus illi in futuro adhærrere per aperta uisionem. Dicit ergo: Odientes malum. In peccatore. m. duo sunt, scilicet natura, & culpa. Natura quidem diligere debet, culpa uerò odire. Vnde

Vnde Psal. Iniquos odio habui, in hoc scilicet, q̄ iniqui sum. Sed quòd hoc liceat, patet per id, quod sequitur: Et legem tuam dilexi, qua, supp. præcipis peccatum ram in se, quàm in alio odio habendū. Sequitur. Adhærentes bono, scilicet firmiter, & stabiliter. Hoc enim importat hoc participiū adhærentes. Sed profectò amor multoties est amor puerilis, qui citò rumpitur, & deficit etiam pro modico, interdum etiam absq̄ue causa. Tales ergo non adhærent bono.

SEXTO Apost. inuitur virtuosos, cum subdit. Charitatem fraternitatis inuicè diligentes, & sic erit sup. alter membrum alterius. Et est sensus. Charitatem, quam fratres inter se habere debēt, habeatis inter vos, ut sitis perfecti. Hoc enim est unum de illis tribus, quæ ualde placent Deo, scilicet concordia fratrum, iuxta illud Ecclē. 25. In tribus placitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo, & hominibus: Concordia fratrum, & amor proximorum, & uir, & mulier sibi bene consentientes.

VBI notandum, quòd debemus habere inuicem fraternam charitatem, & hoc propter tria. Primò quidem propter præceptum implendum. Sic enim nobis præcipit nò solum Apostolus, ut hic, uerum etiam magister, & doctor Apostoli Christus Iesus Iohan. 13. dicens: Mandatum nouum do uobis, ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos. Et nota, quòd dicit mandatum nouum. Nam mandatū antiquum, non quidem diuinum, sed doctorum falsò Dei legem interpretantiū, tale erat: Diliges amicum tuum, & odio habebis inimicū tuum. Matt. 5. At uerò mandatū nouum, siue Euangelicū præcipit, ut nos inuicè diligamus, etiam inimicos. Vnde ubi supra subditur. Ego autem, inquit Christus, dico uobis, Diligite inimicos uestros, &c. Iohan. 15. Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicem. Secundo propter periculū uitandū. Vnde 1. Iohan. 3. Qui non diligit, supple. fratrem suum, manet in morte, scilicet spirituali, quæ causatur per defectum charitatis, quæ facit uiuere spiritualiter, uel manet in morte, id est, in obligatione mortis æternalis. Tertio propter insignem famulatum. Iohan. 13. In hoc cognosceet omnes, quia mei estis discipuli, si delectationem habueritis ad inuicem. Ecce ergo quare fraternam charitatem inuicem diligere debemus. Et sic patet de primo principali.

SECUNDO principaliter in presenti Epistola Apost. inuitur nos cōmunicare bona nostra proximis nostris, quantū ad effectum. Et hoc iterum multipliciter secundum uarietatem materiarum, secundū quas contingit aliquè cōmunicare bona sua, siue operas suas alijs realiter, & in effectū.

PRIMO igitur docet Apostolus, qualiter debemus cōmunicare bona nostra alijs in effectū, quantum ad bonum reuerentię dicens, honore inuicem præuenientes. Prius enim Apost. nos monuerat ad mutam charitatē, dicens: Charitatem fraternitatis inuicem diligentes. Sed quia non est fraternus amor, nisi homines tempore, & loco mutus se præueniant obsequijs, ut dicit glo. interli. ideo subdit idem Apostolus. Honore inuicem præuenientes. Nullus enim est homo super terram, cui non desit aliquod bonum, & in quo non sit aliquod malum. Et ideo, quando uidet bonum, quod non habet esse in proximo, debet ipsum honorare, & eum superiorem, & meliorem, quantum ad hoc, reputare. Philip. 2. Superiores inuicem arbitantes.

VBI notandum, quòd iste honor debet habere tres conditiones. Prima est, q̄ debet esse generalis, scilicet ad omnes, iuxta illud. 1. Petri. 2. Omnes honorate, secundū tamen magis, & minus, iuxta conditionem, & qualitatem personarum, Practica. Secunda conditio est, quòd debet esse mutus. Ideo dicit inuicem. Istud autem est contra illos, qui uolunt, & cupiunt ab omnibus honorari, sed neminem honorare. Tertia conditio est, quòd debet esse gratuitus. Tunc autem honor est gratuitus, quando quis præuenit alium. Ideo dicit Apost. Præuenientes. Nam sicut amor est gratuitus, quando in reconciliatione mutua offensus præuenit offendentem, ita in proposito. Et hoc est contra multos, qui expectant ab alijs primò honorari, intantum quòd nunquā aliquem honorarent, nisi primò honorarentur, cum tamen dicat poeta: Saluta libenter. Practica, quomodo circa huiusmodi honorē aliqui peccant tripliciter. Primò quidem honorando inuicem, ut mali subditi. Et tales sunt similes demonibus, qui interdum inuiri honorant diuina, & sacra. Secundo uerò fictē, ut deceptores, & callidi. De hoc in historia legit Iudici. 3. de Aioth, qui simulans se uelle honorare regem Eglon offerendo illi munera, ipsum interfecit cum gladio, què absconditè gerebat

bat sub pallio suo. Tertio aut derisorie. Vnde taliter honorabat Christū spinis coronatū milites Pilari dicētes: Aue rex iudeorū. Et dabat ei alapas. Io. 19. Nō sic igitur charissimū, nō sic, sed volūtariē, & verē p̄ueniamus nos tuotū honorātes.

**S E C U N D O** Apostolus instruit nos, qualiter debeamus cōmunicare bona nostra alijs in effectu, quantū ad bonum obsequij, dicens: Sollicitudine non pigri. glos. interli. opere. In quibus uerbis nos admonet Apo. ut cum diligentia subueniamus necessitatibus aliorum, & non cum corpore, & negligentia: Circa quod maximē desiciunt hospitalarij, siue leproforum, siue aliorum egrotorum, aut cecorum, uel etiam pauperum mendicantiū. Tales nempe hospitalarij, qui communiter uolunt priores appellari, sunt quidem satis solliciti de recipiendis, & percipiendis fructibus talium hospitalium sibi cōmissorū, de quibus etiam ualde laudē uiuunt, sed sunt ualde pigri, ad subuentionem pauperum ibi degentium, & similiter quo ad mantentionem dictorum locorum. **Q**ui utinam bene notarent te praticarent clementinā, quæ incipit. Quia contingit, titu. de religiosis domibus.

**C O N S E Q U E N T E R** Apostolus ostendit modum obsequendi, siue subueniēdi necessitatibus aliorū. Et primō ostendit, q̄ hoc debet fieri ardenti affectu, & charitate, quia spiritu seruentes, sicut patet de illis honestis mulieribus, quæ seruiunt egrotis in cōmuni hospitali, etiā non obstante grauissimo mortis sue periculo. Secundo ostendit, q̄ hoc debet fieri principaliter propter Deū, cum subdit: Dño seruentes, glos. interli. Quod facitis proximo, credite uos impendere Dño, iuxta illud Dñi uerbū Matt. 25. Quod uni ex minimis meis facistis, mihi fecistis. Nota de beato Ludouico Frācorū Regis, qui frequēter seruebat pauperibus, etiā interdū leprosis, arbitrans in hoc Dño seruire. Tertio ostendit, q̄ hoc debet fieri hilariter. Ideo subdit. Spe gaudentes. interli. In his operibus non nisi æternā mercedē speretis. Sed quia in talibus sanctis obsequiis frequenter est magnus labor corporalis, & tribulatio, & tūc opus est habere paciētiā. ideo subdit Apo. In tribulatione paciētēs, supple, estote. Quæ qdē paciētia maximē impetrat virtute oratiōis deuota, ideo subdit. Orationi insistātes.

**T E R T I O** ostendit Apost. quibus specialiter impendendum est beneficiū obsequij, cum ait. Necessitatibus sanctorū

id est, iustorum, & bonorū cōmunicantes, scilicet dando illis ista necessaria, in super tempore, & loco recipiendo tales hospitio intra domum suam. Ideo sequitur, hospitalitatem sēctantes, interli. exemplo Abraham, & Lothi. De primo habes. Genē. 18. De secundo abrahæ. 19. In quibus passibus legitur, qualiter prædicti duo sancti uiri, propter beneficium hospitalitatis, cui maximē dediti erāt, meruerūt recipere Angelos in specie uiuorum. Et sic patet de secundo principali.

**T E R T I O** principaliter Apost. in præsentī epistola instruit nos cōmunicare bona nostra alijs, quantum ad signum, siue signo, cum ait. Benedicite persequentibus uos. Supra enim Paulus ostendit, qualiter charitas sit exhibenda indigentibus, hic consequenter ostendit, qualiter sit exhibenda etiam inimicis, cū ait. Benedicite persequētibus uos, uerbo, facto, aut signo. Benedicite, inquam, persequentibus uos, pro illis orando, iuxta illud. Marth. 5. Orate pro persequentibus, & calumniantibus uos. Item bonā illis oprando. Bona, inquam, gratiæ in præsentī, & gloriæ in futuro. Vel bona corporis, & bona animæ. Propter ea Apo. bis dicit. Benedicite. Sequitur. Et nolite maledicere, quia ut dicitur. 1. ad Cor. 6. Maledicti regnum Dei non possidebunt. Circa hoc notandum, quod non maledicere alijs, est bonum. Benedicere, autem beneficientibus, est melius. Sed benedicere persequentibus, est optimum. Sic autem egit Christus in Cruce, similiter Stephanus, pariter & Moyses, ac similes.

**S E D** uidetur, quod liceat maledicere alicui, præsertim imprecando sibi malum poenæ. Legitur enim, quod Paulus dixit Ananiam summo sacerdoti, qui iusserat eum percuti in ore, quem tamen nesciebat esse summum sacerdotem. Percuriet, inquit, te Deus paries dealbare. Actuum. 23. Responso. Aliud est, quod agitur liuore uindictæ, & aliud quod agitur zelo iustitiæ. Primum prohibetur, secundum permittitur tanquam licitum. Et sic egit Paulus aduersus Ananiam. Non licet ergo liuore uindictæ, & compatiendum super dum est ei super prosperis, ut subdit Apo. Gaudere cum gaudenti aduersitate illius sententibus. Vbi tamen uiderentis, aut tueribus, & ammireremus persecutores nostros derelictos fieri t

prosperitate, & de eorundem aduersitate plures iustos re-  
liari, tunc in illo casu possemus licite tristari de eorum pro-  
speritate, & gaudere de eorundem aduersitate. Hoc enim est  
de mente beati Grego: qui lib. 12. morali. c. 21. dicit sic. Eue-  
nire plerunque solet, ut non amissa charitate, & inimi i rui-  
na nos letificet, & rursum eius gloria, sine inuidie culpa nos  
contristet, cum & ruente eo quosdam bene erigi credimus,  
& proficiente illo plerosque iniuste opprimi formidamus.  
Si enim de inimici aduersitate, & morte gaudendum non est  
set. psal. non diceret. Letabitur iustus, cum uiderit iudi-  
ciam impiorum. Hæc Gregor. Vel dic, quod stantes sunt  
pauperes animæ in purgatorio detente, cum quibus flere de-  
bemus per compassionem. Gaudentes autem sunt electi cū  
Deo regnantes, cum quibus debemus gaudere in presenti  
per speciem, & in futuro cum eisdem possumus gaudere per  
rem. Quod nobis concedat, qui in trinitate perfecta ui-  
uit, & regnat. Amen.

*Dominica prima post Octauam Epiphaniæ Sermo secun-  
dus de Euangelio.*



**N**UPTIÆ factæ sunt in chana Galilææ.  
Iohan. 2. Pro introductione præsentis  
sermonis mouetur quæstio talis. Vtrum  
clerici licite possint interesse nuptiis?  
Ista quæstio mouetur propter hoc, quod  
legitur in Euangelio hodierno, Chri-  
stum cum suis discipulis inter fuisse nu-  
ptijs, quæ celebratæ sunt in Chana Galilææ. Modo omnis  
Christi actio nostra est instructio, ut dicit Greg. In opposi-  
tum sunt iura.

PRO solutione huius dubij notandum, quod aliquid pro-  
hibetur communiter propter tria, uidelicet, quia secun-  
dum se malum, quia in se malum, uel propter uitandum  
scandalum. Tunc contra hæc tria ponendæ sunt,  
tres ueritates.

PRIMA igitur ueritas. Clericis interdicitur inter-  
esse nuptijs propter primum, sicut interdicitur  
futtum, homicidium, mendacium, & familia. Hæc enim  
secundum

secundum se mala, utpote inuolutam habentia malitiam,  
& ideo prohibita. Non sic autem de assistentia nuptiarum,  
& aliis omnes ibi comparentes mortaliter peccarent. Hoc au-  
tem absurdum est dicere. Quinimmo consanguinei, & affi-  
nes sponsi, & sponsæ rationabiliter ibi interesse possunt. Vn-  
de legitur Thobix 11. quod uenerunt Achior, & Nabath  
consobrini Thobix ad ipsum gaudentes, & per septem dies  
epulantes ratione coniugij Thobix iunioris cum Sara.

SECUNDA ueritas, clericis similiter non interdicitur in-  
teresse nuptijs propter secundum. Non enim nuptiæ sunt  
in se malæ. Illud enim dicitur esse in se malum, quod magis  
habet speciem mali, quàm boni, uel quod est malum, quia  
prohibitum, ut operari manualiter in die festo. Sic est autem  
quod nuptiæ secundum se non habent speciem mali, sed po-  
tius boni, aliàs nunquàm illas honorasset dominus sua præ-  
sentia, ut legitur in præsentii Euangelio fecisse. Neq; etiam  
prohibentur, sed conceduntur in usum, & multiplicationem  
humani generis. Vnde breuiter, qui nuptijs detrahunt, in-  
ter Hæreticos computandi sunt, ut patet expressè. 24. q. 3.  
quidam autem Hæretici.

TERTIA ueritas. Clericis prohibetur accessus ad con-  
uiuia nuptiarum propter uitandum scandalum, & tenta-  
tionis periculum. Et nota, quod nomine clerici intelligitur  
omnis habens ordinem ecclesiasticum, utpote ab ostiario us-  
que ad summum sacerdotium, ut patet in decretis. dist. 21.  
cleros. Item. 72. dist. clericum. Similiter. 11. q. 1. de persona.  
Quod autem clericis interdicitur accessus ad prædicta con-  
uiuia, patet. 33. dist. presbyteri, ubi etiam assignatur ratio  
dictæ prohibitionis, quom dicitur. Presbyteri, diacones, sub  
diacones, uel deinceps, quibus ducendi uxores modò licen-  
tia non est, etiam alienarum nuptiarum euitent conuiuia,  
nec his cætibz misceantur, ubi amatoria cantantur, & tur-  
pia, aut obsceni motus corporum choreis, & saltationibus  
effertur, ne auditis, & obtutus sacris ministerijs deputa-  
ti, turpium spectaculorum atque uerborum contagione pol-  
luantur. Super quo dicitur glossa, quod si clerici fuerint in ali-  
quo conuiuio, & superuenerint ioculatores, debent surge-  
re de mensa, & recedere, ut expressè notatur de conse. di-  
finit. 5. non oportet. Prædicta igitur attendentes nonnulli

curati, & literati uitant huiusmodi conuiuia nuptiarum pa-  
rochianorum suorum. Sunt tamen nonnulli inter eos, hoc  
agentes in fraudem, ut scilicet, habeant discum suum  
cum pertinentiis satis pro se, & ancilla. Alij autem compo-  
nunt de precio. Sed has traditiones adinuenit sacerdotum  
gula, aut auaritia, potius, quam traditio ecclesiastica. Non  
ergo sibi fumant clerici palstationem, aut uelamen conue-  
niendi ad conuiuia nuptiarum a Christo, qui illic semel co-  
paruit cum discipulis suis, ut habetur in presenti euange-  
lio, quia hoc fecit ad suæ diuinitatis manifestationem, ut  
postea dicitur. Nec est uniuersaliter uerum, quòd omnis  
Christi actio nostra sit instructio, sicut non sequitur, Chri-  
stus distulit baptizari usque ad trigessimum annum, ergo  
ita facere debemus, & sic de multis alijs eius actionibus, &  
operationibus.

In presenti ergo euangelio de tribus principaliter fit  
mentio, uidelicet.

De nuptiarum descriptione.

De muliebri compassione.

De miraculi operatione.

PRIMÒ igitur nuptiæ describuntur multipliciter, uide-  
licet, quo ad tempus, quo ad locum, quo ad existentes.

PRIMÒ igitur dictæ nuptiæ describuntur quo ad tem-  
pus, quia die tertia, ut præmittitur Io. 2. in principio capi.  
Et est sensus. Et die tertia, scilicet, à uocatione Philippi, &  
Nathanaelis fratris eius, nuptiæ factæ sunt, &c. De sponsa  
autem harum nuptiarum, quæ fuerit, ignoratur, quamuis  
fabulosè aliqui dicant fuisse Mariam Magdalenam. Quod  
à multis reprobatur, & hoc rationabiliter. Constat enim  
Magdalenam ualde generosam, & diuitem fuisse. Et tamen  
de presentibus nuptijs dicitur in euangelio, quòd defecit  
in eis uinum præmopia sponsi, & sponsæ, qui ideo pauperes  
creduntur fuisse. Uide, & uirgo Maria cū filio suo, qui pau-  
peres erant, dicuntur uocati fuisse ad dictas nuptias. De  
sponso autem nonnulli dicunt hunc fuisse Iohannem Euan-  
gelistam, eo quòd Hiero. in prologo super euangelium eius-  
dem Iohan. dicit, quòd Christus uocauit eum de nuptijs na-  
bere uolentem. Et hanc partem tenet magister Nicolaus de

Lyra.

Lyra. Contrariam autem partem tenet dominus Hugo. Car-  
di. in postilla sua. Et hæc uidetur probabilior, eo maximè,  
quòd dicitur in presenti euangelio Christum uenisse ad nup-  
tias, cum discipulis suis, de quorum numero constar fuisse  
Iohannem. Certum ergo est ex testimonio Hiero: Christum  
Iohannem uocasse de nuptijs, sed incertum est de quibus, &  
ubi, & quando eum uocauerit.

SECUNDO dictæ nuptiæ describuntur quo ad locum,  
quia in Chana Galilææ, idest, in quadam ciuitate sic dicta,  
quæ erat in Galilæa. Cur autem locus nuptiarum specialiter  
exprimatur, postea dicitur. Circa quod notandū, quòd Chri-  
stus rationabiliter primùm signum suæ diuinitatis fecit in  
Galilæa, ut sic honoraret patriam, in qua conceptus, & nu-  
tritus pro maiore parte temporis fuerat.

TERTIÒ dictæ nuptiæ describuntur quo ad personas  
ibi uocatas, cum dicitur. Et erat mater Iesu ibi, sup. uocata  
tanquam consanguinea, aut affinis sponsi, aut sponsæ. Ex  
textu iterum apparet paupertas nubentium. Nam si magni,  
& diuites fuissent nequaquam illic uocata fuisset uirgo Ma-  
ria, quæ adeo pauper erat, ut operaretur manibus suis, ut  
dicitur Prouer. 31. ubi describitur sub nomine mulieris for-  
tis. Item illic uocatus non fuisset Christus pauper cum dis-  
cipulis suis pauperibus. Et ut dicit gl. interl. per hoc, quòd  
Christus uocatus uenit ad nuptias, datur intelligi nuptias  
non esse despiciendas, ut prius dictum est.

ALLEGORICè ista nuptiæ designant incarnationis  
mysterium, quando scilicet, filius Dei assumpti sibi in spon-  
sam humanam naturam. Et ad hoc propositum uidetur esse  
intelligenda illa Christi parabola Luc. 14. Simile est regnum  
cælorum, idest, ecclesia militans, homini regi, idest, Deo  
patri, qui fecit nuptias filio suo. Item ista nuptiæ fuerunt  
prefiguratae Gene. 28. ubi legitur, quòd Isaac (per quem in-  
telligitur Deus pater) dixit Iacob filio suo (per quem intelli-  
gitur Dei filius) Noli accipere coniugem de genere Chanaan-  
sed uade, & proficiscere in Mesopotamiam Syriæ ad do-  
mum Bethuel patris matris tuæ, & accipe inde tibi uxorem  
de filiabus, Laban auunculi tui. Ad propositum per Chanaan  
qui interpretatur possidens dominum, significatur natura  
angelica, quæ possidet dominum in cælo per gloriam eter-

nam. Per Mesopotamiam autem, quæ interpretatur eleuatio uocationis, significatur natura humana, quæ eleuata est, & uocata, ut ueniret in unitatem filij Dei: *Quid est ergo, quod Isaac præcepit filio suo Jacob, ut non assumeret sibi coniugem de genere Chanaan, sed de Mesopotamia, nisi quod ordinatione Dei Patris Filium eius non debuit assumere naturam angelicam, sed humanam in sponfam? Quod & factum est iuxta illud Apostoli uerbum ad Heb. 2. Nisi quam angelos Deus apprehendit, sed semen Abraham apprehendit. In huiusmodi ergo tam mirificis nuptijs duo sunt in carne una, idest, due natura in una persona, quæ est persona filij Dei.*

**S**ED quid significat, quòd die tertia nuptiæ factæ sunt in Chana Galilææ? Certè per hoc denotatur, quòd prædictæ nuptiæ incarnationis diuinalis factæ sunt tertia die, quæ est dies legis gratiæ. Nam prima dies fuit tempus legis nature, & tunc prima banna facta sunt per Patriarchas per præfigurationem. Secunda dies fuit tempus legis scriptæ, & tunc fuerunt facta secunda banna prædictarum nuptiarum, & hoc per prophetas prænuntiantes, & promittentes huiusmodi nuptias futuras. Tertia dies fuit tempus legis gratiæ, & tunc fuerunt de presenti celebratæ dictæ nuptiæ in templo ueteri iuginalis, & cum hoc lætitia magna tam celestium, quam terrestrium, quam etiam infernorum, idest, angelorum, & hominum iustorum adhuc in terra degentium, atque sanctorum parum in limbo detentorum. Vnde Luc. 2. angelus ad pastores ait: *Euangelizo uobis gaudium magnum, quia natus est uobis, &c.* Sequitur: *Et facta est cum angelo multitudo militiæ celestis laudantium Deum, & dicentium, Gloria in altissimis Deo, &c.* Ecce læticia celestium, & terrestrium. De lætitia uerò infernorum, idest, sanctorum patrum, scribitur in Psal. *Lux orta est iusto, & rectis corde lætitia.* Hoc autem fuit, quando habitantibus in regione umbræ mortis, idest, in limbo, lux orta est eis. Esa. 9. *De hoc etiam figura legitur Hester. i. ubi dicitur, quod Rex Assuerus tertio anno Imperij sui fecit egregrium conuiuium cunctis principibus, & inclitis, atque præfectis prouinciarum suarum. Ad propositum tertius annus est tempus legis gratiæ. In quo quidem anno Deus pater fecit solenne conuiuium, & iucundum angelis, iustis uiuatoribus, atque sanctis patribus in limbo degentibus, & hoc totum ob reuerentiam nuptiarum filij sui,*

ij sui, cum humana natura. Et sic patet, quòd allegoricè desig-  
nent dictæ nuptiæ.

**V**EL dic in eodem sensu allegorico, quòd prædictæ nuptiæ designant coniunctionem Christi, & Ecclesiæ. Vnde ad Eph. 5. *Viri diligite uxores uestras, sicut & Christus Ecclesiam.* Item idem ibidem. *Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & in Ecclesia.* Et de istis nuptijs figuratiuè legitur Iudicum. 14. *Vbi dicitur, quòd Samson descendit in Thannata, idest, Christus in mundum. Vidensq; mulierem de filiabus Philistinum, idest, Ecclesiã de gentibus, ascendit, & nunciavit patri suo, & matri suæ, idest, synagoge, dicens. Vidi mulierem in Thannata de filiabus Philistinorum, quam queso, ut accipiat mihi in uxorem. Istæ nuptiæ fuerunt initiatæ per Moysi sponsonem, ratificatæ per angeli salutationem, consummatæ per uerbi incarnationem. Adducta autem fuit sponfa in domum sponsi in ascensione Christi, quando quidem natura humana introducta est in palatium cœli. Et tunc merito potuit dicere illud Cant. 2. *Introduxit me Rex in cellam unarium, ordinauit in me charitatem.* Istæ autem nuptiæ factæ sunt tertio die, sicut & priores, i. tempore gratiæ, de quo ad Gal. 4. *Vbi uenit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum de muliere, natum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret. Ecce Chana Galilææ, idest, maximus celus, quem habuit Dei Filius ad nostram salutem operandam.**

**M**ORALITER, istæ nuptiæ significant coniunctionem Dei cum anima deuota per gratiam, quæ quotidie celebrantur in conuersione peccatorum, iuxta illud Osee. 2. *Sponsabo te mihi in iustitia, & iudicio, & in misericordia; & misericordionibus, sponsabo te mihi in fide, idest, in fidelitate.* Ad has autem nuptias omnes homines totius mundi sufficienter uocantur. In cuius rei signum legitur Matt. 22. quòd simile est regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo, & uocauit multos, & nolebant uenire. Ecce maxima peccatorum ingratitude, qui uolunt uenire ad gratiam Dei, & sibi copulari per gratiam, & charitatē. Istæ autem nuptiæ fiunt tertia die. Tres dies sunt contritio cordis, confessio oris, satisfactio operis. De quibus figuratiuè dicitur peccatori penitente uolenti illud Gen. 11. *Tres dies adhuc sunt, post quos recedabitur Pharaon in mare, & restituet se in gradum pristinum.* Applicatio est facilis

supposito, q̄ per Pharaonem intelligatur Deus. In istis sanctissimis nuptijs conuertitur aqua trinitatis in uinum letitiae, iuxta illud Psal. Secundū multitudinem dolorum meorū in corde meo consolationes tuę letificauerunt animam meam. Iohan. 16. Trinitia uestra uertetur in gaudij. In istis nuptijs debent esse tria bona sacramēti matrimonij, quę sunt fides, proles, sacramētum. Fides quidem, idest, fidelitas, ne sponso Christo dimisso admittatur infamis ille adulter diabolus intra thalamum humanę conscientię. Item proles bonorū operum. Item sacramētū, idest, inseparabilitas, ut nunquā separetur anima deuota à Christo sponso suo, sed dicat ei illud Osee. 2. Sponsabo te mihi in sempiternū. Ad quem etiā sensum pōt intelligi illud uerbū Apostoli. 1. Cor. 7. Præcipio nō ego, sed Dñs, uxore à uiro nō discedere. Quod uirinā sic fiat.

NOTANDVM est autē circa has spirituales, & salubres nuptias, q̄ inuitati ad eas debēt habere quatuor, scilicet cibū parcissimū, locum bassissimū, habitum mundissimū, affectum promptissimū. Primò igitur tales inuitati ad nuptias, cum filio Dei per gratiā debent habere cibū parcissimū, domando carnē suā ieiunijs, & abstinentiā escę, & potus, quantū ualendo permittit, ut dicit August. in regula de cōmuni uita clericorū, hoc autē designatur per hoc, q̄ dicitur in presenti Euan. q̄ mater Iesu erat in nuptijs celebratis in Chana Galilę. Nam Maria, quę interpretatur uno modo ualde amara, designat amaritudinē penitentię, & duritiā illius. Secundò prædicti debent habere locū bassissimū, idest, profundā humilitatem in præsentī, ut in futuro exaltentur in gloria. Et hoc est, quod loquitur Christus Luc. 14. dicēs. Cum inuitatus fueris ad nuptias, uade, & recumbe in nouissimū loco, ut ueniēs, qui te inuitauit, dicat tibi: Amice ascende superius. Et tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus. Tertio prædicti inuitati debent habere habitū mundissimū, & honestissimū, aliās dicitur cuilibet cōtrariū facienti, illud Matt. 22. Amice, quomodo huc intraisti nō habens uestē nuptialem? Per habitum autē honestissimū in proposito intelligitur honesta, & religioſa cōuersatio, per quā edificetur proximus. Quarto prædicti inuitati ad nuptias gratię Dei, debent habere affectum promptissimū, & paratissimū ad Deo seruiedū, ministrandū, & obediendū, quia sicut dicitur Matt. 25. solz ille uirgines,

quę

quę paratę erant, intrauerunt cum sponso ad nuptias. Sed prohi dolor hodie pauci sunt, qui uelint taliter se disponere ad nuptias, ut potē, qui uelint austeram penitentia peragere, humiliter subiacere, honestē cōuersari, promptē Deo seruire. Et ideo ualde timendū est, q̄ multi eijcientur de nuptijs celestibus, idest, talibus priuabuntur, & in tenebras exteriores proiciuntur, & recludentur, ubi erit stertus, & stridor dentium. Et sic uerificabitur in eis illud. 1. Macha. 9. Conuersę sunt nuptię in luctum. Et sic patet de sensu morali.

L I T E R A L I T E R exponendo prædictas nuptias. NOTANDVM, quòd in Euangelio dicuntur multa, quę concernunt ipsas nuptias carnales.

P R I M V M est tēpus, quia tertia die nuptię factę sunt: Per quod intelligitur, quòd cōtrahentes matrimonij debent prima nocte nuptiarū propter reuerentiā sacramēti abstinere ab actū matrimoniali, ut notatur in decretis. 30. quest. 5. sponsus. Similiter dist. 23. sponsus, dicitur, q̄ sponsus, & sponsa, cum benedictionē acceperint à sacerdote, eadē nocte pro reuerentiā ipsius benedictionis in uirginitate permanent. Euaristus autē Papa: prout recitatur. 30. quest. 5. aliter dicit q̄ coniuges debent primo benedici à sacerdote, & postmodū bidno, uel triduo orationibus uacare, & castitate custodire. Sic enim egerunt sancti illi coniuges Thobias, & Sara: prout legitur Thob. 7. Sic enim fuerat ipse Thobias instructus ab angelo Raphaelē. Eiusdem. 7. Sic ergo ualde salubre est, quòd coniuges primū uacent orationi se cōmendantes, & postmodum tertia nocte cōsumment nuptias. Ad hoc tñ nō obligatur sub pēna peccati, dummodo nō ponatur aliud. Nec hoc præcipiunt præallegata decreta, sed consulunt tanquā melius bonum sic esse faciendum, ut patet in glo.

S E C V N D V M, quod cōcernit carnales nuptias, est zelus inter cōiuges. Hoc autē notatur, quòd subdi in textu, in Chana. Chana. n. zelus interpretatur. Et ideo rectē nuptię factę sunt in Chana, ad denotandum intensum amorē uiri ad uxorem. Nō est tñ hic questio de amore carnali, seu potius brutali, sed amore casto, sancto, & honesto. Vnde Thobie. 6. legitur, q̄ demō occidit septē uiros Sare, eo q̄ affectu libidinis expleta cū ea cōtraxissent. Tñ ergo inter cōiuges amor est, interius, & tamen castus, si mouerit mutuo se supponere, si paci-

ficē

hæc uir, si fidē sibi mutuo seruauit, si tēpore, & loco ab acta matrimoniali se abstineant. Vnde de tali intēso, & casto amore matrimoniali loquens Apo. ad Ephe. 5. ait. Viri diligite uxores uestras, sicut, & Christus dilexit ecclesiam. Item Colo. 3. Viri diligite uxores uestras, idest, non rebelles illis estote, sed diligite. Quinimmo et subdit dicens. Et nolite esse amanti ad eas. Et istud est contra multos uiros, qui uix post sunt dicere unum uerbum gratiosum ad uxores suas, sed semper cum asperitate, & amaritudine loquuntur eis.

**TERTIUM** concernens carnales nuptias est cohabitatio. Debet enim mulier transigrare de patria sua, & de cognatione sua, ut sequatur uirum suum, & cum eo habitet. Hoc autem insinuat, cum subditur in præsentī euangelio Galilææ: Nam Galilæa transigratio interpretatur. Vnde Gen. 2. Relinquet, inquit dominus, homo patrem suum, & matrem suam, & adherēbit uxori suæ. Hæc idē dicit Apost. ad Ephe. 5. Ecce quomodo debet uir adherere uxori suæ quantum ad corporalem cohabitationem. Magis tamen conuenit, quod mulier sequatur uirum suum patriam, aut habitationem mutantem, quam eductio, maximè cum uir sit caput mulieris, ut dicit Apost. ubi supra.

**QUARTUM** concernens dictas nuptias carnales, est tristitiarum pressio, quæ notatur cum subditur. Et erat mater Iesu ibi, scilicet, in nuptijs. Nam Maria, quæ uno modo ualde amara interpretatur, & quæ fuit in nuptijs, designat quod nuptiæ quantumcumque iucundæ, & lætæ celebrentur, uix tamen, aut nunquam sunt absque tristitia, & merore. Tot enim sollicitudinibus repletur status coniugalis, quod pro una læticia centum tristitiarum, & angustiarum communiter succedunt. Sepe enim uxor dura est uiro suo, & e contra. Item proles indisciplinata, aut infirma. Insuper interdum multiplicatur proles, & tunc oportet sollicitari de educatio ne earum. Cum autem ad debitam ætatem uenerint, & præsertim si fuerint filiarum, & oportet sollicitari de matrimonio earum. Item quandoque obeunt mortem, & tunc parentes ualde affliguntur, & sic de alijs infortunijs, quibus subest status matrimonialis. Ecce quomodo Maria inuenitur in nuptijs, idest, amaritudo. Propter quod nonnulli dixerunt uirum sapientem non debere nuptias facere, eo quod, qui

subit,

nubit, aut inuenit uxorem bonam, aut malam. Si bonam, tamen eam perdere. Si uero malam, dolere, quod eam duxit, & quod tam diu uiuit. Et sic talis non est absque amaritudine, & cordis afflictione. Propter quod nonnulli uiri, quamuis faceret, dicunt se esse martyres.

**QUINTUM**, concernens dictas nuptias est spiritualis consolatio, quæ notatur, cum subditur, quod uocatus est Iesus ad nuptias, & discipuli eius. Nam ubi nuptiæ debent, & honestè celebrantur, non cum ebrietatibus, non cum clamoribus, non cum uerbis turpibus, tunc ad has uenit Iesus inuisibiliter, maximè cum dicat Matth. 18. Vbi duo, uel tres congregati fuerint in nomine meo, in medio eorum sum. Item ubi uir, & mulier matrimonialiter iuncti pacificè uiuunt, cum illis habitat dominus. Vnde Eccl. 2. 5. dicit, quod uir, & mulier bene sibi consensientes in matrimonio, sunt sibi ualde grati. Ecce spiritualis consolatio coniugum bene contrahentium, & pacificè cohabitantium, scilicet, habere secum Iesum, qui saluator interpretatur, quia reuera tales salubriter uiuunt, & cum læticia utriusque hominis. Cui illis etiam habitant discipuli domini, idest, sancti Angeli illos custodientes. Et de hoc historiam habemus Thob. 8. de Raphael, qui custodiuit Thobiam iuniorem, ne dormiendo cum Sara uxore sua strangularetur à demone Asmodeo, sicut factum fuerat de alijs septem eius uiris prioribus.

**SEXTUM** concernens sæpe dictas corporales nuptias, est peccati excusatio, quæ notatur, cum tandem subditur Christum aquam in uinum mirabiliter conuertisse. Per quod designatur actus carnalis, qui est mortalis extra matrimonium, excusatur simpliciter à culpa, cum debet exerceri in matrimonio, & sit uirtuosus, & meritorius in habente gratiam. Vnde in decretis distinct. 26. deinde, dicitur quod nuptiarum culpa, quia Dei mandato perficitur, non potest dici peccatum. Quinimmo asserens actum matrimoniale, non posse licitè fieri, est anathematizandus, prout legitur, 30. distinct. si quis nuptias, ubi sic dicitur. Si quis nuptias in accusationem duxerit, & mulierem fidelem, ac religiosam cum uiro suo dormientem abominandam crediderit etiam accusandam, tanquam non posse coniugatos in regnum Dei ingredi, anathema sit. Actus ergo matrimonialis in duo

hæc



bus casibus efficitur uinum, id est, uirtuosus. Primus est, quando exercetur intentione prolis procreandæ, aliàs si exercetur causa explendæ libidinis, fornicarius est actus, ut notatur. 3. 2. q. 2. pudor. Dicit etiam lex ciuilib. ff. de dilitio edic. l. queritur. §. si mulier, quod magnum præmium est mulieribus concipere, & conceptum tueri. Secundus casus est, quando exercetur causa reddendi debitum, ut notatur. 3. 3. q. 5. si dicat. In his enim duobus casibus non peccat uir cognoscens uxorem suam, imò meretur supposita gratia. Qui autem cognoscit uxorem suam causa explendæ libidinis intra tamen limites matrimonij, siue causa fornicationis uitandæ peccat uenialiter, ut notatur. 3. 2. q. 2. sicut nõ omnis, in fine. Quod si excedat limites matrimonij, sic scilicet, quod uxorem cogno scere uellet etiam dato, quod non esset eius uxor, tunc mortaliter peccat secundum omnes doctores, ut patet. 3. 2. q. 4. origo, ubi dicit Hier. quod nihil scdus, quam uxorem amare, quasi adulteram. Item idem Hier. & recitat ubi sup. c. liberorum, dicit quod uoluptatesque de meretricum amplexibus capiuntur, in uxore sunt damnatæ. Sic ergo patet diffusè de primo principali.

SECUNDO principaliter in præsentī Euangelio fit mentio de muliebri compassione, cum subditur. Deficiente uino dixit mater Iesu ad eum. Vinum non habent. Cum enim Virgini Mariæ cura non incumberet de uino prouidendo, nec ab aliquo rogaretur, ut aliquid in tali necessitate ageret, tamen propria compassione mora filio suo, necessitatem exposuit conuiuantium, ut succurreret. Quanto magis ergo sperandum est ipsam matrem pietatis uelle succurrere sibi deuotis famulis in necessitate constitutis, si modo eam inuocauerint deuotè? Sed cur permisit Christus uinum deficere in nuptijs eo præsentē? Ad hoc responderet glos. ord. q. hoc ideo fecit, ut mirabiliter uino de aqua facta uirtus sue deitatis latentis appareret. Et quamuis, ut dicit Aug. maior uirtus Dei appareat in creatione rerū, & gubernatione celi, & terræ, & quod quotidie aqua pluuialis per uites in uinum uertitur, & ex paruo seminario fruges creantur, hæc tñ ex usu uiluerūt. Et ideo quadam, & si minima præter solitum sibi reseruauit Deus, per que uirtus, que in maioribus et operatur, ad memora reducit. Hæc ille. Sequitur Christi responsio ad matrem,

Quid

Quid mihi, & tibi est mulier? Super quo Aug. & glo. interli. Quid est comune deitati meæ, & tibi matri secundū carnem. Mihi filio tuo persuades, ut miraculosa subueniam præsentī necessitati? Sed non habeo hoc a te, 3. quia habeo humanitatē solam. Sed illa non operatur miracula, sed tantū diuinitas, quam non habeo a te, sed a patre meo, qui est in cælis. Sequitur. Nondum uenit hora mea, glo. interli. id est, opportunitas offendendi naturam, quam ex te habeo. Sed offensa diuina natura mea, offenderetur & humana natura per passionem. Tandem misit Christus sex hydrias impleri aqua. Et nota, quod hydria est uas, in quo recipitur aqua.

MYSTRICÆ secundum glos. ordi. sex hydrias possumus referre ad sex ætates mundi, in quarum qualibet aqua mutata est in uinum, si diligenter cuncta discutiantur.

IN prima igitur ætate, quæ incepit ab Adam, & durauit usque ad Noe, Abel a fratre suo Cain occiditur. Tunc autem ex hac historia ille aquam bibit, qui in nocentiâ Abel sequitur, & malitiam Cain fugit. Ille uerò ex eadem historia uinum bibit de aqua mutatum, qui per eandem historiam Christi mortem a fratribus suis Iudeis procuratam intelligit.

IN secunda ætate, quæ incepit ab Abel, & durauit usque ad Abraham: Noe in arca saluatur contra diluuium. Ille ergo ex hac historia aquam bibit, qui intrat arcam penitentis, ne absorbeat in inferno. Sed ille ex aqua uinum factum bibit, qui per arcam Ecclesiam intelligit, in qua sola est uera salus. Et similiter, qui per diluuium sacramentum baptismi præfiguratum fuisse agnoscit, quia sicut per aquas diluuii corpora extincta sunt, ita & in baptismo peccata, etiam quo ad culpam, & penam totalem in foro Dei debentur.

IN tertia ætate, quæ incepit ab Abraham, & durauit usque ad Dauid, ipse Abraham obediens Dei præcepto parauit se, ut immolaret filium suum. Loco tamen filij immolauit arietem. Gene. 22. Ille ergo aquam bibit, qui ex hac historia obedire Deo dicit, Qui autem per hoc Christi passionem in qua nõ deitas, sed sola humanitas passa est præfigurari agnoscit, talis uinum ex aqua factum bibit.

IN quarta ætate, quæ incepit a Dauid, & durauit usque ad transmigrationem, siue usque ad captiuitatem iudeorum, ipse Dauid totus humilis in regem assumitur, & Saul superbus

regno

regno priuatur. 2. Reg. 5. Ille ergo aquam bibit, qui ex hac historia discit humiliari, & superbiam summopere uitare. Qui uerò per hoc Christi regnum intelligit, talis uinum ex aqua factum bibit.

IN quinta ætate, quæ incepit à tempore captiuitatis Babydonice, & durauit usq; ad tempus reductionis populi Israeliæti in terram suam, ille aquam bibit, qui captiuitatem, quam facit peccatum, per poenitentiam soluit intelligit. Qui autem per hoc redemptionem totius mundi, per Christum factam præfigurati agnoscit, hic uinum ex aqua factum bibit.

IN sexta ætate Christus circumcitur. Ille ergo aquam bibit, qui literaliter circumcissionem obseruat, ut populus Iudaicus. Qui uerò per huiusmodi circumcissionem depositionem totius mortalitatis, & superfluitatis, quæ fiet in generali electorum resurrectione, intelligit, hic uinum ex aqua factum bibit. Pater ergo ad quid referantur sex hydræ posite in Chana Galilææ. Item quomodo aqua mutatur in uinum. De hoc etiã sensu mystico sex hydrarum uide diligenter dñm Aatonium Florentinum in 4. par. summæ sue, tit. 15. ca. 38. per totum.

MORALITER. Duo sunt genera hominũ ualde differentiu. Primi sunt peccatores, secundi sunt iusti. Peccatores ergo per oppositũ ad Christum conuertunt uinũ in aquam. Habent enim plerique eorum delicias suas in presenti, ita ut inebriantur gaudijs huius mundi, & totaliter infatuentur in tantum, quòd libenter uellent hic semper manere, dicentes illud Matt. 17. Bonũ est nos hic esse. Contra quos clamat Apostolus ad Ephe. 5. dicitis: Nolite inebriari uino, sup. gaudiorum huius mundi. Tales ergo mutant uinum in aquam, quia pro talibus delicijs uitæ presentis sustinebunt horribiles cruciatu in inferno, & tunc dicunt illud Hier. 8. Peccatiuus Domino, & ideo potum dedit nobis aquam fellis, idest, aquam amarissimam. Tunc etiam cuihbet reprobo, cum improprio dicitur illud eisdem Hier. 2. ca. Et nunc quid tibi tuis in uia Aegypti? ut bibas aquam turbidam? Ecce quomodo peccatores tandem conuertunt uinum in aquã intolerabilem: iusti autẽ per oppositũ conuertunt aquam in uinum. Sunt enim parati penuriam pati, & quæque aduersa tolerare patienter in presenti, ut in futuro inebrientur ab ubertate domus Dei. Tunc enim uinum illud suauissimũ uisionis beatificæ,

tificæ, quo inebriabuntur electi, significabit corda eorũ. Vnde ad potandum huiusmodi uinum inuitabit electos Dominus dicens illud Can. 5. Bibite amici mei, & inebriamini charissimi. Audiant ergo, & corde intelligant miseri peccatores, & cõtemiscant. Audiant iusti, & electi, & cõsolentur. Audiant, inquam, utrique Dominũ Esa. 65. dicentem. Ecce serui mei comedent, & uos esurietis. Serui mei bibent, & uos sitietis. Serui mei lætabuntur, & uos confundemini. Et sic patet de secundo principali.

TERTIÒ principaliter in presenti Euangelio fit meritum de miraculi operatione. Nam cum ministri impleuissent hydras aqua ad Christi mandatum, & dixisset eis postmodũ, ut haurirent inde, & ferrent architrachino, idest, euidam uiro notabili, qui erat principalior inter conuiuantes, & ille gustasset, mox cõperit aquam uinum factum. Cũq; ignoraret, unde hoc processisset, statim uocauit sponsum, & reprehendit eum, eo qd non propinasset astantibus in principio prandij tam egregium, & præcipuum uinum, sicut in omni bono conuiuio solet melius uinum propinari. Sponsus autẽ ex cõuiuio se super ministros nuptiarum, quibus in medium uocatus, & interrogatus, responderunt hoc esse opus Christi, qui forsitan in inferiori parte mensæ sedebat unã cum matre, & discipulis suis. Tunc ergo narrare ceperit qualiter ad eius imperium impleuissent hydras suas aqua, quæ subito mutata fuerat in optimũ uinum. Quo audito, conuiuẽ ceperunt dicere. Benedictus, qui uenit in nomine Domini. Quo uero Iohannes relicta uxore sua (secundũ unam opinionem) secutus est Christũ, & factus est eius discipulus. Postea autẽ redijt ad propria, idest, ad pificationem, non tamen ad uxorem, & demum uocauit eum Christus, cum resciferet retia in nauimã cum Zebedeo patre suo, & Iacobo fratre illius, ut patet Matt. 4.

MORALITER. Notandum iuxta illud uerbum architrachini ad sponsum: Tu seruasti uinum bonum usq; adhuc, quòd multiplex est uinum bonum, quod seruat Dominus usq; ad præfixum tempus.

PRIMUM est uinum Domini sanguinis, de quo in Psal. Calix in manu Domini uini meri. Istud autẽ uinum nõ dedit Dominus ante peccatum, nec statim post peccatum, sed seruauit

mauit illuc usque ad legem gratiæ, quando scilicet in ultima cœna, cum esset transiturus de hoc mundo ad patrem, sacramentum altaris sub specie panis, & uini instituit. Et tunc dixit discipulis suis illud Prouerb. 9. Venite, comedite panem meum, & bibite uinum, quod miscui uobis, idest, parauit. Ecce quomodo ipse seruauit uinum bonum usque tunc.

**S E C U N D U M** est uinum compunctionis, de quo in Psal. Ostendisti populo tua dura; potasti nos uino compunctionis. Isto uino potantur ueri penitentes, quibus primò ostendit dura, idest, apparere facit per interiorè inspirationem duram mortem, duriorè inferni cruciatum, durissimam iudicij finalis sententiã, quando scilicet dicit his, qui à sinistris eius erunt: Ite maledicti in ignem æternum; &c. Matt. 25. Psal. Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos. Nota, quomodo tunc improperebit reprobis seuerus, & districtus iudex ille Christus omnia, & singula beneficia, quæ illis contulit in presenti. Item mala multa, & grauissima, quæ commiserunt. Item penè infinita bona, quæ facere potuerunt, & neglexerunt facere. Ecce ergo dura, imò durissima, quæ ostendit Dominus peccatoribus in presenti, ut sic eos prouocet ad ueram peccatorum suorum contritionem. Vnde, qui inde emendantur, & corriguntur, merito dicere possunt id, quod sequitur: Potasti nos uino compunctionis. Practica quomodo hoc uino compunctionis fuit à Domino potata peccatrix Magdalena, ita ut de eâ dicatur Luc. 7. ꝑ la chrymis cepit rigare pedes Domini. Idem practica de Petro. Item David, &c. De hoc ergo uino merito dicere possumus ad Dominum: Tu seruasti uinum bonum compunctionis usque adhuc, idest, quando durat uita presens.

**T E R T I U M** est uinum diuinæ consolationis. De quo in Psal. uinum lætificet cor hominis. Nisi enim istud uinum diuinæ consolationis olim lætificasset corda Apostolorum, & sanctorum martyrum, multi proculdubio defecissent sub tormentis: Vnde nunc dicunt illud Psal. Nisi quia Dominus erat in nobis, scilicet interius consolando, eum exurgerent homines, idest, tyranni, in nos, forsitan pertuisset anima nostra aqua intolerabilis idest, grauissimos cruciatibus, qui uelut aqua trionferunt. Et nota, quod dicit forsitan, quia non ponendum est potius negatiuè, quam affirmatiuè. Vel ut dicit Dominus

Hugo

Hugo. Car. ly forsità capitur interrogatiuè, ita ut sit sensus. Putas, inquit sancti Dei martyres, quod anima nostra, siue animæ nostræ potuissent petransire tot, & tantos dolores, nisi Dominus nobiscum fuisset? Ac si aperit dicent, quod non. Ecce qualiter uinum diuinæ consolationis lætificat cor hominis, faciendo eum gaudere, & letantem perferre aduersa huius sæculi. Nota de Laurètio, & de Tiburtio, qui supra prunas ardentis gaudebat Item de Apostolis legitur Actuum. 5. quod cum magistratus iudeorum fecissent eos eorum consilio flagellari, & postmodum dimisissent eos abire, prohibentes tamen, ne amplius loquerentur in nomine Iesu, ibat dicti Apostoli gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.

**Q U A R T U M** est uinum gaudij diuinæ uisionis, de quo potest intelligi illud Prouer. ult. Date uinum his, qui amaro sunt. i fuerunt animo, quales extiterunt ueri penitentes, & penè infiniti alij aduersa in presenti equanimiter patientes. Bibant, supple, tales de predicto uino diuinæ uisionis, ut obliuiscantur egenitas sue, quam, sup. in presenti gesserunt, & doloris sui non recordentur amplius. Ad idem refertur, quod legitur Apoc. 2. i. Abstergat Deus omnem lachrymam ab oculis Sanctorum, & mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quæ prima abierunt. Predictum ergo uinum diuinæ uisionis præparat Christus electis in celis dicens illis illud Luc. 22. Ego dispono uobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum, ut edatis, & bibatis super, &c. Insuper ipse nos inuitat ad dictam mensam, dicens illud Ioan. 7. Si quis sitit, ueniat ad me, & bibat. Curramus ergo cum omni festinatione charissimi in odorem tæ suauissimi uini, quod proponitur in taberna celesti, ut inebriemur ab ubertate domus Dei. Præstante dominò nostro Iesu Christo, qui cum patre, &c.

*Dominica secunda post octauas Epiphaniae, Sermo primus de epistola.*

**N**OLITE esse prudentes apud uosmetipsos. Ro. 12. homo inter oia animalia est maximè sociabilis. Vñ, & Aristot. in politicis lib. 1. dicit, quod homo est naturaliter animal politicum.

Ser. Do. G. Pep. Pars Hiem.

N

politi-

politicum, & ciuile. Propter quòd subdit ibidem post pauca, quòd homo solitarius, aut Deus, aut bestia est. Est ergo homo creatura sociabilis à natura. Vnde si fuerit bonus, & iustus, sociabitur Deo quidem per gratiam, & charitatem, cum proximo autem per concordiam, & pacem. Vnde Apostolus in hodierna Epistola ostendit, qualiter unusquisque ad proximum suum se habere debeat, & cum eo conuersari. Nam in eadem Epistola hæc facit, uidelicet.

Concordiæ impedimentum remouet, ibi.

Nolite esse prudentes, &c.

Propriam uindictam prohibet, ibi.

Nulli malum pro malo reddentes.

Vitæ exemplaritatē docet, ibi.

Prouidentes bona, non, &c.

Pacem procurandam persuadet, ibi.

Si fieri potest, quod ex, &c.

Patientiam seruandam præcipit, ibi.

Non uosmetipsos defendentes, &c.

Charitatis perfectionem ostendit, ibi.

Si esurierit inimicus tuus, &c.

Virtuosam constantiam describit, ibi.

Noli unci à malo, sed, &c.

PRIMÒ igitur Apostolus in præsentī Epistola remouet impedimentum concordie, cum ait: Nolite esse prudentes apud uosmetipsos. Nam cum quis præsumit de sua prudentia, aut sapientia, non uult credere sententiæ, aut opinioni aliorum. Et per hoc præstatur impedimentum concordie. Et ideo ad hoc impedimentum remouendum dicit hic Apostolus. Nolite esse prudentes apud uosmetipsos, ut scilicet, iudicetis solum, id est, prudentie, quod uobis uidetur. Talium enim prudentiam reprobatur Scriptura Esa. 5. dicens. Ve qui sapientes estis in oculis uestris, & coram uobismetipsis prudentes. Et profectò sunt hodie multi tales sapientes, & prudentes super terram, ut pote, multi principes, & prælati, iudices, atque communitatum rectores, qui omnia uolunt disponere ad nutum, spernentes aliorum consilia. Et ideo non immeritò sepe illis succedit male.

VEL dic conformiter ad glo. interli. quòd hic prohibet Apostolus, nequis suam prudentiam apud seipsum abcondat,

dat, sed tempore, & loco in ordine ad alios exerceat, qui consilio, & directione indigent. Vnde ad propositum dicit Scriptura Prouc. 5. Derinentur fontes tui foras. Et istud est contra multos peritos consiliarios, aut medicos, siue theologos, qui nolunt simplicibus, aut indigentibus præbere consilium, nisi forte mediandibus illis.

NOTANDVM etiam circa hanc materiam, quod triplex est prudentia secundum beatum Tho. 2. 2. quæst. 45. art. 13.

PRIMA dicitur falsa. Et hanc prudentiam habent mendaces, & peccatores, qui sciunt bene adinuenire media perueniendi ad fines suos. Da exemplum de astuto malefactore, aut latrone, qui conuenientes uias inuenit ad latrocinandum. Vnde talis cõmuniter dicitur bonus latro. Da etiam exemplum de aliquo lubrico uiro, qui bene scit inuenire medium deflorandi aliquam uirginem, & decipiendi eam. Da denique exemplum de astuto aduocato, qui suis cautelis, & astutijs bene nouit euertere aliquam bonam materiam, aut adinuenire cautelas, quibus impediatur, ne citò pronuncietur sententia. Et hæc prudentia proprie dicitur astuta, ab astute autem, & improprie nuncupatur prudentia. Hanc etiam uocat Apostolus Rom. 8. prudentiam carnis, dicens: Prudentia carnis mors est. Et est sensus, quòd prudentia hominum mundanorum, & peccatorum, qui non sapiunt, nisi quæ carnalia sunt, inducit mortem culpæ, & tandem perducit ad mortem gehennæ.

SECUNDA prudentia dicitur uera, sed imperfecta. Scit enim adinuenire uias accommodatas ad finem bonum, sed quia ille finis non est finis totius humane uite, sed alicuius specialis negocij, ideo talis prudentia etiam fit bona, non tamen perfecta. Da exemplum de bono, & fideli negociatore, artifice, causidico, medico, aut huiusmodi. Et de hac prudentia potest intelligi illud Luc. 16. Filij huius sæculi prudentiores sunt filijs lucis in generatione sua. Non ergo simpliciter prudentiores sunt, sed quantum ad uocationem, & occupationem suam.

TERTIA prudentia dicitur uera, & perfecta, quam sic diffinit beatus Thom. ubi supra, ita dicens: Prudentia uera, & perfecta est, qua consiliamur, iudicamus, & præcipimus, quæ ad bonum finem totius humane uitæ pertinent.

Aster autem prudentiam ueram, & perfectam diffinit Arist. in sua Rhetorica lib. I. ita dicens: Prudentia est uirtus mentis, qua de bonis, & malis, quæ ad felicitatem pertinent, bene possumus consulere, iudicare, & præcipere: Et hæc diffinitio prudentiæ coincidit cum prima. Prima prudentia solis malis continet. Secunda bonis, & malis est communis. Tertia uerò solis bonis competit.

SECUNDO Apost. in presenti Epistola prohibet propriam uindictam, ne scilicet, quis uindictæ se autoritate priuata, dicens. Nulli malum pro malo reddentes. Huiusmodi ergo uindicta uitare debemus, signatim propter tria. Primo quidem propter diuinam prohibitionem, de qua Prouerb. 10. Ne dicas. Reddam malum pro malo, expecta Dominum, & liberabit te. Secundo uerò propter uitandam usurpationem. Qui enim appetit uindictam, siue magis, qui uult se uindicare, aufert à Deo, quod suum est. Ipse enim est, qui ait Deut. 32. Mea est ultio, & ego retribuam eis in tempore. Tertiò autem propter uitandam propriam damnificationem. Vnde Psal. Si reddidi retribuētibus mihi mala; decidam meritò ab inimicis meis inanis, idest, si nocentibus mihi nocui, perdam illam retributionem, quam aliis eram à Deo recepturus. Item Eccl. 28. dicit sapiens. Qui uindictari uult, à Domino inueniet uindictam, & peccata illius seruans seruabit.

QUAERTIVS, si index inferens mortem pro commisso, agat contra uerbum Apostoli dicentis. Nulli malum pro malo reddentes? Respondetur, quòd non. Pro quo notandum secundum beatum Tho. in postilla sua super Epistolas Pauli, quòd dupliciter potest intelligi aliquem reddere malum alicui. Primo quidem formaliter, ut scilicet, deleatur in pena illius liuore uindictæ, & odij, quod gerit aduersus alium. Et istud prohibet Apost. in uerbis prædictis. Nec istud intendit bonus iudex iudicans malefactorem suspendi, quinimo potius per hoc intendit bonum, quam malum. Nam bonum est, cum redditur malum penæ pro malo culpæ secundum æquitatem iustitiæ. Hoc autem intendit bonus iudex. Et hoc modo Paulus, prout legitur. I. Cor. 5. Tradidit quendam Corinthium Satanæ corporaliter uelandum propter suum incestum, ut scilicet eius spiritus saluus fieret. Secundo potest intelligi aliquem reddere malum pro malo alicui materialiter,

ter, utpote, quòd mors infligatur malefactori secundum exigentiam casus, & hoc non prohibet Apostolus, dummodo fiat autoritate legis, siue iudicis. Et sic patet, quòd bonus iudex puniens malefactorem non facit contra uerbum Apostoli, si rectè intelligatur.

TERTIO Apost. uite exemplaritatè docet, cum subiungit dicens: Proidentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Super quo dicit glossa interli. quòd Apost. hic prohibet, ne licita cum scandalo fiant. Dicit ergo. Proidentes bona non tantum coram Deo, idest, in cordis fecerote, sed etiam coram omnibus hominibus, ut non fiat scandalum, sed detur bonum exemplum, quia illud fieri debet, quòd & Deo non displiceat, & fratribus scandalum non sit.

PRO quo notandum, quòd contingit homines provide- re uarijs modis. Nam quidam prouident coram hominibus, & non coram Deo, ut sunt hypocrite, quibus sufficit, quòd sint bonæ estimationis apud homines, iuxta Christi testimonium Mat. 6. Omnia, inquit, opera sua faciunt, ut uideantur ab hominibus. Alij prouident opposito modo, uidelicet coram Deo, & non coram hominibus, quales sunt uiri imperfecti, qui dicunt illis sufficere, quòd bonam habeant conscientiam, & quòd non curant de uerbis hominum, neque de bona fama apud alios, cum tamen dicat sapiens Eccl. 47. Curam habe de bono nomine. Hoc enim magis permanebit tibi, quam mille thesauri preciosi, & magni. De prædictis etiam loquens August. & recitatur. I. 1. q. 3. non sunt dicit sic. Non sunt audiendi, siue uiri sancti, siue sceming, qui quòdo reprehenduntur in aliqua negligentia, per quam fit, ut in malam ueniant suspicionem, unde suam uitam longe abesse sciunt, dicunt coram Deo sufficere sibi conscientiam, estimationem hominum, non solum imprudenter, uerum etiam crudeliter cõtemnentes, cum occidat animas aliorum, hinc blasphemantiũ uiam Dei, quibus secundum suam suspicionem, quasi turpis, que casta est, displicet uita sanctorũ. Deinde in fine sic insert idẽ August. Nobis necessaria est uita nostra, alijs fama nostra. Hæc ille. It idẽ ad idẽ propositũ loquẽs ser. de cõmuni uita clericorũ, & recitatur. I. 2. q. 1. nolo. dicit sic: Nolo, ut aliquis de nobis inueniat male uiuendi occasionem. Prouidemus, a bona (ut ait

Apost.) non solum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. propter nos conscientia nostra nobis necessaria est. propter uos fama nostra non polliat, sed pollere debet in uobis. Duae res sunt conscientia, & fama. Conscientia necessaria est tibi, fama proximo tuo. Hec ille. Patet ergo, quod non satis est prouidere coram Deo, nisi etiam prouideatur coram hoibus per bonam exemplaritate. Alij neq; coram Deo, neque coram hominibus prouident, ut sunt notorij, & manifesti peccatores. Et tales sunt pessimi, ut potest, qui nec Deum timet, nec homines reuerentur, quinimmo eos aperte scandalizant. Propter quod rebus aliud non expedit iuxta domini sententiam, nisi ut suspendatur mola asinaria in collo eorum, & demergant in profundum maris. Matth. 18. Alij, & quartj sunt, qui prouident utroque modo, uidelicet coram Deo & hominibus, ut sunt uiri iusti, & perfecti, qui in secreto cordis sui prouident coram Deo per conscientiae puritatem, & coram hominibus per uitae exemplaritatem, iuxta Christi exhortationem Matth. 5. ubi ait, Sic luceat lux uestra coram hoibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem, &c.

Quartj ad Apostolum in presenti epistola pacem procurandam persuadet, dicens. Si fieri potest, quod ex uobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. In quibus uerbis tangit tria de pace procuranda. Primum est difficultas. Ideo dicit. Si fieri potest. Et reuera uisa hominum obstinatione, & malitia, perdifficile est, ut in pluribus, procurare pacem inter discordes. Secundum est possibilitas. Unde subdit. Quod ex uobis est. Quamuis enim difficile sit procurare pacem, debet tamen unusquisque secundum totam possibilitatem suam ad hoc laborare. Tertium est generalitas. Ideo addit. Cum omnibus hominibus. Quidam enim uolunt habere pacem, cum amicis, & bellum cum inimicis, & ita tales non habent pacem cum omnibus hominibus, nec implent Apostoli preceptum. Debemus ergo habere pacem cum omnibus hoibus, quantum in nobis est, bellum autem cum uitijs.

Pro quo notandum, quod circa pacem hoies se habent in multiplici differentia. Quidam enim habent pacem cum pacificis, & hoc naturae est. Nam & bruta multa cum sibi similibus in specie pacem habent. Alij habent bellum cum bellicosis, & litigiosis, & hoc ad humanam pertinet imperfectionem.

fectionem. Alij habent pacem cum bellantibus, quantum in eis est, & hoc ad magnam uitae perfectionem pertinet. Talis autem erat rex Dauid, qui quaerebat pacem cum Saul, ubi tamen ipse Saul inuitate persequebatur eum. Idem dicit de filio suo Absalon. Propter quod in suo psal. dicebat. Cum ijs, qui oderunt pacem, eram pacificus, cum loquebar illis, supple, pacifice, impugnabant me gratis, idest, absque causa, & culpa mea. Alij uero habent bellum cum pacificis, & hoc ad magnam culpam pertinet, tum quia testamentum Christi uolunt impedire. Nam ipse in suo testamento reliquit pacem amicis suis, & iustus, dicens illud Iohan. 14. Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis. Tum quia eundem Christum uolunt de suo hospitio eicere, de eo enim dicit psalm. quod in pace factus est locus eius. Ecce quam grauius peccant perturbatores pacis.

Quintj ad Apostolum in presenti epistola nobis precipit, ut patientiam in aduersis seruemus, cum aiti. Non uosmetipsos defendentes charissimi, cum s. uideris uobis inferuntur ab alijs. Sed date locum ire, supple, peruersorum hoium. Vel date locum ire. i. iudicio Dei, ut dicit interli. Nam tunc faciet uindictam de illis, qui iniuste opprimunt bonos. Scriptum enim est de eo. Deuteron. 32. Mihi uindictam, & ego retribuam. Verbum tamen apostoli dicens. Non uosmetipsos defendentes, non est preceptum, sed potius consilij, nisi forsitan per hoc speraretur magna utilitas securura in populo Christiano. Quinimmo quicquid expedit se defendere, ne per nimiam tolerantiam aduersorum, mali sint procliuiores ad nocendum bonis. Sic enim olim egerunt multi uiri sancti rebus bellicis dediti, ut Iosue, Dauid, Iudas Machabeus, una cum fratribus suis, & similes. Similiter propter eandem causam principes catholici, ut Carolus magnus, beatus Ludouicus, Gaufridus de Billione, & multi similes arma sumpserunt aduersus infideles, & aduersarios nominis Christi.

Notandum etiam est, quod aduersa, quae inferuntur, aut inferuntur a Deo, aut ab homine. Si a Deo, tunc non licet se defendere per murmur, & impatientiam, aliis incurrere mortale peccatum, et quod Deus non immitte aduersa super terram, nisi ex rationabili, & iusta causa. Neque licet illi dicere, cur ita facis? ut habetur in Iob. Si uero aduersa inferuntur ab ho-

mine, aut inferuntur ex rationabili causa, & ab eo, qui potest, & tunc similiter sunt patienter toleranda, nec licet in tali casu se defendere. Da ex eplū de iudice in ordine ad malefactorem, de dño in ordine ad seruum delinquentem, de patre in ordine ad filiū deficientē. Si uerò non subisti causa rationabilis, sed iniusta, & peruersa, aut hmōi aduersa inferuntur multitudini, & tūc se licet defendere. Da ex eplū de bello, quod gerunt infideles aduersus Christianos. Aut inferuntur priuatæ personæ, & tunc licet se quandoque defendere uim ui repellendo, cum moderamine tamen inculpate tutelæ, siue quia talis persona, que quaritur ad mortem, est multum utilis reipublicæ, siue ad reprimendum temeritatē, & nimia insolentiā malorū. Vnde legit de multis sâctis martyribus, quod ualde durè, & asperè exprobauerūt crudelitatem, & nequitiam tyrannorum. Quandoq; aut licet patienter perferre hmōi aduersa propter bonum patientiæ, siue propter Deum. Et hoc modo sancti Dei martyres mortem patienter tolerauerunt. Et sic patet sufficienter declaratio prædicti uerbi Apostoli dicentis. Non uosmetipsos defendentes charissimi.

**S E X T O** Apostolus in hodierna epistola ostendit charitatis perfectionem, cum subdit dicens. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potum da illi. Hoc enim faciēs carbones ignis congerere super caput eius. Vbi gl. interl. Carbones, idest, seruorem charitatis. Nam qui benefacit inimico, dat illi occasionem inimicitias deponendi, & ipsum diligendi.

Quæritur circa hoc, utrum teneatur quis sub pœna peccati cibare, & potare inimicum suum esurientem, aut sitientem? Responso. Aut talis est in extrema necessitate, aut nō. Si primum, tunc uerbum Apostoli est obligatorium, supposita tamen facultate ex parte dantis, sic scilicet, quod habeat superflua ultra decemiam sui status, ut dicit beatus Thom. 2. q. 3. 2. artic. 5. Et ad hunc sensum loquitur Ambr. lib. de offi. & similiter recitatur in decretis distinct. 86. Pasce. Pasce, inquit, fame morientem. Quisquis enim pascendo hominem seruare poteris, si non paueris, fame occidisti. Super quo dicit glo. quod quis occidit alium per subtractionem panis corporalis. Item August. & recitatur. 14

quest. 5.

quest. 5. immolans. dicit, quod panis egentium, uita pauperis est, & qui defraudat illum, homo sanguinis est. Ille textus sumitur ex Ecclesiastico, cap. 34. Hinc lex ciuilis. ff. ad leg. rhodiam de iactu. l. 2. quæ incipit, si laborante. §. idem etiam. dicit quod tempore necessitatis omnia cōmunia sunt. Si uerò inimicus, non sit in extrema necessitate, tunc opus consilij est illi porrigere cibum, & potum. **Q**uinimo quæ licet potest dimittere, siue permittere inimicum suum aliquam necessitatem pati, citra tamen extremam, ut humilietur, & reatum suum recognoscat. Qui tamen hoc faceret in uoluntate, malè ageret. Qui autem præuenit cum in benedictionibus dulcedinis, ut sic eum ad deponendam inimicitiam prouocet, melius facit, & dupliciter meretur. Primum quidem, quia reficit eum. Secundò uerò, quia præuenit eum ad reconciliationem, & inimicitiam deponendā. Et sic patet ad quæsitum.

**S E P T I M O** Apostolus in præfenti Epistola describit uirtuosam constantiam, cum concludit dicens. Noli uinci à malo, sed uince in bono malum. Pro quo notandum, quod hæc duæ dictiones bonum, & malum possunt in proposito sumi adiectiue, & substantiue. Et quocunq; modo sumantur, debemus uincere in bono malum, & non uinci à malo.

**P R I M O** igitur possunt capi adiectiue, & tunc est sensus. Noli uinci à malo, hoste sup. siue per iram, siue per impatientiam. Sepè enim mali hoies infestant bonos, nūc uerbis, nūc signis; nūc factis. Sed proprie non uincunt iniuriati, nisi, & cum uolunt se uindicare. Vincit aut, eū uindicare nolunt, & hoc quo ad Deum, & in interiori hoste. Et ideo bene admonet Apostolus unumquemq; iniuriā passum, dicēs. Noli uinci à malo, sup. hoste, siue per irā, siue per impatientiam, sed uince in bono patientiæ, & charitatis, malū, sup. hostem. Sed profectò pauci sunt, qui hodie uelint sic uicere p patientiā, sed fermè oēs uolunt uincere p impatientiā reddentes malū pro malo, maledictū pro maledicto, Et tunc tales cum laborant uincere exterius, uincuntur interius, prout pulchrè declarat. August. ad fratres in eremo Serm. 73. qui in tit. De illo qui iram in pectore retinet, ita dicens. Vide, ne dum uis hominem uincere, ab ira uincaris. Si autē uindicare uis, siua dubia

dubio uincere uis, scilicet, teipsum. Et hoc est, quod ait *Ap.*  
 Vince in bono malum. Hoc est enim, ut qui te læsit sua ira-  
 cundia, tu illum uince tua patientia, qui te læsit sua auaritia,  
 tu illum uince tua misericordia. Si esurit, ciba illum. Si sitit,  
 potum da illi. Hoc enim facies, carbones ignis congeres  
 super caput eius, scilicet, ut peniteat illum contra te inimi-  
 citias habuisse. Hęc ille.

S E C V N D O possunt ly bonum, & malum capi substan-  
 tiuè, & tunc est sensus. Noli uinci à malo, id est, à peccato,  
 quod est maximum malum, & propriè malum. Sed uince in  
 bono uirtutis malum culpa: Tu ergo homo noli uinci à ma-  
 lo superbiæ, considerans, quod omnem superbum sequitur  
 humilitas, ut habetur. *Prover. 19.* Sed uince in bono humi-  
 litatis malum superbie, animaduertēs, quod Deus deposuit  
 potentes de sede, id est, malos angelos de celo, & exaltauit  
 humiles, supple homines in cælum. Item noli uinci à malo  
 auaritiæ, considerans, quod radix omnium malorum est eu-  
 piditas, id est, desiderium diuitiarum huius seculi, ut habetur.  
*1. ad Timor. 6.* Sed uince in bono paupertatis, & contēptus  
 temporalium malum auaritiæ, animaduertens, quod nihil  
 intulimus in hunc mundum, haud dubium, quia nec aufere  
 quid possumus. Item noli uinci à malo luxurię, conside-  
 rans, quod fornicatores, & adulteros iudicabit Deus, ut ha-  
 betur ad *Heb. 13.* Sed uince in bono castitatis malum con-  
 cupiscentiæ carnalis, animaduertens, quod omnis fornicator,  
 aut immundus non habet partem in regno Christi, &  
 Dei, ut habetur ad *Eph. 5.* Item quod propter hoc, sup-  
 rium carnis, uenit ira Dei in filios dissidētiæ. Item noli uin-  
 ci à malo gulæ, considerans, quod propter gulam amisit  
 Adam paradysum terrestrem. Sed uince in bono abstinentię  
 malum gulæ, animaduertens, quod à gaudijs paradisi per  
 gulam cecidimus, & quodd opus est, ut ad hæc per abstinen-  
 tiam resurgamus, ut dicit *Gregor.* Similiter de alijs pecca-  
 tis, & uirtutibus sibi oppositis deduci facilliter potest, quali-  
 ter in bono uirtutis uincere debemus malum uitij. Quod  
 ubi egerimus, indubiè ad æterna gaudia tandem perueni-  
 mus, præstante Domino nostro Iesu Christo, qui cum  
 patre, &c.

*Dominica secunda, post octauas Epiph. Sermo secun-  
 dus de Euangelio.*



Vm descendisset Iesus de monte, secute sunt  
 eum turbe multe. *Math. 8.* Pro introductio-  
 ne præsentis sermonis mouetur q̄stio talis.  
 Vtrum in omnibus debeamus sequi Chri-  
 stum? Pro responsione notandum, q̄ in Chri-  
 sto fuerunt tria, uidelicet potentia, sapiētia,  
 bonitas. Vnde iuxta hæc tria ponam tres ueritates.

P R I M A igitur ueritas. Sicut non tenemur, ita nec pos-  
 sumus sequi Christum in summa potentia. Quis em̄ nostrū  
 p̄t creare celū, & terrā, spūs angelicos, aut humanos? Cer-  
 tē nemo. Quis ē p̄t mortuos cū imperio suscitare, & eos  
 illuminare, leprosos mundare, claudis gressum, surdis audi-  
 tum, mutis loquelam restituere? Profectō nullus, nisi solus  
 Dominus. Quod si mihi obiecias multos sanctos prædicta si-  
 gna fecisse, uel his similia, audi, & intellige, non propriè san-  
 ctos, sed dominum per ipsos miracula fecisse. Quædā enim  
 opera nobis commisit dñs faciēda, & quæ subint factula  
 ti nostræ, ut arare terram, colere uites, construere domos,  
 mederi quosdam langores, mineralia fodere, & his similia.  
 Quædam uerō sibi reseruauit specialiter, per eum tempore,  
 & loco faciēda, ut quæ totius nature creare excedunt facul-  
 tatem, cuiusmodi sunt illa, de quibus exemplificatum est.

S E C V N D A ueritas. Non possumus sequi Ch̄m in sum-  
 ma sapientia, & scientia. Ipse enim ēm q̄ Deus habet sapien-  
 tiam simpliciter infinitā, pariter & sciētia, cuius nulla crea-  
 tura est capax, sicut neq; deitatis. Secundū autē, q̄ homo ha-  
 buit, & habet sapientiam infulsam de Deo, simul, & sciētia  
 de creaturis, ēm quam cognoscit omnia, quę fuerunt, sunt,  
 & erunt, & quę possibilis sunt fieri, siue producta creatura.  
 Et breuiter tor, & tanta cognoscit Christus, q̄ in eo sunt  
 omnes thesauri sapientię, & sciētię absconditi, ut dicit  
 Apostolus ad *Colo. 2.* ita ut dicant doctores, q̄ anima Chri-  
 sti cognoscit omnia, quæ cognoscit uerbum scientia uisio-  
 nis. Propter quod dixerunt ei discipuli *Iohan. 16.* Nunc scī-  
 mus, quia scis omnia.



**TERTIA** ueritas. Tenemur, & obligamur, quantum in nobis est, sequi Christum in bonitate, ut sicut ipse est bonus per naturam, ita & nos simus boni per gratiā. Quæ quidem gratia est quadam participatio suæ immensæ bonitatis. Tunc autem sequimur Christum in bonitate, si diligimus inimicos nostros, & pro ipsis oramus. Hoc enim ipse fecit, dum penderet in cruce Luc. 23. Item sequimur Christum in bonitate, si pijs sumus ad pauperes. Ipse enim sic egit, ut patet. Iohan. 6. ubi legitur, quod pauit abundanter de quinque panibus hordeaceis, & duobus piscibus maximæ populi multitudinem ad se uenientem. Item sequimur Christum in bonitate, si compatimur debilibus, & infirmis. Ipse enim sic egit frequenter, ut patet de multis egrotis, quos curasse legitur in sacro Euangelio. Vnde & in Euangelio hodierno legitur, quod cum semel descendisset de quodam monte, & sequeretur eum multa turba, accessit ad eum quidam leprosus, petens gratiā sanitatis. Quem cum manu sua tetigisset, continuò curauit eum. Ecce eius bonitas.

**IN** presenti ergo Euangelio fit summariè mentio de duobus ægrotis à Christo misericorditer curatis, uidelicet de quodā leproso, & de quodam paralytico, qui erat feruus Conuersionis. Sed quia de tali paralytico tractatur feria. 5. post cineres, ubi ipsam historiam exposui in expositione Euangeliorū quadragesimaliū, ideo in presenti ipsam pertransibo, & tantum primam partem presentis Euangelij exponere intendendo, in qua de tribus principaliter fit mentio, uidelicet.

De ægrotō. De medico. De præcepto.

**PRIMÒ** igitur fit mentio de ægrotō, cū dicitur: Et ecce leprosus, &c. Prius tamen in principio Euangelij fit mentio de aduentu medici, cum dicitur. Cum descendisset Iesus de monte (ubi autem sit iste mons, aut quo nomine uocetur, Euangelista non exprimit) secute sunt eum turbæ multæ: Notanter dicit, turbæ multæ, quia reuera simplices, & pauperes sunt cōmuniter feruentiores in ijs, quæ Dei sunt, & deuotiores, quàm diuites, & nobiles. Propter quod dicebat Aug. in lib. confes. Stulti, & indocti rapiunt cœlos. Notandum tamen, quod non omnes sequebantur Christum eodem affectu. Nam aliqui eum sequebantur propter charitatem, quam ad eum gerebant, ut Apostoli, & discipuli. Alij propter eius do-

ctrinam

ctrinam audiendam, quales erant illi, qui dicebant. Nunquā homo sic locutus est, sicut loquitur iste. Iohan. 7. Alij propter sanitatem adipiscendam à languoribus suis. Alij propter curiositatem, sicut illi, qui cupiebāt uidere eius miracula, & adire noua, quæ prædicabat. Alij ut ipsum reprehenderent, si posset, ut pharisæi, qui illi insidiabantur, ut caperent eum in sermone, ut habetur Matt. 22. Alij propter refectionē corporalem, ut pauperes. Ipse enim quandoq; miraculosè panes multiplicabat, sicut expressè bis fecisse legit, uidelicet Io. 6. Item Mar. 8. Et ideo multi egentes sequebantur eum, ut de panibus eius saturarentur. Sic & hodie multi filij nobiliū uidentur sequi Christū assumendo statum Ecclesiasticum, siue ingrediendo religionē possidentium. Sed reuera fermè omnes tales talem statū assumunt nō propter Iesum, sed ut de panibus eius manducent. I. ut efficiantur magni prelati, & lautè epulent de bonis crucifixi. Vnde Aug. sup. Iohā. tractatu. 25. exponens illud Christi uerbū Iohan. 6. Queritis me, nō quia uidistis signa, sed quia manducaistis de panibus meis, dicit sic: Multi nō querunt Iesum, nisi ut illis faciat bene secundū rem pus. Vix autem queritur Iesus propter Iesum. Hæc ille.

**MYSTIC** priusquā Dei filius descendisset de monte cœli, qui est in uertice montium, uia cœli hominibus ignota. Adam enim primò eā inoperat, sed statim eā perdidit. Item Abraham ascendit in montē cum filio suo Isaac. Similiter & Moyses in montē Synai, nec tamen dictā uiam inueniunt. Iacob transiit Iordanē cum baculo suo, ut inueniret huiusmodi uia, quam tamen nō inuenit. Similiter Ioseph descendit in Aegyptū, nec dictā uiam inuenit. Helias, & Eliseus quæserunt eam in deserto, nec eā inuenērūt. Similiter Dauid elongauit fugiēs, & mansit in solitudine, nec similiter dictā uiam inuenire potuit. Vnde de oibus sanctis uiris, qui floruerunt in lege nature, aut scripta, merito potest dici illud Psal. Viam ciuitatis habitaculi nō inuenērūt. At uero postquā Dei filius descendit de prædicto monte cœli in hanc uallē miserij prædictā uiam nobis apertè offendit. Vnde & Iohan. 8. dicebat. Ego sum lux mundi, qui sequitur me, nō ambulat in tenebris. Item euisdē. 24. dicebat. Ego sum uia. Ipsum ergo sequamur, uiam mandatorum eius tenendo cum illis, de quibus legitur in presenti Euangelio, quod sequebantur eum turbæ multæ,

SEQUITUR

**S E Q U I T U R** in textu . Et ecce leprosus ueniens , & cetera .  
 Ecce miraculi descriptio , de quo tria tanguntur . Primum est  
 quando hoc factum est , quia cū descendisset Iesus de monte .  
 Secundū , corā quibus factū est , quia corā illis , de quibus sub-  
 ditur . Secutę sunt eū turbę multę . Tertiū qualiter se habuit  
 leprosus , quā adorabat Christū , &c . In leproso ergo tãgitur per  
 sona egroti , de quo tria tãguntur . Primi peccatoris , quod uenit  
 ad Christū . Secundum , quod adorauit eū . Tertiū , quod confessus est  
 Christipotentiā , cui cōmissit suā sanitatē , dicens . Dñe , si uis , po-  
 tes me mundare . Meritò ergo dicere poterat ad dñm Iesum  
 Christum illud ps . Duo hec audiui , quia potestas Dei est , & ti-  
 bi domine misericordia . In isto igitur leproso fuerunt tria .  
 Primum diligentia , quia uenit . Secundum humilitas , siue re-  
 uerentia , quia adorauit . Tertium discretio , siue prudentia ,  
 quia sanita tem sui ipsius Christo cōmissit . Nesciebat enim  
 quid pro salute anime sue magis expedit , scilicet , sanitas ,  
 an agritudo , & idcirco totum cōmissit prudentiā , & discretio-  
 ni peritissimi medici Christi . Sic debent facere egroti .

**M O R A L I T E R** per istū leprosum designatur peccator  
 uolēs penitere , qui debet facere tria prædicta . Primo enim de-  
 bet uenire ad Christū per sp̄ . Ps . Accedite ad eū non passibus  
 corporis , sed affectibus mentis , & illuminamini , id est , accede-  
 do ad dominum per firmam sp̄ de consequenda ab eo uen-  
 ia ipso facto illuminamini ab eo interius in conscientia ,  
 quia ut habetur Io . 1 . ipse illuminat omnem hominem ueniē-  
 tem in hunc mundum . Sequitur . Et facies uestrę non con-  
 fundentur . Ac si Psal . aperte diceret . Vos peccatores accedi-  
 te secuti ad Christum , quia ipse non repellet uos . Non mo-  
 dica enim confusio alicui est , quando accedit ad aliquem  
 magnum dominum , & turpiter ab eo repellitur . Nolite ergo  
 timere uos peccatores , quia uobis facit dñs , quia iuxta psal .  
 testimonium . Non repellet dñs plebem suam , quinimo eam  
 reuerentem gratiosè , & pacificè recipiet , iuxta illud euāgē .  
 Ps . Cloquetur dñs pacē in plebem suam , & super sanctos suos ,  
 & in eos , qui conuertuntur ad cor , supple dolendo de pecca-  
 tis suis . Secundò peccator postquam uenit ad dominum per  
 spem de ueniā , debet eum adorare humiliter , in ore publica-  
 ni , de quo legitur Luc . 18 . quòd longè stans nolebat oculos  
 ad cęlum leuare , sed percutiebat pectus suū , dicens . Deus pro-  
 pitius

pitius esto mihi peccatori . More etiam peccatricis Marię  
 Magdalenę , quę bis legitur humiliter adorasse Christum , ut  
 pote , ad pedes eius prostrata , ut patet Luc . 7 . & Iohan . 11 .  
 More deniq; Petri Apostoli , qui procedit ad genua Iesu post  
 capturam piscium , dicens . Exi à me domine , quia homo pec-  
 cator sum . Luc . 5 . Tertiò peccator ueniēs ad Christum per  
 penitentiam debet seipsum totum committere sue misericor-  
 dię , & uoluntati , & ex magna fiducia dicere illi . Domine , si  
 uis , potes me mundare , sup . à peccatis meis , à quibus humi-  
 liter peto à te mundari dicens cum Psal . Amplius laua me  
 domine ab iniquitate mea , & à peccato meo munda me , quo-  
 niam iniquitatem meam ego cognosco . Quòd ubi bono , &  
 sincero corde fecerit , profectò mundabit eum dominus , di-  
 cens . Volo , mundare .

**S E C U N D O** fit mentio de medico Christo , de quo sub-  
 ditur in Euangelio , quòd extendit manum suam , & tergit  
 leprosum , dicens . Volo . Mundare . Et confestim mundata  
 est lepra eius . Nec certè mirum , si Christus solo uerbo conse-  
 stum curauit leprosum , quia de eo scriptū est in Ps . Dixit , &  
 facta sunt , mādauit , & creata sunt . Et nota , quòd in illis duo-  
 bus uerbis . Volo . Mundare . duo notantur de Christo , quę  
 sunt humanitatis innata pietas , quia uolo , & maiestatis in  
 superabilis potestas , quia mundare .

**M O R A L I T E R** . Per leprosum ( ut dictum est ) intelli-  
 gitur peccator . Circa hunc autem leprosum extendit manum  
 suā dñs , cum reuocat eum à peccato . Tangit autē ipsum , cum  
 corporaliter affigit corpus , ut saluetur spiritus , quia ut di-  
 cit Greg in mora . li . 15 . c . 23 . Oculos quos culpa claudit , pe-  
 na aperit . Nescit enim impius mala , quę fecit , nisi cum pro  
 eisdem malis puniri iam ceperit . Vnde & per prophetam dñs ,  
 uidelicet . Esa . 28 . Sola uexatio intellectum dabit auditui , sup .  
 interiori . Hęc Greg Quòd autem corporalis uexatio faciat  
 culpā salubriter ad memoriā redire , probat idem Greg . sup .  
 Ezech . homi . 21 . per historiā fratrum Ioseph , qui cum ad  
 eum in Aegyptum declinasset , ut cibos emerent , & ille im-  
 posito illis , quę exploratores essent , fecisset eos in carcerē per  
 triduum recludi , redeuntes ad cor dixerunt . Meritò hęc pa-  
 timur , quia peccauimus in fratre nostrum , uidentes angustia  
 anime eius dum , deprecaretur nos , & non audiuimus . Id-  
 circo

circo uenit super nos tribulatio. Gen. 42. Debet ergo peccator ualde gaudere, & patienter ferre, cum sentiat se tangi à domino, siue per egritudinem, siue per temporalium ablationem, siue aliter. Debet enim considerare, quod dominus est, qui medetur. Nam sicut medicus corporalis interdum dat egrotomede lam asperam, siue potionem amaram, ut torum corpus sanetur, sic & dominus frequenter affligit, & tangit corpora ad salutem animarum. Quod ubi homo pariens fuerit, dominus dicit illi. Volo. Mundare. Et cōsētit mundabitur lepra eius. i. culpa, quantumcunq; grauis, & magna extiterit.

**N O T A N D U M** est autem circa hunc leprosum, quod multæ species lepræ corporalis inueniuntur in sacra scriptura, quæ uarias species lepræ spiritualis, quæ animam inficit, representant. Nihilominus, qui talibus speciebus lepræ spiritualis infecti sunt, mundari possunt, dūmodo, cū tanta humilitate, & fide ad dominum accedant, sicut accessit leprosus iste.

**P R I M A** igitur lepra dicit ostentationis, & iactantiae, de qua figuratiuè legitur Exo. 4. quod Moyses protulit extra sinum suū manū suā leprosam, quæ tū intra sinū retracta curata est. Ad propositū per manū opus bonū intelligitur. Cū igitur dicitur opus bonū exterius per iactantiā ostenditur, siue ostentatur, tūc lepra spiritali. i. macula peccati anima inficitur. Tunc uero predictū opus de genere honorū mundū seruatur, quod raris causa uanæ gloriæ fugiendæ absconditur. Propter quod Matt. 6. cōsultit dñs dicens. Attendite, ne iustitiā uestrā faciatis corā hōminibus, ut uideamini ab eis. Et ibi dat exēplū de e. Ieemofyna, & oratione. Textus est clarus. Huius autē oppositū multi faciūt, ut sunt illi, qui more scribarū, & Pharisæorū oīa opera fæta faciunt, ut uideantur ab hominibus, ut habetur Matth. 23. Et tales leprosi per iactantiā certè sunt naldè facti, cum primò quia apud Deum perdunt meritū operis sui, iuxta illud Matth. 6. Amen dico uobis, inquit Christus de talibus loquens, receperunt mercedē suam. s. gloriam mundanā, quā intendebant. Tū secundò, quia apud homines perdunt gloriā, & laudem. Solent enim homines probi tales iactatores in derisum habere dicentes, quod magni iactatores sunt parui operatores. Tum tertio, quia alijs manifestando opéra sua ad iactantiā sunt sibijpsis, causa maximè damni, scilicet, perdendi bonū, quod fecerant. Vnde Grego,

in mora.

in mora. lib. 8. c. 37. dicit quod iactatores, & humane laudis appetitores narrant alijs, quæ gesserunt, & in hoc os malignis spiritibus rendunt, quasi insidiantibus hostibus, qui prædentur. Hostes nempe ad rapinam prouocant, qui suas eorum notitiæ diuitias denudant. Quousque enim ab æternæ patriæ securitate disingimur, in latronum insidiantū iter ambulamus. Qui ergo in itinere depredati formidat, abscondat, necesse est bona, quæ portat. Hec illè. Legitur etiā in uitis patrum de sancta Syncretice, quæ dicere solebat, quod sicut thesaurus manifestus citò perditur, ita uirtus qualibet, cum innocuerit, uel publicata fuerit, exterminabitur. Da exemplum de speciebus aromaticis, aut unguentis preciosis, quæ exposita aeri, citò perdunt suum odorem, ita in proposito.

**S E C U N D A** lepra dicitur murmuris. Et hæc fuit in Maria sorore Moysi, de qua legitur Num. 12. quod cum murmurasset contra fratrem suum Moysen, percussa est lepra. Quod si murmur contra hominem mortalem, quāuis iustū, & ianctum sic puniunt, quid estimandum est de murmure contra Dominum? De pena autē huius lepræ legitur Num. 14. quod dixit Dominus de populo contra eum murmurante ad Moysen, & Aaron, usquequo hæc multitudo pessima murmurat contra me? Querelas filiorum Israel audiui, scilicet ob defectum aquæ. Dic ergo eis. In solitudine hac iacebunt cadauera uestra. Omnes, qui numerati estis à triginti annis, & scripta, & murmurastis contra me, non intrabitis terram, super quam leuauī manū meam, præter Caleph filium Iephone, & Iosue filium Nun. Similiter legitur eisdē Num. 21. quod cum populus Israel murmurasset cōtra dominum ob defectum panis, & aquæ misit contra eos dominus serpentes ignitos, ad quorum morsum multi mortui sunt. Propterea Apo. 1. ad Cor. 10. nos admonet, dicens. Neque murmuraueritis, sicut quidam eorum murmurauerunt, & à serpentibus perierunt. O quot sunt hodie homines super terram percussi hac lepra murmuris? Si enim aliter euenit hominibus, quom optant, quom murmurant ponentes in cælum os suum, & dicentes. Cur sic nobiscum agit Deus? Melius nobis foret, si nunquam nati fuissetus, aut si iam mortui essemus. Quid egimus, propter quod oporteat nos tanta

Ser. Do. G. Pep. Pars Hicm.

O

patis

pati? Nulla uideatur ratio. Nullum est demeritum in nobis. Hęc, & his similia loquitur humana uesania, iniuste contra Dei flagella murmurans, ac si ille iniuste ageret cum hominibus. Sed quàm grauē sit hoc peccatum, patet ex dictis Augu. super Ioan. tract. 26. Vbi sic ait, De nulla re populus iudeorum magis Deum offendit, quàm contra Deum murmurando. Similiter de grauiate huius leprę loquens Greg. in mora. lib. 5. c. 26. exponens illud uerbum. Ioan. 4. Nunquid homo factore suo purior erit? dicit sic. Quisquis de percussione murmurat, quid aliud, quàm iustitiam ferientis accusat? Pariorem ergo suo factore se uir estimat, si contra flagellū quęreclam parat, eumque proculdubio sibi postponit, cum eius iudicium de sua afflictione redarguit. Hęc ille.

**TERTIA** lepra dicitur mendacis cupiditatis. Et ista lepra percussus fuit Giezi seruus Elisæi. De eo enim legitur. 4. Reg. 5. quòd postquam Naaman curatus est à lepra consilio, & meritis uiri Dei Elisæi, nec pro tanto beneficio ipse Elisæus quicquam accipere uellet, sicque recederet ipse Naaman, Giezi seruus ipsius Elisæi cucurrit post eum, singens mēdāciter se missum à Domino suo, ut ab ipso Naamā aliquid acciperet, utpote, argentū, & uestes pro duobus adolescentibus filijs prophetarum. i. religiosis, quos fingebat uenisse post discessū Naaman. Prædicta ergo recipiens pro se furtiue retinuit. Hoc autem in spiritu prophético cum cognouisset Elisæus dixit Giezi. Lepra Naaman adherēbit tibi, & semini tuo in sempiternū. Hac autem lepra mendacis cupiditatis hodie multi infecti sunt, ut sunt multi prelati, qui instar Giezi accipientis precium pro gratia sanitatis exhibitę Naaman, accipiunt magna donaria pro collatione beneficiorum, item pro gratia sanitatis. i. pro absolutione à censuris ecclesiasticis, itē pro casibus officij, & huiusmodi. Et hęc omnia, quę conuertenda essent in pios usus, plerunque applicant proprijs usibus, utinam non in abusibus. Propter quod cuiuslibet tali meritò posset dici illud, quòd dixit Petrus Simoni mago. Pecunia tua tecum sit in perditionem. Act. 8. Hac etiam lepra mēdācis cupiditatis inficiuntur multi diuites prestantes ad usuram, & dicentes pauperibus, quòd nisi intenderent illis facere gratiam, non mutarent illis pecuniā suam, & sic mentitā est iniquitas sibi. Hac denique le-

pra mendacis cupiditatis inficiuntur hodie multi corruptores, qui negotiantur cum multis fraudibus, & deceptionibus, & deceptionibus, adeo ut dicatur. Ipsi & recitatur de pe. dist. 5. qualitas. quòd diffinitur inter ementis, uendentisque commercium non incurrere peccatum. Quod eadem eadem lepra inficitur seruū & ancillę, quia tenentes negotia dominorum, & dominarum suarum dant illis intelligere tantum, uel tantum pro eis exposuisse, quòd tamen falsum est, & quòd superet, sibi ipsis retinere. & sic de alijs.

**QUARTA** lepra dicitur peruersi iudicij. Et hac lepra percussus fuit Simon leprosus. De cuius peruerso iudicio legitur Lucę. 7. quòd cum uideret Magdalenam Christi pedes lauātem in domo sua, ait de Christo. Hic, si esset Propheta, sciret, quę, & qualis est mulier, quę tangit eum, quia peccatrix est. Iste ergo de duobus peruersè iudicabat. Primò quidem de Christo, tum quia iudicabat eum non esse Prophetam, qđ falsum erat. Tum quia iudicabat ipsum co inquinari ex tactu mulieris, qui tamen nullo modo coiungari poterat. Secundò peruersè iudicabat de Magdalenā uocans eam adhuc peccatricem, quę tamen à parte rei iam erat corde compuncta, & per consequens coram Deo iustificata. Hac etiam lepra peruersi iudicij hodie multi inficiuntur, qui temerariè iudicant de factis aliorum, siue de statu illorum, tenentes pro certo eos esse peccatores, & hoc forsitan propter aliqua leuia signa, quę uident in eis, utpote ridere cum aliqua muliere non suspecta, uel hilariter se ostendere in conspectu hominum, & huiusmodi. In talibus ergo obseruanda est regula iuris, quę dicit, quòd dubia sunt in meliorem partem interpretanda. Quòd si interpretentur in deteriorem partem, iam peccatum incurritur, quia tunc temerarium iudicium, quòd simpliciter nobis prohibetur, tum à Christo Mat. 7. Nolite, inquit, iudicare, nolite cōdemnare. Item Io. 7. Nolite iudicare secundum faciem, id est, secundum ea, quę exterius patent, & quę possunt bono, aut malo animo fieri. Tum ab Apo. 1. ad Cor. 4. dicente. Nolite ante tempus iudicare, quoad quę ueniat dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit occulta cordium. Et sic patet de quadruplici specie leprę spiritualis, à qua nos preseruet dominus.

**NOTANDVM** insuper, q̄ lepra corporalis, propter se-  
ptem sui conditiones signat septem peccata mortalia.

**PRIMŌ** igitur lepra est morbus contagiosus. Et pro-  
pter hoc leprosi separantur ab alijs, ne eos inficiant. Et quan-  
tū ad hoc signat peccatū superbię, quę est contagiosa, iuxta  
illud Eccl. 1. 3. Qui retigerit picē, inquinabitur ab ea, & qui  
cōmunicauerit superbo, induit superbiam. Primum dictum est  
quasi parabolica locutio respectu secundi. Ac si apertē dice-  
ret sapiens, q̄ sicut tigen picē, inquinatur ab ea, eō q̄ est res  
magne adherentię, ita et qui cōicit superbo, inquinabitur  
ab eo per imitationē. Vel dic, q̄ inducere superbiam est illam  
ostentare habitu gestu, dicto, facto, & opere. De illis ergo,  
qui communicant superbis, curiosis, & uanis hominibus, re-  
ctē potest intelligi illud uerbum. Psalmista. Commixti sunt  
inter gentes, & didicerunt opera eorum.

**SECUNDŌ** lepra est morbus alteratiuus, & pp hoc leprosi  
plus bibūt, q̄ sani. Et quantū ad hoc significat peccatū auari-  
tię, quę adeo alterat hominē, ut satiari nō possit. Vnde scri-  
ptū est Eccl. 5. Auarus non implebitur pecunia. Item Esa. 5.  
Multitudo eorum. s. auarorū, siti exaruit. Sunt. n. boua tem-  
poralia tanquā aqua fluens, quia citō deficiunt, saltem in  
morte. Et ideo de talib. pōrdici illud Io. Qui biberit ex hac  
aqua, sitiet iterū. Quinimo, qui plus ex aqua diuitiarū huius  
sæculi bibit, plus bibere appetit. Da ex eplum de aqua salsa.  
Quid plura? Certē quōd contra naturam aliorū uitiorum,  
auaritia iuuenescit in homine sene, ut dicit Aug. ad fratres  
in erem. sermo. 48. qui intulatur de cura animæ. Item de-  
iūs insatiabilitate loquens idem August. ubi sup. dicit sic.  
O auaritia abyssus insatiabilis, quę nunquā dicit, sufficit,  
semper famelicis, semper dolens, semper tristaris in cunctis.  
Nam, si sol quotidie oritur, dolendo dicit, sicitas erit. Si plu-  
uia descendit, omnia periclitari aſseris. Si temperiem adesse  
perspicis, solem, uel pluiam adesse desiderabis. Et post pau-  
ca. O inquit, pestis interminabilis, & famelica rabies.  
Nam omnia suis clauduntur terminis, sola auaritia nullo  
clauditur sine. Ecce enim terra suis limitibus terminatur,  
aqua suis finibus limitatur, aer suo fine concluditur, cœ-  
lum suis terminis arctatur, sola auaritia terminum nescit.  
Hoc August. ubi sup. Ecce, quā bene lepra auaritię de-  
signat

signat propter alterationem, quam generat.

**TERTŌ** lepra est morbus fetidus, ita ut etiam aerem  
proximum inficiat. Et quantum ad hoc rectē designat luxu-  
riam, quę fetet coram Deo, & sanctis Angelis. Vnde de  
luxuriolis rectē potest dici illud Deute. trigesimo tertio. Pecca-  
uerunt, & non filij eius in fordidibus. Item de eisdem potest  
dici illud psalm. Corrupti sunt, & abominabilis facti sunt  
in iniquitatibus. Et istud habet maximē uerum de habitua-  
tis, & in ueteratis in fetore luxurię, quales erant illi duo iu-  
dices in ueterati dierum malorum, de quibus Danie. decimo  
tertio. Vnde Grego. libr. vigesimo quarto. Moral. c. octauo.  
exponens illud Iohelis. primo. Computruerunt iumenta in  
stercore suo, dicit, quōd iumenta computrescere in sterco-  
re suo, est carnales homines in fetore luxurię uitam finire.  
Hęc ille.

**QUARTŌ** lepra est morbus continuē crescens. Et quan-  
tum ad hoc significat peccatū irę. Quę quidem ira, si citō  
non deponatur, adeo crescit, quōd de facili de festuca facit  
trabem. Tunc autem facit de festuca trabem, quādo primus  
motus irę, qui tantum uenialis erat, efficitur mortalis per  
continuationem, mutata tamen specie de ira forsan acuta  
in amarā, siue in odiū mortale. Vnde August. in regula  
de communi uita clericorum. Lites, inquir, aut nullas ha-  
beatis, aut quā celerrimē finiat, ne ira crescat in odiū,  
& trabem faciat, de festuca, & animam faciat homicidam.  
De crescentia autem huiusmodi lepra, id est, irę loquens Au-  
gust. ad fratres in eremo sermo. 9. qui intulatur de ira su-  
genda, dicit, quōd ab ira procedit rancor, à rancore o-  
diū, quod est ira in ueterata in animo, inde nascitur ho-  
micidium, est non opere, saltem uoluntate. Inde contumelia,  
inde detractio, inde susurratio, suspirio, & iniuria,  
quę sunt opera carnis, & Diaboli. Hęc ille. Ecco, quomodo  
ira crescit.

**QUINTŌ** lepra est morbus generans anhelitum feti-  
dum. Et quantum ad hoc significat peccatū gula, per quod  
inficitur, nedum anima, uerum, & corpus. Vnde Hebręi com-  
muniter habent anhelitum fetidum. Degula etiam quando  
sequitur uomitus, qui est fetidus, & abominabilis.

**Sextŏ** lepra est morbus exaceratiuus. Communiter

## Dominica III. post Oct. Epiph.

omni leprosi successu temporis amittunt usum, Et quantum in hoc significat peccatum inuidiæ, quod excæcat hominẽ in hoc, quod non libenter uidet illum, cui inuidet, prosperari in temporalibus. Vnde inuidens dicitur, quasi non uidens. Nam ut dicit August. hom. 40. Inuidia non est aliud, quàm odium felicitatis alienæ. Et ideo inuidentia bono cruciatur alieno. Hæc ille. Propterea inuidi meritò figuratur per Heli sacerdotem, de quo legitur. 1. Reg. 3. quod non poterat uidere lucernam domini, antequam extingueretur. Lucerna, quæ à luce dicitur, designat prosperitatem, seu felicitatem alienam, quã non potest uidere inuidens, priuquã extinguatur, id est, deficiat.

**S E P T I M ò** lepra est morbus debilitatiuus. Solet enim adeo debilitare potentiam progressiuam hominis, ut non possit ambulare. Et quantum ad hoc designat peccatum pigritiæ. Vnde piger, quasi pede eger dicitur psalm. Pedes habent, & non ambulabunt. Hoc dicit propter eos, qui omitunt facere multa bona, quæ utique facere possent. Et tales condemnant formicæ, quæ tempore, & loco diligenter operantur, propterea sapiens Proverb. 6. remittit hominem pigrum ad formicam, dicens. Vade ad formicam, ò piger, & consideras uias eius discis sapientiam. Quæ cum non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem, parat in æstate cibum sibi, & congregat in messe, quod comedit, supple, in hyeme. Patet ergo qualiter lepra propter septem illius proprietates rectè designat septem peccata mortalia. Et sic patet de secundo principali, in quo agitur de medico curante ægrotum.

**T E R T I ò** principaliter in præsentis Euangelio fit mentio de præcepto dato à domino leproso per eum curato, cum ait illi. Vide nemini dixeris, qualiter, supp. curatus es, sed uade, ostende te sacerdoti, & offer munus, quod præcepit Moyses in testimonium illis.

**C I R C A** hunc textum possunt moueri aliquæ quæstiunculæ.

**P R I M A** igitur quæstiuncula est, cur Christus prohibuit huic leproso, ne alicui diceret, quod eum curasset à lepra uæ? Responso. Hoc fecit, ut per hoc doceret nos ex operibus nostris bonis non querere propriam gloriam, sed tantum

Dei

## Sermo II. de Euang. 108

Dei gloriam, & honorem. Vnde psalm. Non nobis domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Et Apost. 1. Timo. 1. Regi seculorum immortalis, inuisibili, soli Deo honor, & gloria. Hoc etiam nobis prohibuit ipse Christus Matt. 6. dicens. Cum facis elemosinam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt.

**S E C U N D A** quæstiuncula est, cur idem Christus præcepit leproso, iam curato, ut se ostenderet sacerdoti legis? Respondetur, quod propter duo. Primò quidem ne uideretur contrarius legi, quæ hoc præcipiebat, ut patet Leuit. 13. Secundo, ut ostenderet, quod in noua lege curatus à lepra peccati per contritionem, teneatur adhuc postmodum accedere ad sacerdotem, ut faciat confessionem sacramentalem. Nã homo per peccatum obligatur Deo, & Ecclesie. Per contritionem quidem satisficit Deo, sed tamen adhuc manet secundum uinculum, à quo se liberat per sacramentalem confessionem.

**T E R T I A** quæstiuncula est de munere, quod præcepit Moyses de mandato domini per leproso, qui mundandi erant, offerendum, quale, scilicet, erat huiusmodi munus? Respondetur, quod erant duo passeres, ut patet, Leuit. 14. quorum unus immolabatur domino, alter autem dimittebatur auolare. Et istud munus erat figura passionis Christi, qui factus est sicut passer solitarius in tecto, id est, in cruce, quandoquidem torcular calcauit solus. Passer ergo immolatus fuit Christi humilitas in cruce Deo patri oblata pro leprosis peccatoribus mundandis. Apoc. 1. Lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Passer uerò auolans fuit eiusdem Christi diuinitas, quæ in se non est passa, quia secundum se immortalis erat. Vel dic, quod huiusmodi passer fuit eiusdem Christi anima, quæ in eius morte uolauit ad statum immortalitatis. Iohann. 19. Inclinato capite tradidit spiritum.

**M O R A L I T E R.** Per leprosum, cui præceptum est à Christo ut offerat munus, quod præcepit Moyses, designatur penitens, qui in satisfactionem pro peccatis suis debet Deo offerre triplex munus. Primum est corporale. Debet enim offerre Deo corpus suum, debitas abstinentias assumendo, siue etiam peregrina uado, aut alia sancta exercitia corpora-

lia faciendo. Hoc autem munus esse Deo offerendum à uo-  
ro pœnitente præcepit Apost. Roma. 6. dicens. Sicut exhibu-  
istis membra uestra seruire immunditiæ, & iniquitati  
ad iniquitatem, ita nunc exhibete illa seruire iustitiæ in  
sanctificationem. Secundum munus, quod debet Deo of-  
ferre pœnitens, est temporale. Debet enim elemosynas fa-  
cere secundum facultatem suam iuxta illud, quod dictum  
est regi Nabuchodonosor. Daniel. 4. Peccata tua elemo-  
synis redime. Tertium munus est spirituale, & illud est cor-  
dis contritio, quia ut dicit psalm. Deus cor contritum, & hu-  
miliatum non despiciet. Sed acceptabile sibi erit, tum ad  
peccatorum remissionem, tum ad pœnæ diminutionem,  
tum ad gloriæ finalem consecutionem. Quam nobis  
concedat, &c.

*Dominica tertia, post octauas Epiphaniæ,  
Sermo primus de Epistola.*



**N**EMINI quicquam debeatis, nisi ut ini-  
cem diligatis. Roma. 13. Sapientissimus do-  
minus Deus sua ineffabili prouidentia sic co-  
didit omne hominum genus, ut sibi nullis  
obligationibus essent astricti, & hoc duplici-  
citer, uidelicet, sp̄aliter, & generaliter. Spe-  
cialiter quidem, ut inferiores sunt in certis casibus, & ma-  
terijs debitores, & astricti suis superioribus, & ediuerso su-  
periores inferioribus. Propter quod apost. Roma. 13. dicit.  
Reddite omnibus debita, s. inferiores superioribus, & supe-  
riores inferioribus.

**PRIMÒ** igitur inferiores suis superioribus sunt debito-  
res, & hoc in multis. Primò enim debent illis quatuor, quæ  
simul enumerat Apost. ubi supra, dicens. Cui tributum, tribu-  
tum. Cui uectigal, uectigal. Cui timorem, timorẽ. Cui hono-  
rẽ, honorẽ. Quia. n. p̄ sunt reipublicæ, & curam illius agunt,  
ideo debent illis inferiores tributum. Matth. 22. Reddite,  
quæ sunt Cæsaris, Cæsari. Item quia debent defendere met-  
catores transeuntes per terras suas, ideo tales debent illis  
uectigal, aliàs pedagium. Item quia sunt in autoritate cõ-  
stituti, ideo debent illis subditi timorẽ iuxta illud. Prou. 24.

*Time*

**Time** Deum fili mi, & regem. Item quia officium eorum est  
iustum, & sanctum, ideo debent illis subditi honorem, iuxta  
illud. 1. Pet. 2. Deum time, & regem honorate. Parent ergo  
quatuor, quæ debent inferiores superioribus suis, & signan-  
ter, qui p̄sunt in temporalibus, quæ simul enumerat Paul.  
Rom. 13. Secundò debent illis obedientiæ promptitudinẽ,  
iuxta illud Heb. 13. Obedite præpositis uestris, & subiaccete  
illis. Tertiò debent illis fidelitatem. Vnde in laudem Dauid  
dicitur j. Reg. 22. quòd fuit fidelis regi Saul in omnibus ne-  
gotijs, & bellis, quæ illi commisit agenda. Quartò debent  
illis orationum assiduitatem, iuxta illud. 1. Timo. 2. Obse-  
cro primò fieri orationes pro regibus, & ijs qui in sublimi-  
tate sunt. Item Baruch. 1. legitur q̄ filij Israël, qui erant in  
captiuitate Babylonica, tempore regis Nabuchodonosor,  
miserunt pecuniam in Hierusalem ad sacerdotes templi, di-  
centes. Orate pro uita Nabuchodonosor regis Babylonis,  
& pro uita Balthasar filij eius, ut sint dies eorum, sicut dies  
cæli super terram. Ecce in quibus inferiores sunt suis su-  
perioribus debitores.

**S. E. C. V. N. D.** ediuerso superiores sunt suis inferioribus  
debitores in multis. Primò enim debent illis tuitionem, &  
protectionem contra quosque aduersarios. In cuius rei si-  
gnum nobiles, & principes solent deferre gladiũ. Vnde de lu-  
da Machabeo legitur. 1. Machab. 3. quòd protegebant castra  
filiorum Israël gladio suo. Secundò superiores debent infe-  
rioribus peruersis iustitiæ sequeritatem, & æquitatẽ. Propte-  
rea Hier. super Iohel, & recitatur 23. q. non solum. dicit, q̄  
potestates seculares ideo non sine causa gladium materiale  
portant, quia in malefactores iræ Dei ministri existunt, Idẽ  
habetur ubi sup. c. sunt quedam. Tertiò superiores debent  
inferioribus bene se habentibus mansuetudinem, misericor-  
diam, & benignitatem, ita ut non tractent eos more luporũ,  
deuorantes eorũ substantiam. D. bent ergo se habere ad: sud-  
ditos iustos, & bonos more regis apũ, de quo dixit Amb. in  
Hexameron lib. 5. ca. 21. quòd etsi habeat aculeum, non ta-  
men utitur eo ad uindictam. Per quod. (inquit Ambrosi.)  
intelligitur, quòd in rege, aut principe præcipuum est  
morum mansuetudo: Sed, pro dolor, meritò potest do-  
minus, de multis principibus tyranis dicere illud psal.

*Deuorant*

Deuorant plebem meam, sicut escam panis. Ecce in quibus superiores sunt subditis suis debitores.

**TERTIO** superiores, & inferiores sunt sibi inuicem debitores, scilicet, in charitate, & dilectione, prout innuit Apo. in uerbis premissis, dicens. Nemini quicquam debeatis, nisi ut inuicem diligatis.

**IN** presenti ergo epistola egregius ecclesie doctor Paulus tria principaliter facit. Nam primò hortatur ad mutuam dilectionem, in principio epistolæ.

**SECUNDO** dicte dilectionis assignat causam, ibi. Qui diligit proximum, &c.

**TERTIO** concludit suam exhortationem, ibi. Plenitudo ergo legis, &c.

**PRIMO** igitur Apost. hortat nos ad mutuam dilectionem, cum ait. Fratres nemini quicquam debeatis, nisi inuicem diligatis. Et est sensus s. m. gl. Martini. cetera debita ita soluere, ut non debeatis aliquid. Charitate uero, ita soluere, ut semper debeatis illam proximis uestris exhibere. Nā ut dicit Aug. & recitatur in gl. ord. Sola charitas est, quæ etiam reddita semper detinet debitorem illum, qui eam reddit. Reddit, cum impenditur, debetur, etiam si reddita fuerit, quia nullū est tempus, quo impendenda non sit.

**PRO** quo notandum, quod tres sunt differentie rerum. Primæ sunt, quæ, cum pluribus communicantur, diminuitur, ut sunt bona temporalia. Si enim communicas pauperi panem tuum, pecuniam, aut uestimentum, per hoc diminuitur tua temporalis substantia. Secundæ sunt, quæ cum pluribus communicantur, augentur, ut sunt bona spiritalia. Da exemplum de charitate. Item de scientia.

Tertiæ sunt, quæ cum communicantur, nec augentur, nec minuuntur, ut lux, uox, & similia. Vnde de secundis rebus, quæ spirituales sunt loquens Aug. Dominica 3. post trinitatem ser. 2. dicit quod charitas tandiu auget, quandiu tribuitur. Et ideo, inquit, debemus querere uasa uacua, ubi possimus oleum charitatis infundere, quia dum infundimus alijs, de oleo charitatis plus habemus. Talis nempe est natura sancti amoris, & ueræ charitatis, ut erogando crescat. Et quantum in alios plus expenditur, tantum in se abundantius cumulat. Cibum corporis si uolueris egredi tribuere, ad pre-

ad præsens, quod illi dederis, tu habere non poteris. Panem uero synceræ charitatis, si centum hominibus dederis, semper integer permanet. Quinimo si hunc panem charitatis uniuerso mundo largiri uolueris, tibi propterea non deficit, sed potius omnium illorum, quibus largitus fueris, lucrum tibi multipliciter crescit. Hæc ille.

**AD PRIMUM** ergo propositum redeuntēs, notandum, quod debita sunt in duplici differentia. Quædam .n. sunt temporalia, ut pecunia, uel simile, & illa debemus, quæmocius soluere, eò quod in ipsa mora reddendi debitum, committitur peccatum, presertim, si inuito illo, cui debeatur, retineantur. Vnde præcipit dominus Leui. 19. opus mercenarij statim soluendum, id est, eodem die, quo opus fecit, dicēs. Non morabitur opus mercenarij tui apud te usque mane. Et eadem est ratio de alijs debitis. Qui autem aliquod temporale debet alteri, & ille dat inducias soluendi, non propterea peccat debitor, si non statim soluit, uel aliquandiu manet debitor. Huiusmodi ergo debitis temporalibus solutis cessat ratio debiti. Alia autem sunt debita spiritalia, ut est charitas, seu dilectio. Et talia debita cum soluuntur, non extinguuntur, quin potius augentur, ut dictum est. Vnde ad debitum de dilectione Dei, & proximi semper obligamur actu, uel habitu. Actū quidem loco, & tempore, habitu uero pro semper. Et sic patet de primo principali.

**SECUNDO** principalier Apo. in presenti epistola assignat causam, & rationem prædictæ mutæ dilectionis, cum subiungit dicens. Qui diligit proximum, legem impleuit, & ideo, sup. debemus nos inuicem diligere. Quod autem diligens proximum legem impleat, probat Apo. inductiue dicens. Nam non adulterabis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dices, non concupisces rem proximi tui, & si quod est aliud mandatum, ut est illud, honora patrem tuum, item tria præcepta primæ tabulæ, in hoc uerbo instaurantur, id est, impletur, uel continetur. Diliges proximum tuum, sicut teipsum.

**SI** uero contra prædicta potest faciliter instari. Cõstat enim duo esse charitatis præcepta. Primum quidem est de dilectione Dei super omnia. Secundum autem de dilectione proximi, quem sicut & nos diligere debemus, de quibus loqui-



tur dominus Matth. vigesimo secundo . ita concludens . In his duobus mandatis tota lex pendet, & Prophete. Ergo salsum est, quod qui proximum diligit, legem impleuit.

**R E S P O N S I O .** Dicendum conformiter ad Beatum Tho. in postilla sua super epistolas Pauli, quod in dilectione charitativa proximi subintelligitur dilectio Dei, sicut causa in effectu. Non enim diligitur proximus charitativè, nisi propter Deum principaliter. Et similiter e converso in dilectione Dei subintelligitur dilectio proximi, sicut effectus in causa. Ex quo patet, quod in dilectione proximi includitur dilectio Dei. Et ad argumentum factum responderetur, quod quamvis sint duo præcepta charitatis, scilicet tamen unum pro utroque ponitur, quia nec Deus, sine proximo, nec sine proximo Deus diligitur. Istud tamen semper intelligendum est de dilectione charitativa. Vult ergo dicere Apostolus, quod qui diligit proximum suum ex charitate, talis non adulteratur cum uxore sua. Item non querit eum occidere. Item non furatur substantiam eius. Item non dat falsum testimonium contra eum. Item non concupiscit rem ipsius. Item talis honorat parentes, tam carnales, quam spirituales tempore, & loco. Similiter talis observat tria præcepta primæ tabulæ, quæ ordinant nos ad Deum. Ex quibus omnibus patet, quod qui proximum diligit, legem, id est, decalogum implevit. Et sic patet de secundo principali.

**T E R T I O** principaliter in præsentī epistola Apo. concludit suam exhortationem dicens. Plenitudo ergo legis est dilectio. Et est sensus, quod plenaria observantia legis divinæ est dilectio Dei super omnia, & proximi ad inlat sui ipsius. Nam in his duobus mandatis tota lex pendet, & Prophete, ut dicit Saluator noster Matth. 22.

**Q U I A** ergo in præsentī epistola Apost. loquitur de dilectione proximi, adeo de huiusmodi dilectione tria sunt principaliter videnda, quæ sunt.

Ampliationis, Modificationis, Inductionis.

**P R I M O** igitur videndum est de ampliatione dicti præcepti de dilectione proximi, quod quidem præceptum est valde amplum, quia.

Altum, Profundum, Latum.

**P R I M O** igitur huiusmodi præceptum est valde altum, adeo

adeo, ut se extendat usque ad cælos, in hoc, scilicet, quod iubemur diligere Angelos, & homines beatos. Primò igitur iubemur diligere Angelos, & quod multo beneficia recipimus ab eis. Sunt enim nostri custodes, orationum nostrarum ante conspectum summæ maiestatis delatores, & tandè animarum nostrarum in cælum conductores. Et ideo meritò sub nomine proximi comprehenduntur. Secundo iubemur diligere omnes animas cum Deo regnantes in cælis, quia similiter multa beneficia ab eis recipimus, & præcipue quia orant pro nobis apud altissimum. Ad quod etiam faciendum rogamus eas in litanis dicentes. Sancta Maria ora pro nobis. Sancte Iohannes ora pro, &c. Ecce, quàm altum est præceptum de dilectione proximi.

**S E C U N D O** huiusmodi præceptum est valde profundum, adeo ut se extendat usque ad purgatorium. Vnde ex charitate solemus iuare animas in purgatorio decentas per suffragia, & orationes, tam privatas, quam communes. Nam, & inter quatuor remedia, quibus possumus subvenire dictis animabus, oratio computatur pro uno, ut patet 13. q. 2. animæ defunctorum. Non tamen descendit huiusmodi præceptum usque ad locum damnatorum, eò quod dicti damnati non sunt gratia, aut charitatis capaces, sicut neque beatitudinis cælestis. Et eadem ratio est de dæmonibus.

**T E R T I O** dictum præceptum est valde latum. Non enim solum se extendit usque ad bonos, & iustos verumetiam usque ad peccatores, quantumcumque graves, siue sint confanguinei, aut affines, siue extranei, aut longè à nobis distantes. Et breuiter huiusmodi præceptum est adeo latum, quod se extendit usque ad Iudeos, & infideles, et Hæreticos, aut quoscumque alios homines, quàm diu in præsentī uiuunt, eò quod omnes tales sunt adhuc beatitudinis æternalis capaces. Vnde Leo Papa, & recitatur, de p. dist. 7. nemo, dicit sic. Nemo desperandus est, dum in hoc corpore constitutus est, quia nonnullam, quod diffidentia etatis differtur, consilio maturiore perficitur. Idem omnino habetur 32. q. 2. ancillam. Item Aug. & recitatur. 24. q. 3. corripiantur, sic ait. De nullo desperandum ante finem uite, quia nescimus, quod cõtingat sequenti die. Et post pauca. Nescimus, inquit, quis pertineat ad prædestinatorum numerum, & quis non pertineat, propter quod sic afflicte debe-

debemus charitatis affectu ad omnes, ut omnes uelimus saluos fieri. Similiter idem August. de uerbis do. ser. 1. 1. ad propositum loquens ait: De nullo desperandum est, quandiu patientia Dei ad poenitentiam adducit. Paganus est hodie, unde scis, utrū sit futurus crastino Christianus? Iudeus est hodie, quid si cras credat in Christum? Hæreticus est hodie, quid si cras sequatur catholicam ueritatem? Schismaticus est hodie, quid si cras amplectatur catholicam pacem? Quid si isti, quos in quocunq; erroris genere notas, & tanquam desperatissimos damnas, antequam finiunt uitam istam, agant poenitentiam, & in futuro inueniant ueram uitam? Deinde confirmat omnia præcedentia per dictum Apost. 1. ad Cor. 4. dicens: Nolite ante tempus quicquam iudicare. Hæc ille. Ex his ergo omnibus possumus euidenter concludere propositum nostrum, uidelicet, quod præceptum de dilectione proximi est ualde latum, ex quo se extendit per uniuersum mundum. Propter quod meritò possumus ad Dominum, qui dedit nobis huiusmodi præceptum, dicere illud Psal. Latum mandatum tuum nimis. Et sic patet de ampliatione prædicti præcepti secundum triplicem differentiam positionis.

**SECUNDO** uidendum est de modificatione præcepti de dilectione proximi. Est enim modificandum hoc præceptum ad instar dilectionis Christi ad nos, prout ipsèmet innuit Iohan. 13. dicens: Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos. Modò uidendum est, quomodo ipse Christus dilexit nos. Et circa hoc inuenio, quòd dilexit nos tribus modis, uidelicet.

Gratanter. Rationabiliter. Feruenter.

**PRIMO** igitur Christus dilexit nos gratanter, id est, sine meritis nostris præcedentibus, iuxta illud. 1. Iohan. 4. In hoc est charitas Dei, non quasi nos dilexerimus eum, sed quoniam ipse prior dilexit nos. Sic & nos Christum imitantes debemus diligere proximos nostros gratuito amore, & non quia diligunt nos, aut quia benefaciunt nobis, uel quia aliud ab eis speramus. Et quamuis amor debeat esse, reciprocus, hoc tamen principaliter intendere non debemus; aliàs peccaremus, utpote, referentes creaturam principaliter, & finaliter ad nos. Licet tamen minus principaliter, & quasi secundariò diligere proximi propter beneficia, quæ nobis conferunt, facti

etiam

etiam licet secundariò diligere Deum, & seruire illi propter retributionem, dicente Psal. Inclinauit cor meum ad facienda iustificationem tuam in æternum propter retributionem. Huius autem contrarium multi faciunt, qui nunquam aliquos amant, nisi quia illos præuenerunt in benedictionibus dulcedinis, illis benefaciendo, aut etiam, quia uident se ab alijs amari. Et talium dilectio est ualde imperfecta, & remuneratione cælesti indigna. Vnde Matt. 5. ait Christus: Si diligitis tantum eos, qui uos diligunt, quid amplius facitis, quam sup. Pagani, & infideles. Ideo sequitur: Nonne ethnici hoc faciunt? Tales ergo debent attendere, quòd Christus dilexit nos propter nostram utilitatem, & non propter suam. Vnde Senec. Epistola. 7. describens uerum amicū dicit sic: Sapiens, id est, uirtuosus uult habere amicū, sed ad nihil aliud præterquàm, ut exerceat amicitiam, & ne tam magna uirtus iaceat. Non autem, ut habeat, qui sibi egro assideat, coniecto in uinculis succurrat, uel inopiæ eius, sed ut habeat aliquem, cui ipse egro assideat, quem ipse circumuentum hostili custodia liberet. Qui uerò utilitatis causa assumptus est in amicū, tandiu placebit, quandiu utilis fuerit. Hæc ille. Dilectio ergo talium, qui diligunt aliquem non gratia, sed propter propriam utilitatem, potest dici uenalis, & mercenaria.

**SECUNDO** Christus dilexit nos rationabiliter, siue discretè. Sic enim rationabiliter nos dilexit, & diligere non cessat, quòd amat animas nostras, pro quibus redimendis sanguinem suum fudit in cruce. Nihilominus odit summè uitia nostra. Sic enim de eo prophetatum fuerat Esa. 7. Sciat reprobare malum, & eligere bonum. Sic & nos Christi exemplo debemus diligere in proximis nostris, si mali sunt, naturam, quæ in se bona est, & ad imaginem Dei facta secundum animam. Gen. 1. Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant ualde bona. Nihilominus debemus in eis odire culpam secundum quam mali sunt. Sic enim uult lex Domini, quæ præcipit nobis proximos diligere. Vnde Psal. Iniquos odio habui, & legem tuam dilexi. Vel dic, quòd tunc rationabiliter diligimus proximos nostros, cum ob eorum amorem non uolumus quicquam turpe, & inhonestū agere. Nam ut dicit Apollolus in præfati Epistola, dilectio proximi malum non operatur. Item Tullius lib. de amicitia. Nulla est, inquit, excusatio, si amicitia causa peccaueris.

caueris. Non est ergo male agendum ad conferendum amicitiam alterius. Vnde refert Valerius Maximus lib. 6. ca. 4. de Rutilio, quod cum iniuste rogationi cuiusdam resisteret, qui suum se dicebat amicum, ait alter cum indignatione. Quid ergo mihi opus est amicitia tua, si quod rogo non facis? Ad quem Rutilius: Et quid mihi tua, si propter te aliquid inhonesti facturus sum? Hæc ibi.

**TERTIO** Christus dilexit nos feruenter. Vnde & Io. 15. dicebat: Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Sic & nos illius exemplo debemus proximum diligere feruenter, ita ut etiam, si expediat, mortem pro eo toleremus, iuxta illud. 1. Iohan. 3. In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ipse animam suam, id est, uitam, pro nobis posuit, et nos æquemus pro fratribus animas ponere. Istam autem charitatem præ cæteris debent habere praelati in ordine ad oues suas. In cuius rei signum Christus commissurus Petro curam ouium suarum ter eum interrogauit, si ipsum diligeret etiam plus cæteris Apostolis. Cui cum respondisset benignè Petrus dicens: Tu scis Dñe, quia amo te, mox ait illi Dominus: Pafce oues meas, pafce agnos meos Io. vi. Sic autem interrogauit Christus Petrum ad innuendum, quod praelatus, ita debet feruenter diligere oues suas, ut paratus sit illis subuenire, iuxta possibilitatem suam temporaliter, corporaliter, & spiritualiter, etiam uitam suam exponendo pro earum salute, si expediat, ut dictum est. Et sic patet, qualiter instar Christi debemus proximos nostros tribus modis diligere.

**TERTIO** uidendum est de ijs, quæ debet nos inducere ad diligendum proximos nostros. Illa autem precipue sunt tria, uidelicet.

Scriptura. Natura. Exempla.

**PRIMO** igitur scriptura inducit nos ad diligendum proximos nostros. Et primo quidem scriptura ueteris testamenti, ut patet Leui. 19. Diliges amicum tuum, sicut teipsum. Quæ etiam scriptura rememoratur in sacro Euangelio, ut patet Luc. 10. Item Matt. 22. In quibus passibus loco amici ponitur nomē proximi, & hoc ad refellendum errorem antiquorum dicentium. Diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Matt. 7. Secundo scriptura noui testamenti ad idem nos inducit. Vnde Iohan. 15. dicit Christus. Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicem. Item. 1. Iohan. 4. Diligamus nos inuicem

SECUNDO

**SECUNDO** natura nos inducit ad diligendum proximos nostros. Ut enim scribitur Eccl. 13. Omne animal diligit sibi simile. Vnde uidemus etiam inter animalia siluestria, & ferocissima esse quandam amicitiam, & concordiam. Non enim leo nocet leoni, nec lupus lupo, nec aper apro, nec ursus urso. Quanto magis ergo inter homines, qui sunt creature rationales, debet inueniri uera dilectio, & amicitia?

**TERTIO** ad idem nos inducunt exempla. Primum est de Christo, qui tam charum habuit proximum, id est, genus humanum, quod pro illius redemptione mori uoluit, iuxta illud Apoc. 1. Dilexit nos, & lauit nos, &c. Secundo est de sanctis Dei martyribus, qui pro salute proximorum procuranda mori se exposuerunt. Tertium est de angelis, qui ex magna charitate, quam gerunt ad nos, custodiunt nos ex Dei ordinatione in omnibus uijs nostris, ut scilicet tandem post eos perueniamus ad celestem gloriam. Quam nobis concedat, qui in Trinitate, &c.

*Dominica tertia post Octauas Epiphania, Sermo secundus de Euangelio.*



**ASCENDENTE** Iesu in nauicula secuti sunt eum discipuli eius Matt. 8. Pro introductione presentis sermonis mouetur, questio talis. Quare Christus hodie uolens transire mare usus est nauicula, & non potius ambulauit pro ipso, sicut fecisse legitur Matt. 6. Item Iohan. 6. quando scilicet, circa quartam uigiliam noctis uidens discipulos suos laborantes in remigando, ed, scilicet, quod uentus esset illis contrarius, uenit ad eos ambulans super mare? Ad hanc questionem possunt assignari quatuor rationes, quarum sic agere uoluit, secundum quatuor sensus Sacre Scripture.

**PRIMA** igitur ratio est literalis, ut, scilicet, aliquando se esse uerum Deum omnipotentem ostenderet, & aliquando uerum hominem. Si enim semper ostendisset signa sue diuinitatis, ueritas sue humanitatis statim in dubio uenisset. Vnde Act. 14. legitur, quod cum Paulus, & Barnabas uenissent in quadam ciuitate, quæ Lystris dicebatur, & ibi Paulus sanasset quendam claudum à natiuitate, turbaque uiderant hmoi signum, leuauerunt uocem suam, di-

Ser. Do. G. Pep. Pm. Hiem.

P

centes

entes: Dij similes facti hoibus descēderūt ad nos. Ita in pro-  
posito, si Christus semper se ostendisset deū, siue super aquas  
ambulando, siue sic, aut sic, Iudæi forsitan dixissent eum esse  
Deum, qui ad eos descendisset, & minime hominē. Contra-  
rio autem, si semper ostendisset signa suę humanitatis, siue in  
nauicula ascendendo, siue sic, aut sic. Iudæi dixissent eum  
esse purum hominem. Vt ergo utranque naturam se habe-  
re ostenderet, interdum uoluit ambulare super mare, inter-  
dum & usus est nauicula, sicut hic.

**S E C U N D A** ratio est moralis. Nauicula enim, quę est  
diminutiuum huius nominis nauis, designat modicam peni-  
tentiam, cum qua perueniunt multi peccatores ad portum  
salutis æternę, iuxta illud Sapient. 14. Exiguo ligno credunt  
homines animas suas, & transeunt mare, per ratem libe-  
rati sunt. Per ratem. i. per penitentiam. Vnde in figuram  
huius legitur Exo. 2. quod quedã mulier hebręa peperit ma-  
sculum, quem posuit intra fiscellam. i. paruū uas factum  
ex iunco, & liniuit eam bitumine, ac picē, ne, scilicet, aqua de  
facili subintraret, posuītque intrus infantulum, & postmo-  
dum exposuit eum aquis. Quod cum perpēdidisset filia Pha-  
raonis, inde eum extrahi fecit, & nutrici tradidit ab lactan-  
dum. Erat autē nomē paruuli Moyses. Ad propositum Moy-  
ses, qui interpretatur assumptus de aqua, rectē designat quę  
libet peccatore christianū, qui assumptus est de aqua bap-  
tismali, sed postmodum mortaliter peccauit cum, scilicet,  
uenit ad annos discretionis. Propter quod Pharaō, qui uno  
modo interpretatur denudans uirum, per quem rectē intel-  
ligitur diabolus, qui querit denudare hominem iustum om-  
ni gratia, & uirtute, querit perdere dictum Moysen. Sed quā  
se remediū, ut manus eius euadat? Certē non est aliud, nisi  
ut ponat, & abscondat se intra fiscellam penitentię. Quod  
ubi fecerit, profectō non submergetur in inferno, quoniam  
cum assumet, & educabit filia Pharaonis. i. ecclesia. mi-  
litans, quę est filia Dei patris, & simul sponsa filij sui. Quę  
quidem educatio principaliter fiet ex corpore, & sangui-  
ne Christi, qui ait Io. 6. Caro mea uerē est cibus, & sanguis  
meus uerē est potus. Et sic pater de secunda ratione, quare,  
scilicet, Christus ascendit hodie in nauiculam.

**T E R T I A** ratio est allegorica. Nauicula enim defi-  
gnat

gnat ecclesiam militantem, quę rectē appellatur nauicu-  
la, & hoc propter paucitatem fidelium, & rectē Deum co-  
lentium. Mat. 20. Multi sunt uocati, pauci uerō electi. Item  
sicut in mari nullus saluari potest, absque nauī, aut nauicu-  
la, sic nullus saluari potest æternaliter, nisi, qui primū in-  
trat in presentī nauiculam ecclesię, per susceptionem re-  
ctę fidei. Vnde extra de summa trinitate. c. firmiter, dicitur,  
quod una est uniuersalis fidelium ecclesia, extra quam nul-  
lus omnino saluatur, Quę etiam meritō figuratur per arcē  
Noe, ut dicit gloss. ibidem. quia sicut omnes, qui inuenti sunt  
tpe diluuij extra arcem prædictam, submersi sunt, & extin-  
cti, ita etiam omnes, qui in articulo mortis inueniuntur ex-  
tra ecclesiam, siue per infidelitatem, siue per quancunque aliā  
mortalem culpam, pereunt æternaliter, dicente Christo,  
Mat. 16. Qui non crediderit, sup. fide formata per charita-  
tem, condēnabitur. In hanc itaque nauiculam Christus pri-  
mō ascendit, qui etiam eam edificauit psal. Homo natus est  
in ea. s. ecclesia, & ipse fundauit eam altissimus. Quirrimo  
adhuc in ea sedet, iuxta illud Ma. 28. Ecce ego uobiscū sum  
usque ad consummationem seculi. Et, ut uerius loquar, ipse  
met Christus est nauclerus. i. principalis doctor, & director  
huius nauicule, quem secuti sunt discipuli eius, quando pri-  
mū ad apostolatū recepti sunt. Ecce quare Christus usus  
est hodie nauicula, quando, scilicet, uoluit trāscire mare.

**Q U A R T A** ratio est anagogica. Nauicula enim in  
proposito significat ecclesiam triumphantem, quę rectē ap-  
pellatur nauicula, quia sicut nauicula in medio maris ex-  
stans, siue ad aliud litus, uix percipitur ab his, qui sunt  
super terram, ita etiam nos, qui adhuc ambulamus per fidē  
in presentī, non possumus, nisi ualde imperfectē, & in xni-  
gmate uidere ea, quę aguntur in illa ecclesia triūphante. Et  
hoc est, quod scribitur Esa. 64. item 1. ad Corinthi. 2. Oculus  
non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit,  
quę præparauit Deus his, qui diligunt illum. In hanc autem  
nauim cęli ascēdit Christus in sua gloriosa ascēssione, & post  
eum ascenderunt discipuli eius, iuxta illud Michę. 2. Ascen-  
dit pandens iter ante eos. Pater ergo quadruplex ratio, qua  
re Christus hodie uoluit ascendere in nauiculam, ut legi-  
tur in presentī Euangelio, in quo quidem Euangelio de tri-

bus principaliter fit mentio, uidelicet.

De maris agitatione, ibi Et ecce motus magnus, &c.

De Christi dormitione, ibi. Ipse uerò dormiebat.

De tempestatis sedatione, ibi. Et facta est tranquillitas, &c.

PRIMUM igitur fit mérito, &c. Ante tamen domini, maris agitione Euangelista premitit ingressum Christi, & discipulorū eius in nauiculā, dicens. Ascendente Iesu in nauiculā, secuti sunt eū discipuli eius. Super quo dicit glo. ordi. q̄ postquam Christus magna fecit in terra, transit ad mare, ut similiter ibi magna faciat, & dñs terrę, & maris appareat. ingresso igitur nauiculā Christo, factus est motus magnus in mari, ut ferē nauiculā mergeretur. Hęc tñ rēpētas s̄m p̄dīcta, nōn est ex se, siue naturaliter orta, sed ad Christi imperiū, ut magis eius uirtus ostenderetur. Ipse uerò dormiebat, ut per hoc homo uerus ostenderetur, ut dicit glo. interl. Quo ad discipulos suscitato, imperauit uentis, & mari, & facta est, tranquillitas magna.

ALLEGORICE, & primò nauiculā est crux Christi, cuius beneficio peruenimus ad litus cęlestis patrię, & cū qua mare huius mundi sine periculo pertransimus. In cuius rei signū solet signū crucis ondi, & dari osculandum christianis agonizantibus cum monitione, q̄ sperent in merito passionis Christi, quo liberabuntur a potestate demonis, & perueniant ad portū eterne salutis. Vnde Sap. 14. Exiguo ligno et dunt hoies aīas suas, & transcentes mare, per ratem liberati sunt. In cuius et figuram dicebat sanctus ille Patriarcha, Iacob Gene. 32. In baculo meo trāsīui Iordanem istum. Hęc autem nauis fuit agitata maximis motibus, ita ut operiretur fluctibus. Isti motus fuerunt illę grauissimę persecutiones, quas passus est in cruce dñs, ita ut meritò tunc dicere possit illud Threno. 1. O uos omnes, qui transitis per uiam, attendite, &c. Hanc igitur nauiculā ascēdit Christus in die parasceues, quē postmodū secuti sunt discipuli eius, quia oēs calicē mortis biberūt, forsan p̄ter Iohannem, qui etiam ipsum bibit saltē affectu, & quantū ad multa supplicia, quę in p̄senti pertulit. Matt. 20. Calicē meū bibetis. Vñ ipse Christus ad eū sequendū per crucē mortis in celū inuitabat discipulos suos, dicens illud Matth. 16 Item Luc. 9. Qui uult uenire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suā quotidie, & sequa-

& sequatur me. Sed quare dixit Christus, quotidie? Quia reuera post ipsius passionem Apostolorum uita non fuit, nisi quaedam proleatio mortis. In hac igitur nauiculā crucis dormiuit Christus, quando inclinato capite tradidit spiritum. Et tunc factus est motus magnus. Nam, ut habetur Matt. vigesimo septimo. tunc sol obscuratus est, uelum templi scissum est in duas partes à summo usque deorsum, terra mota est, petrę scissę sunt, & monumenta aperta sunt. Tandem excitatus est Christus à somno mortis, quando pater clamauit ad eum dicens illud psal. Exurge gloria mea, e-xurge psalterium, & cithara, idest, qui suauiter cecinisti in uita p̄dicando, & peccatores ad p̄nitentiā inuitando, & renocando. Item, qui piē cecinisti in cruce uerba pietatis profereudo. Ad quem ille. Exurgam diluculo. Quo suscitato increpauit discipulos suos de parua fide, dicens, illud Lucę. vigesimo quarto. O stulti, & tardi corde ad credendum, &c. Item Mar. vlt. legitur, quod exprobrauit incredulitatem illorum, & duritiam cordis, quia his, qui uiderant eum resurrexisse, non crediderant. Tunc denique sedatus est mare, & facta est tranquillitas magna, quandoquidem in cordibus discipulorum sedatus est dolor dominicę mortis propter gaudium suę ineffabilis, ac mirificę resurrectionis.

ALLEGORICE, & secundò nauiculā est uirgo Maria, quę ideo uocatur nauiculā, quia fuit ualde parua per ingentem humilitatem, ita ut se uocaret Dei ancillam, cum tamen à parte rei fuerit filij eius uera mater. Luc. 1. Ecce, inq̄, ancilla domini. Et de hac nauiculā possunt mysticę uerificari singula, quę hic dicuntur de nauiculā materiali. Primò igitur in hanc nauiculam ascendit Christus in ciuitate Nazareth, quando de ea naturam assumpsit humanam. Et tunc ut habetur Pron. 3. 1. Ipsa facta est, quasi nauis institoris, idest, Christi, qui nos in mari huius mundi uenit de longē, idest, de dextera Dei patris, emere sanguine suo, portans panem suum, idest, ipsum Christum filium suum, qui est ille panis, cęlestis de quo ipsemet testatur Io. 6. dicens. Ego sum panis uiuus, qui de cęlo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum.

SECUNDÒ d̄, q̄ secuti sunt Christū in hęc nauiculā ascendēte discipuli eius, quia reuera oēs Chrī discipuli, & cultores

fyneri efficiuntur, & sunt ueri amatores, & deuoti oratores huius nauiculæ, i. uirginis Mariæ. Si enim qui diligit alium quem, dicatur, & canem eius amare, ut in prouerbio dicitur, ita à fortiori, qui diligit Christum, dicitur diligere, & matrem eius dignissimam, & hæc dilectio, nedum est gratissima matri, uerũ etiam, & filio. Terriõ Christo dormiente in Cruce per mortem factus est motus magnus, ita ut nauicula operiretur fluctibus, i. scilicet, tristitijs, amaritudinibus, & angustijs, quia tunc impleta fuit illa propheta Simeonis ad ipsam Christum matrem pietatis. Tuam ipsius animam peransibit gladius. Luc. 2. Quarto eodem Christo suscitato à mortuis imperauerit uentis, & facta est tranquillitas magna. Hoc autem factum est, quando luctus eiusdem uirginis de morte filij sui conuersus est in gaudium maximum, de gloria resurrectionis, ita ut merito illi dicere posset illud ps. Conuertisti planctum meum in gaudium mihi. Et sic patet de secunda expositione allegoricali.

Allegoricè, & terriõ nauicula est militans ecclesia, ut dictum est supra. Qua quidem nauicula constructa, i. ecclesia catholica fundata, non multo post motus magnus factus est in mari, i. in presenti sæculo, ita ut nauicula operiretur fluctibus, id est, aduersitatibus, & impugnationibus, adeo ut perire mereretur. Non est tamen submersa, quia iuxta Christi promissionem perseuerabit usque in finem sæculi. In cuius etiam figuram dixit ipse Christus Petro. Ego rogauit pro te Petre, ut non deficiat fides tua. Luc. 2. 2.

PRO quo notandum, quòd motus magnus insurgens aduersus hanc nauiculam est quadruplex, secundum quadruplicem ecclesiæ impugnationem. Triplex iam præcessit. Quarta autem tribulatio futura est in fine sæculi. Primum uentum aduersus nauiculam ecclesiæ suscitauerunt principes tyranniuales fuerunt; Nero, Diocletianus, Maximianus, Decius, Valentinianus, Traianus, & similes. De quibus cõqueritur prædicta nauicula in Psalm. dicens. Domine, quid multiplicati sunt, qui tribulant me? non estis insurgunt aduersum me. Multi dicunt animæ meæ, non est salus ipsi in Deo eius. Et notanter dicit multi, quia reuera dicti tyranni fuerunt multi, & per uarias regiones dispersi. Insuper eorum impugatio multo tempore perdurauit, uidelicet, usque ad tem-

pora Constantini, sub quo ecclesiæ pax redita est. Secundum uentum aduersus eandem nauiculam ecclesiæ suscitauerunt heretici. Et isti uarij fuerunt, prout notatur in decretis. 3. 4. 5. quidam autem heretici. Et ideo quanto plures, tanto periculosiores. Unde de impugnatione talium conqueritur pia ecclesia dicens illud Psal. Sepe expugnauerunt me à iuuentute mea, dicat nunc Israel. J. Ecclesia militans, quæ rectè hic uocatur Israel, quòd interpretatur uidens Deum, quia ipsa uidet Deum per fidem. Sequitur. Etenim non potuerunt mihi, supple tantum nocere, quantum oprabant. Querebant enim me euertere, & ad suam perfidiam trahere, sed nõ preualuerunt, domino pro me pugnante, & me protegente, atque meos inimicos miserabiliter cõfundente. Tertium uentum aduersus dictam nauiculam ecclesiæ suscitauerunt falsi fratres, id est, hypocritæ, & ficti Christiani. Et huius generis exiterunt illi, qui multa dogmatizauerunt contra bonos mores, quamuis uiderentur rectam tenere fidem. Et tales sub specie sanctitatis multos seduxerunt. De quibus uitandis loquitur Christus Matt. 7. dicens. Attendite à falsis prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fluctibus corũ cognoscetis eos. Quartum uentum aduersus nauiculam ecclesiæ suscitabit Antichristus in fine mundi. Et iste uentus erit mirabilis, & terribilis, quia ut dicitur Matt. 24. Erit tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi usque modò, neque fiet. Isti ergo sunt quatuor illi uenti, quos in spiritu uidit Daniel pugnantes in medio mari, id est, in hoc mundo. Dan. 7. Et sic patet de triplici expositione allegoricali dictæ nauiculæ.

MORALITER, & primò per nauiculam, in qua ascendit Christus, designatur anima rationalis, siue humana conscientia, de qua potest dici illud, Prouerbi. 8. Facta est quasi nauis inuitoris, id est, mercatoris. Est autem duplex mercator, scilicet, Deus, & Diabolus. Primus optimus. Secundus pessimus. Cum primo multum lucratur. Cum secundo totum perdimus, ut potè, omnes uirtutes, omnem gratiam, omne meritum, & tandem corpus, & animam. Et ideo ualde factum est habere commercium cum tali inuitore. Mercator Dei sunt ualde lucræ, adeo quòd tandem fursum trahit

animam. E contra autem merces diaboli sunt ualde graues, adeo quòd tandem trahunt nauicula, id est, infelicem, & peccatricem animam in profundum inferni, iuxta illud Efa. 14. Ad infernum detraheris in profundum lacu. In hunc etiam figuram legitur Exo. 15. quòd electi principes Pharaonis subiecti sunt in mari rubro, abyssi operuerunt eos, descendenter in profundum, quasi lapis. Videtur ergo unusquisque, & apud se consideret, quibus merces uelit in naui conscientie suae habere, an scilicet Dei, uel Diaboli. Quod si Dei, tunc ascendet Christus per gratiam cum eo. Quod si Diaboli, tunc indubiè descendet in profundum abyssi infernalis, cum mercatore suo.

MORALITER, & secundò nauicula est corpus humanum, quod comparatur nauicule propter tria. Primò quidè, quia sicut nauicula, postquam diu seruiuit, & incepit dissolui, præ uectitate, tunc pellic ad litus maris, & ibi putrefcit, ita èt sic de corpore humano. Nā postquā seruiuit animæ aliquò to tempore, tandè inueterascit, & dissoluit per mortè, atq; proicit in foueā sepulchri, & ibi putrefcit, atq; corrūpit. Secundò, quia sicut nauicula modico foramine perit, nisi citò obturet, eò qd per aque ingressum in cā, tandè possit submergi cum habitantibus in ea, sic èt per sensus exteriores corporis humani aqua peccati pòt de facili subingredi, & submergere aīam per consensum in tentatione. Propter quod Dauid, qui per incautum aspectū Bersabæe lauans se dimiserat subingredi aquam peccati usque ad animam suā, postmodum penitentia ductus clamabat ad dominum dicens. Saluum me fac Deus, quā intrauerunt aque usque ad animā meam. Summum ergo remediū est subingere sensus corporeos, & dicere ad dominum illud psal. Auerte oculos meos, ne uideant uani aīam. Item Sapiens, Ecclesiast. 28. ad propositum loquē dicit. Sepe aures tuas sōinis, & noli audire linguā nequam, & ori tuo facito ostia. Tertiò, quia sicut nauicula in mari frequenter hinc inde à uentis impellit, ita etiam corpus humanum sepe impellit à uentis passionum iræ, & concupiscentiæ, quæ sunt in organis corporeis. Sed quale remediū ad sedandum huiusmodi uentos passionū? Certè optimū remediū est recurrere ad diuinū adiutorium, & implorare Dei gratiam dicendo cum Christi apostolis. Domine salua

nos perimus. Quod ubi fecerimus, subito ipse dominus imperabit uentus tentationū, tam carū, quæ sunt à carne, quā illarū, quæ sunt à demone; siue à mundo, & fiet tranquillitas magna in humana conscientia.

MORALITER, & tertio nauicula est humana natura, quia sicut nauicula fluctuans super mare nullū uestigium relinquit post se, ut hī Sap. 5. propter quod Salomò. Prou. 30. inter quatuor difficilia ad cognoscendū enumerat uiam nauis in medio mari, ita etiam est de uita humana. Hæc igitur nauicula humanæ naturæ impellitur à quatuor uentis procedentibus à quatuor partibus terre.

PRIMò igitur impellit à uento procedente ab oriente, & hoc quantum ad eos, qui superbiunt de nobilitate parentū suorum, quales erant illi Iudæi, qui dicebant Christo. Semen Abrahæ sumus. Ioh. 8. Sunt enim multi, qui ualde gloriatur se habere, aut aliqñ habuisse aliqñ de genere suo, qui euaferit in uirum magnum. De ceteris autem, qui forsitan uix habebant panem ad edendum, & aquam ad bibendū, tacent, quinimmo de talibus uix uolūt audire loqui, ne minuat eorum gloria. Et tales sunt similes cuidam mulo, qui èt fabulas cum interrogaret de progenitoribus suis, dicebat se esse filium magni equi Alexandri, qui dicebat Bucephalus, cum quo frequenter egregiè dimicauerat. De matre autem silebat, erubescens ne sciretur, quòd illa fuisset rustica asina. Applicatio est facilis.

SECUNDò dicta nauicula impellitur à uento procedente ab occidente, & hoc quantum ad eos, qui inaniter gloriantur de magno fastu, què fortè obseruauerūt in exequiis amicorū, & parentū suorum, ut potè, in abundantia luminarium, elemosynarum missarū ad omnes uenietes, & huiusmodi. Sed timendū est, ne forsitan talis pompa cedat in premium, & remunerationem ipsorum defunctorū, & hoc pro nonnullis paruis bonis, quæ gesserūt in presentia, & in reliquo patitur penas æternas in inferno.

TERTIò dicta nauicula impellitur à uento procedente à meridie, siue ab austro, & hoc quantum ad eos, qui in seruire ætatis suæ insequuntur passionēs, & desideria carnalis suæ. Et tales reuera sunt in maximo numero. Undè talis uentus apud psal. uocatur demogium meridianum.

QUARTO sc̄pe dicta nauicula humanæ naturę impeditur a vento procedente à septentrione, & hoc quantum ad eos, qui sunt frigidi per defectũ charitatis, & misericordes ad pauperes etiã sui generis. Et tales reuera sunt in maximo numero. Da exemplũ de multis diuitibus, tã laicis, quã clericis, qui pauperibus sub mutuo, & gratis pecuniã, uel simile perentibus solent rñdere se non posse illis pro tunc subuenire. Et tã si uenerit alius, qui hæreditatẽ, aut possessionẽ suam impignorare uelit pro mutuanda pecuniã, statim illi subueniunt, sed non propter Iesum tm̄. Et tunc uerificatur illud ps̄. Merita est iniquitas tibi. Vnde de ifus quatuor uẽtis rectẽ potest intelligi illud Ezech. 37. A quatuor uentis eę ueni spiritus, idest, humana tentatio. Et sic patet de primo principali.

SECUNDO principaliter in præsentī euangelio fit mentio de Christi dormitione, cum subdicitur. Ipse uerò, sc̄licet, Christus dormiebat. In quo factio uerus homo ostendit, ut dicit glo. interl. Marc. autem. iij. dicitur, quod ipse Christus erat in puppi super ceruicula dormiens. Et accesserunt ad eũ discipuli eius, & suscitauerunt eũ, dicentes, dñe, salua nos, perimus, idest, perire timeamus. In quibus uerbis tria exprimuntur ex parte Apostolorũ. Primũ seruitus, siue obedientia, quia domine. Secundum supplicatio pia, quia salua nos. Tertium uergens necessitas, quia perimus. Et quia Christi discipuli adhuc imperfecti in fide timebant periclitari in presentia illius, de quo ps̄al. loquitur dicens. Tu dominaris potestati maris, motum autem fluctuum eius tu mitigas, ideo de tali timore reprehendit eos ipse Christus, dicens, quid timidi estis modicę fidei?

Allegoricẽ olim Deus uidebatur dormire, i hoc, sc̄licet, quod non subueniebat inopię naturę humanæ post lapsum, quam reliquit per multa annorũ milia in sua miseria. Nihilominus tandẽ fuit suscitatus uocibus, & precibus sanctorũ patrũ, & prophetarũ. Vñ & regius ille propheta Dauid uolens eum quasi de graui somno excitare, clamabat dicens, Exurge, quare obdormis domine? exurge, & ne repellas in finem, sc̄licet, mysterium incarnationis tuę. In finem, inquam, sc̄culi, quare faciem tuam auertis? supp. uelociter nos non ex audiendo, obliuisceris, idest, obliuisci uideris inopię nostrę,

nostrę, & tribulationis nostrę. Merito ergo dicti patres dicere poterant prædictum uerbum Apostolorum. Domine, salua nos, perimus, idest, in infernum descendimus, si non succurreris nobis. Et hoc ideo, quia insurrexit contra nos tempestas ualida, idest, seuera iustitia. Et ideo miserere nobis domine, miserere nobis.

MORALITER notandum, quod Christus aliquando dicitur dormire, aliquando uigilare. Dormire quidem differendo uindictam pro peccatis, quæ in dies committuntur, tanquam ea non uideret. Et ex hac dormitione sumunt sibi multi peccatores audaciam peccandi liberius, iuxta illud Eccl̄. 8. Quia non citò profertur contra malos sententia, filij hominum absque ullo timore perpetrant mala. Vigilate etiam, seu excitati à somno dicitur dominus, quando, sc̄licet, uindicat se de malis, quę sunt super terram. Vnde in Ps̄. Excitatus est, tanquam dormiens dominus, tanquam potens, supple. homo, crapulatus à uino. Nam, sicut homine potente surgente à somno, postquam crapulatus fuerat à uino, apparet eius uirtus, & potentia, quæ minimẽ apparebat eo dormiente; ita in proposito Dei potentia, & ira non apparet pro nunc multis peccatoribus, quos patienter sustinet. Cum uerò inceperit uisceri, & uindictam sumere de peccatis eorũ, tunc uidebitur, quasi à somno excitari, & uigilare. In cuius rei signum legitur Hierem. 1. quod factum est uerbum domini ad eundem Hieremiam dicens. Quid tu uides Hieremia? Et dixi. Virgam uigilantem ego uideo. Et dixit dominus ad mg. Bene dixisti, quia uigilabo ego super uerbo meo, ut faciam illud. Hęc ibi. Cum ergo interdum uidemus famem, pestilentiam, aut bellum opprimere mundum, siue aliud simile, tunc merito possumus dicere, cum Hieremia. Virgam uigilantem ego uideo, idest, Dei iram, & uindictam cedentem populum suum propter peccata illius. Esa. 53. Propter scelus populi mei percussi eum.

MORALITER etiam notandum, iuxta illud uerbum discipulorũ ad Christum. Domine salua nos, perimus, quod eadem uerba merito dicere possunt tria hominum peccatorum genera. Hi sunt superbi, auari, luxuriosi. Pro quo notandum, quod homines in tribus casibus periclitantes solent petere auxilium, uidelicet, cum suspenduntur, cum ab igne



igne inuaduntur, cum submergantur. Primò igitur malefactores, cum ducuntur ad patibulum, ut suspendantur, si obuium habuerint regem, aut principem, petunt à suspensio liberari, siue praeseruari. Per suspensum intelligitur superbia, quæ eleuare facit homines supra se, & ideo meritò debent clamare ad dominum, & dicere. Domine, salua nos à malo superbiæ, aliàs perimus æternaliter, cum superbo capitano nostro Luciferò. Secundò illi, qui inuaduntur subitò ab igne, solent ab alijs auxilium petere. Per ignem intelligitur auaritia, quæ urit hominem interius, & desiccatur exterior. Vnde de auaris rectè potest dici illud ps. Exarserunt, sicut ignis in spinis. Rectè ergo ipsi auari possunt clamare ad dominum, & dicere. Domine, salua nos, perimus. Tertio illi, qui sunt in periculo submersiois, solent auxilium postulare. Per submersioem intelligitur luxuria, quæ periclitare facit lubricos, & carnales homines in aquis uehementibus, à quibus liberari petebat ps. Cum dicebat ad dominum. Libera me de aquis multis. Meritò itaq; illi, qui tentantur à carne, debent uociferare ad dominum, & dicere cum eius Apostolis. Domine, salua nos, perimus, si sup. non succurrebis nobis. Et sic patet de secundo principali.

**TERTIO** principaliter in presenti euangelio fit mentio de tempestatis sedatione, cum inferitur. Tunc surgens, sup. Christus à dormitione imperauit uentis, & facta est tranquillitas magna. Porro homines mirati sunt dicentes, qualis est hic, quia uenti, & mare obediunt ei? Super quo dicit glossa. Interf. quòd Christus dormit, ut homo, sed imperat uentis, ut Deus. Ps. Tu dominaris potestati maris, motus autem fluctuum, eius tu mitigas. Tunc ergo in Christo impleta est triplex Prophetia. Prima habetur Nau. 1. Dominus in turbine, & tempestate uenit increpans mare, Secunda habetur Eccles. 43. In sermone eius, scilicet Christi, siluit uentus. Tertia habetur Thobia. 3. Post tempestatem tranquillum facis.

**ALLEGORICE** ante aduentum filij Dei in hunc mundum, erat motus magnus in mari eiusdem mundi, ita ut nauicula, idest, humana natura operiretur fluctibus i. maximis, & grauissimis tribulationibus. Nonne bene operiebatur dicta nauicula fluctibus, quandoquidem omnes in profundum abyssi descendebant post mortem? Quidam in infernum, ut

peccatores. Quidam uerò in purgatorio, ut qui pleni in præfenti nõ fatisuerant. Quidam autem in limbo, ut iusti, & sancti. Et tunc Deus uidebatur dormire. i. de perditione nauiculæ humane nature non curare. Tandem autem ad clamorem sanctorum patrum insisterentis petentiù incarnationem eius, excitatus est, iuxta illud ps. Propter misericordiam inopum, & gemitum pauperum nunc exturgam, dicit dñs. Quo excitato, imperauit uentis, & mari, & facta est tranquillitas magna. Nam eo incarnato cessauit illa antiqua tempestas, quæ tam mirabiliter prius afflixerat mundum.

**MORALITER.** Nauicula est humana conscientia, ut prius dictum est, quæ quàm diu subiacet peccato, patitur maximam tempestatem, ita ut operiatur fluctibus, idest, peccatis, & tentationibus. Sed ne pereat, & tandem ad profundum abyssi infernalis descendat, illi succurrendum est, & subueniendum tribus modis, quibus subuenitur nauiculæ materiali, ne flante uento, & suscitata tempestate pereat. Primus modus est, per deonationem peccatorum, quæ ipsam mirabiliter grauant, iuxta illud Psalm. Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauat, & car. Ista autem deuotio fit in contritione, aut sacramentali confessione. In cuius figuram legitur Ionæ primo, cum nauicæ existentes in nauis, in qua erat Ionas, uidentem tempestatem maris, ita ut nauis periclitaretur, & contereretur, miserunt uas, quæ erant in nauis, in mare, ut alleuiaretur ab eis. Applicatio est facilis. Secundus modus est per dimissionem, siue depressionem uelorum superbiæ, & totius elationis, ita ut homo recognoscat, & fateatur se peccasse. Velum suum, idest, superbiam deposuit rex Ninuius, quando ad predicationem Ionæ surrexit de folio suo, & abiecit uestimentum suum à se, & indutus est sacco, & sedit in cinere. Et ideo obtinuit à Deo misericordiam. Tertius modus est per affixionem anchoræ, idest, per firmam spem de Dei misericordia. Vnde Apostolus Heb. 1. Confugi-mus ad tenendam propositam spem, quam sicut anchoram habemus anime tutam, firmam, & incedentem usque ad interiora uelaminis. Hæc enim Anchora sanctæ spei facit stare nauiculam nostram, idest, animam, in loco suo, iuxta illud Eccles. 9. Confide in Deo, & mane in loco tuo.

LOCUS noster est celum, in quo debemus manere per firmam spem, quoadiu ambulamus in presenti, quatenus per realem possessionem, tandem illic valeamus permanere. Quod nobis concedat ille, qui in Trinitate perfecta uiuit, & regnat, &c.

*Dominica quarta, post octauas Epiphania, Sermo primus de Epistola.*



**I**NDVITE uos, sicut electi Dei, sancti, & dilecti uiscera misericordiae Col. 3. Legimus Gen. 3. quod postquam primi nostri parentes peccauerunt, & de paradiso terrestri eieci sunt, cognouerunt nuditatem suam, & tunc ceperunt erubescere uidere se nudos. Quibus compatiens piissimus Deus fecit illis tunicas pelliceas, & induit eos. Moraliter per primos parentes nudos, & inde erubescentes, recte designantur peccatores, qui destituti sunt uestibus animae, quae sunt gratia, & uirtutes, & hoc ad procuracionem demonum, de quibus loquitur scriptura dicens ad animam peccatricem: Ezech. 23. Dimittent te nudam, & ignominiam plenam. Vnde miserum peccatorem alloquitur Iohann. Apoc. 3. dicens: Nescis, quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cecus, & nudus? De tali ergo nuditate spirituali debet merito erubescere quilibet peccator, & laborare cum auxilio gratiae Dei, ut cooperari nuditatem suam gratia, & uirtutibus. Ad quod etiam faciendum nos admonet Apostolus in uerbis praedictis, & ex hodierna Epistola assumptis dicens: Induite uos, sicut, &c. In presenti ergo Epistola Apostolus ostendit, qualiter debeamus nos habere ad haec, scilicet.

Ad nos, in principio Epistolae.

Ad proximum, ibi.

Supportantes inuicem, &c.

Ad Deum, ibi.

Et pax Christi exultet, &c.

**P**RIMò igitur Apostolus ostendit, qualiter oporteat nos habere ad nosmetipsos, cum ait: Induite uos, sicut electi Dei, sancti, & dilecti. Dicit ergo tria, secundum quae debemus nos induere: Primum est, sicut electi Dei, id est, à Deo ab aeterno praedestinati, iuxta illud Ephe. 1. Elegit nos ante mundi constitutionem.

stitutionem. Secundum est sicut sancti, id est, sanctificati per baptismi susceptionem. Tunc enim fuimus sanctificati à culpa, & poena. Apoc. 1. Lauit nos à peccatis nostris, sup. Christus in baptismo, in sanguine suo, id est, per uirtutem, & meritum suae passionis. Tertium est: Et dilecti, sup. à Deo, ut dicit glo interl. Non autem dicit, sicut dilecti à mundo, quia qui diliguntur à mundo, id est, à mundanis, cõmuniter odiuntur à Deo. Vnde Iaco. 4. Qui uoluerit amicus esse seculi huius, inimicus Dei constituitur. Ecce ergo quomodo debemus nos induere, sicut electi Dei, sicut sancti, & sicut dilecti, sed à Deo. Vel sic: Induite uos sicut electi Dei, per fidem, sicut sancti per spem, & sicut dilecti per charitatem.

**N**OTANDVM est ergo circa hoc, quod uestis uirtutum habet quatuor conditiones, propter quas debet indui. Nam sicut uestis corporalis protegit, operit, ornat, & calefacit, ita etiam est de ueste spirituali uirtutum in ordine ad animam.

**P**RIMò igitur haec uestis protegit, sup. animam à iaculis, & tentationibus inimici. Propter quod Apostolus Eph. 6. nos admonet induere hanc uestem uirtutum, dicens. Induite uos armaturam Dei glo. interl. uirtutes, ut possitis stare aduersus insidias diaboli, qui, sup. in peccato molitur uobis mala, ideo dicit insidias.

**S**ECVNDò uestis uirtutum operit animam, adeo quod quicunq; finaliter fuerit ea indutus, non timebit confusionem illam in die iudicij, quam tunc sustinebunt reprobi, & peccatores, de quorum quolibet dicitur Naum. 3. Ecce ego ad te, dicit Dñs exercituum. Ac si diceret Italicè. Ecco Melchino riprouato, ch'io à te uengo. Reuelabo pudenda tua in facie tua, ostendam in gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam. Econtra autem de quolibet electo dicitur Apoc. 6. Beatus, qui custodit uestimenta sua, ne nudus ambulet, & uideat turpitudinem eius. Dicitur etiam. 1. Pet. 4. quod charitas operit multitudinem peccatorum.

**T**ERTIò uestis uirtutum ornat animam multo melius, quam uestis materialis corpus. Et ideo, qui ea fuerit indutus in die iudicij, siue in articulo mortis, non timebit, repelli à nuptijs paradisi. A quibus tñ turpissimè excludetur quilibet reprobus ea carens. Vnde illi dicitur illud Mat. 22. Anis est, quomodo huc intrastr non habens uestem nuptialem?

QUARTO uestis uirtutum calefacit animam, in teneis, quod quicunq; finaliter fuerit ea indutus, nō timebit frigus inferni, iuxta illud Prouer. vii. Non timebit domui suę, id est, conscientię, a frigoribus niuis. Nec mirum si dicta uestis uirtutum calefacit interiorē hominē, quia ut habetur ubi supra, Omnes domestici eius, id est, prædestinati ad habitandū cum Deo in cælo, uestiti sunt duplicibus, sup. in præsentia. Sed quibus duplicibus? Certē uirtutibus infusus, & acquisitis, & hoc quo ad adultos se exercentes in operibus uirtuosis: Patent ergo quatuor, quæ operantur in anima uestis uirtutū. Propter quod merito Apost. horatur nos ad assumendum huiusmodi uestem, dicens. Induite uos, sicut electi, &c.

PRO quo iterum notandum, quod electi Dei, sancti, & iusti, id est, iusti, & prædestinati taliter induunt se interius, qualiter homines mundani exterius, quod sic pater.

PRIMO enim homines mundani uolunt in publicum honestē procedere, & cum ueste decenti suo statui. Et quanto fuerit dies celebrior, tanto honestius uolunt indui. Vnde & mulieres diuites habēt uestes uarias, scilicet, quotidianas, seu cōmunes pro singulis diebus. Alias speciales pro Dominicis, & bassis festis. Alias singulares pro magnis, & altis festis. Ita spiritualiter homines debent indui exterius per uitę exemplaritatem, dicente Christo Matt. j. Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera, &c. Interius autem per cordis munditiā. Et quanto dies fuerit celebrior, tanto debet esse puriores, & deuotiores, & signanter in præcipuis festis frequentantes sacramentum confessionis, quæ ual de decorat animam coram Deo, iuxta illud Psal. Confessio, & pulchritudo in conspectu eius. Et alibi. Confessionem, & decorem induisti.

SECUNDO homines mundani diligenter præcauent, ne uestes suę polluantur luto. Quod si lutum superuenierit, non ipsum abstergunt. Sic spiritualiter debemus præcauere, ne polluantur conscientię nostrę luto peccati, & signanter postquam receperit suum confessioni. Vnde anima deuota Cane. j. loquitur dicens: Expoliāui animā tunica mea, cessando, supp. a peccatis, quomodo induar illa? scilicet redeundo ad uōmitum. Laui pedes meos, id est, affectus meos, seu interiorem hominem, quomodo coinquinabo illos?

Tanquam

Tanquam apertē diceret Salomon, quod est ualde indecens, & turpe coram Deo, & angelis eius, quod homo post remissionem peccatorum, siue postquam induit nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & ueritate, iterum induat ueterem hominem ad uomitum redeundo. Qui autem sic faciunt, similes sunt canibus, & porcis, quia ut habetur. 2. Petr. 2. Talibus contingit illud proferbij. Prouer. 26. Canis reuersus ad suum uomitum, & suis lora in uolubro luti.

TERTO mundani uestes suas dissutas refarciri faciūt, ne uiles appareant in conspectu hominum. Sic & electi Dei, sancti, & iusti uidentes uestes uirtutum in se quantumcunq; parum dissutas, aut diminutas, statim student eas in melius reparare, ne tandem uiles appareant in conspectu Domini, & omnium sanctorū eius. In cuius figuram legitur Gen. j. quod primi parentes conseruerunt folia ficus, ut operirent nuditatem suam. Ecce quomodo iusti induunt se interius sicut homines mundani solent se induere exterius.

CONSEQUENTER Apost. declarat, & exprimit in particulari, quę sunt illa, quę debemus interius induere, cum ait: Induite, sup. uos, uiscera misericordię, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam.

PRIMO igitur debemus induere uiscera misericordię, id est, uiscerosam, & cordialem misericordiam erga omnes, ut dicit glo. interl. Et nota, quod Apost. notanter dicit. Induite uos uiscera misericordię, & hoc contra illos, qui habent simulatam misericordiam in exteriori homine, quales sunt hypocrite. Induere ergo uiscera misericordię, est compassionem cordis inseparabiliter in se coniungere, & habere. Ille ergo homo proprie dicitur misericors, qui habet cor mi serum, & compassionem super necessitatibus aliorum. Vnde talibus benedixit Dominus Matt. j. dicens: Beati misericordes, quoniam, &c.

NOTANDVM quod circa misericordiam se habent homines uarijs modis: Primo enim quidam habent misericordiam tantū in uisceribus cordis sui, quales sunt pauperes, & inopes pia gestantes uiscera super alios egenos, dolentes, quō nō possunt illis in effectu subuenire. Secundo, quidā habent misericordiā tantum in ore, quales sunt amici huius mundi,

Ser. Do. G. Pep. Pars Hiem.

Q qui

qui multa dicunt, & promittunt, sed nihil solvunt. Tertio quidam habent misericordiam tantum in opere, quales sunt, qui interdum subveniunt pauperibus, ex humana uerecundia, ne. s. repentur avari, & tenaces. Quarto quidam habent misericordiam in corde, in ore, & in opere, ut boni, & iusti, qui habent unde subveniunt necessitati patienti, Quinto quidam per oppositum non habent misericordiam in corde, nec in ore, nec in opere, ut multi avari, & immisericordes ad pauperes. Videat ergo unusquisque, & apud se consideret, de quorum fit numero. Patet ergo qualiter debeamus induere uiscera misericordie.

**S E C U N D O** debemus induere benignitatem. s. in sermone, ut. s. sermo noster sit gratiosus, dulcis, mansuetus, & benignus. Unde de istis duobus simul loquitur Apost. Eph. 4. dicens. Estote inuicem benigni, & misericordes. Secundum autem Iud. li. etymologiarum. Benignus dicitur ille, qui sponte est ad beneficiandum paratus, & ad eloquium dulcis, & gratiosus, tam diuiti, quam pauperi, tam extraneo, quam in traneo, tam inimico, quam amico. Sed profectio huius contrarium multi faciunt. Primo quidem multi confessores, qui sunt duri, & asperi ad pauperes, sed plus iusto benigni ad diuites, quibus faciunt bonum forum de misericordia Dei, & hoc torum, ut illis beneficant. Nota fabulam de asino, qui cum uenisset ad confessionem coram Domino curato vulpe, & dixisset, quod cum semel tempore hyemali ferret magistrum suum ad forum, & ex magna esurie traxisset modicas paleas exeat per foramina sotularium dicti magistri sui, & ea comedit, iustus est grauitur uerberari, eo quod sic agendo exposuisset dictum magistrum frigori. Deinde uenit leo, qui cum confiteretur se multas uaccas, & porcos, & oues pauperum hominum rapuisse, & deuorasse, ait illi confessor. Domine Leo de natura uestra, & consuetudine antiqua est comedere carnes. Preterea uos estis rex animalium, & potestis eis uti ad uoluntatem. Et ideo non uideo, quod deuorando pre dicta animalia peccaueritis. Aut si sic, tunc fuit leue peccatum. Applicatio est facilis. Secundum contrarietate agunt ad benignitatem multi diuites, & potentes in ordine ad pauperes, quos interdum uerbis exasperant, & reprobant ad modum animum, cum elemosinam ab eis petunt, aut forsitan debita, sed merce-

mercedem laborum suorum repetunt. Sed tales scire debent, quod iudicium siue misericordia fiet ei, qui non fecerit misericordiam, ut habetur Iaco. 2. Tertio contrarietate agunt ad benignitatem multi rebelles ad pauperes, ab eis consilium petentes super egritudine sua, qui tamen benignetate loquuntur ad diuites, a quibus sperant bonam mercedem. Item dic de aduocatis, & consiliarijs, atque iudicibus. Quarto contrarietate agunt ad benignitatem multi prelati in ordine ad subditos, quos frequenter uerbis exasperant, & factis plus iusto castigant, ita ut subditi eos timeant, tanquam leones. Contra quos loquitur scriptura. Ecclesiast. 4. dicens. Noli esse sicut leo in domo tua, euertere domesticos tuos, & opprimere subiectos tibi. Propterea in decretis dist. 45. disciplina. dicit quod sicut nimia benignitas non debet resolueret subditos, sic nec nimia asperitas exulcerare. Item eadem dist. c. licet nonnunquam. sic dicit Leo papa, Plus erga corrigendos agat beneuolentia, quam comminatio, plus caritas, quam potestas. Sed ab ijs, qui que sua sunt querunt, non que Iesu Christi, facile ab hac lege descenditur, & dum dominari magis quam consulere subditis placet, honor inflat in superbiam, & quod prouisum est ad concordiam, tendit ad noxam. Hec ibi.

**T E R T I O** debemus induere humilitatem, ut illam precipue geramus in cordibus nostris, exemplo saluatoris Matth. 11. dicens, Discite a me quia mitis sum, & humilis corde. Notanter dicit humilis corde, hoc contra illos qui in exteriori gestu, habitu, & sermone preterunt magnam humilitatem, cum tamen sint ualde superbi, praesumptuosi, & arrogantes in cordibus suis Ecclesiast. 19. Et qui nequit se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo. Horum ergo humilitas ficta est, & falsa. De qua etiam dicitur nomina quest. prima, in scripturis, quod ficta humilitas est cum superbia mixta.

**N O T A N D U M** ergo, quod debemus induere humilitatem, signanter propter tria. Primo quidem propter uitandum periculum Unde Mat. 18. loquitur Christus dicens. Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli. i. humiles, non intrabitis in regnum celorum. Item de pen. dist. 1. taciturnitas dicit, quod siue humilitate nemini potest esse salus. Secundo

terò propter consequendum premiũ. Vnde Luc. 14. item eiusdem. 18. item Matth. 22. Omnis qui se humiliat, sup. in presenti, exaltabitur, scilicet in futura gloria. Item Luca. 1. Dominus deposuit potentes de sede, id est, angelos malos, de celo propter superbiam suam, & illic, sup. exaltauit humiles. Tertio autem propter Christi exemplum. De eo em dicitur in decret. dist. 93. dominus noster, quòd omnia ab eo ideo facta sint humiliter, atque patienter, ut nos humilitatis ac patientiæ haberemus exemplum. Propterea de eo dicit scriptura Esaia: 9. Paruulus, id est, valde humilis, datus est nobis. Quod sic patet. Ipse nempe de humili uirgine nasci uoluit, humilem domum habuit, quia diuersorium, humilem uestem, quia pannis inuolutus est, humilibus per angelum suam natiuitatem nunciari uoluit, quia pastoribus. Sacramenta humilitationis suscepit, scilicet, circumcisionis, & baptismi. Parentibus humiliter subditur. Paruulum amplectatur. Marc. 10. Item paruulos non uult prohiberi à discipulis suis ad se uenire. Matth. 11. Propterea in praedicatione humilitatem seruauit, dicens illud Iohan. 8. Ego gloriam meam non quero. Similiter in operatione miraculorũ humilitatem seruauit, dicens cuidam leproso ab eo curato. Vide, nemini dixeris. Matth. 8. Item Marc. 7. præcepit eis, ne cuiquam dicerent, scilicet, de sanatione surdi, & muti. Similiter humilitatem ostendit, dum super asellum sedit, cũ Hierusalem intrare uoluit Matth. 12. Item in ablutione pedum discipulorum suorum. Iohan. 13. Tandem in morte humilitatem consummauit, ut dicit Apostolus ad Philip. 2. Ecce quam multiplex humilitatis exemplum nobis præbuit ille, qui est rex regum, & dominus dominantium. Propterea August. ad fratres in eremo Serm. 70. qui inquit. de commendatione humilitatis, dicit sic, Deus humilis factus est nostræ salutis causa. Erubescat ergo superbus esse homo. Hæc ille.

**Q**UARTO debemus induere modestiam, & hoc in opere bono, ut, scilicet, modum in eo seruemus, iuxta illud ad Philip. 4. Modestia uestra nota sit omnibus hominibus. Vel dic, qd debemus induere modestiã, inter prospera, rationaliter, discretè, moderatè, & temperatè eis utendo, ne amputando nos succumbere faciant in presenti per culpam, & in futuro

futuro per æternam damnationem.

**N**O T A N D U M est autem circa hoc, qd debemus induere modestiam in multis locis. Primò quidem in corde moderando passionem insurgentes, in ui irascibili, aut taliter agèdo, ne insurgant contra iudicium rationis. Secundò in ore, cauendo ab inhonesto, aut superfluo sermone, siue etiam ab indecenti, & dissoluto risu. Nam ut dicitur Ecclesia: 19. Risus dentium enunciat de interiori hominis dispositione. Tertio in oculis, cauendo à uano aspectu propter periculum tentationis. Propter quod dicebat Psalm. ad dominũ. Auerte oculos meos, ne uideant uanitatem, scilicet, mulieris faciem, colorem, ornatum, & gestum, quæ omnia inflammant, & incitant ad libidinem. Quarto in habitu siue uestitu, ne, scilicet, quis utatur indecenti, aut superfluo habitu secundum statum suum, ut etiam dissoluto. Item in gestu, incessu, & cæteris motibus corporis. Vnde August. in regula de communi uita cler. loquitur dicens. In incessu, statu, habitu, & in omnibus motibus uestris nihil fiat, quod cuiusquam offendant aspectum, sed quòd uestrã deceat sanctitatem. Nam ut hie Eccl. 19. Amictus corporis, & gressus hois enunciat de eo. Dicit Et Aug. & reci. dist. 41. clericus, qd in compositio corporis qualitate indicat mentis. Quintò in ludo, ne, scilicet, quis utatur ludo prohibito, aut etiam, ne nimis se occupet circa ludum licitum, & honestum, sed tantum pro loco, & tempore, & hoc causa recreationis, siue cuiusdam urbanitatis tñ. Vnde circa dicta, uel facta iocosa ponit Philosophus quandã uirtutẽ, quam Eutrapeliam uocat. Ecce in quibus debemus induere modestiam.

**Q**U I N T O debemus induere patientiã, ut, scilicet, possimus aduersa equanimiter perferre. Luc. 21. In patientia uestra possidebitis animas uestras. Item. 2. ad Cor. 6. In oibus exhibeamus nosmetipsos, sicut Dei ministros in multa patientia. Hæc em est illa armatura, per quã cor humanũ manifestat sub Deo, quæ hostem regis, & quæ ipsum seuto bonæ uoluntatis cohibet ab illicito appetitu uindictæ. Insuper ipsa patientia linguam retrahit à contumelia, & murmuratione, manus à uolentia, & percussione, oculos à toruis aspectibus, pedes ab iniquis gressibus. Et sic totum hostem intra se claudas, sub protectione Dei, cuius refrigerium querit, & con-

constituit. Et quantum ad hoc dicitur patiens animam suam  
 possidere, ut dicit saluator, ubi supra.

**NOTANDUM** ergo, quod ad induendum patientiam  
 multa exempla eos inducunt. Primum exemplum Christi,  
 qui patiensissimus fuit, prout prophetatum fuerat. *Esa. 53.*  
 Propter quod Petrus de eius patientia loquens ait. Cum ma-  
 lediceretur, non maledicebat, cum pareretur, non commina-  
 batur. *1. Petri. 2.* Secundum est exemplum sanctorum patri-  
 um ut Iob, Thobiaz, Moyfi, Ioseph, David, & similibus. Et hoc est,  
 quod scribitur Thob. 2. Hanc tentationem, scilicet, cecita-  
 tis permisit euenire illi, ut posteris daretur exemplum pa-  
 tientie eius, sicut & sancti Iob. Tertium est exemplum san-  
 ctorum martyrum, de quibus canit Ecclesia. Ceduntur gla-  
 dijs more bidentium, non murmur resonat, non querimonia,  
 sed corde tacito mens bene censura conseruat patientiam.  
 Quartum est exemplum paganorum. vnde Seneca lib.  
 de ira, refert de Cesare Augusto, quod fuit mirabilis patientia,  
 ita ut nec conuictis contra se dictis moueretur, quin-  
 immo conuictantibus solum respondere solebat, & persuade-  
 bat, quod linguis moderatius uterentur. Inimicis parebat.  
 Hostibus inuadentibus, & insulantibus contra eius imperium,  
 animo non irritabatur. Ad se reuertentes suscipere  
 gaudebat. Et cum cetera memoriter retineret, inimicorum  
 iniurias cito obliuioni dabat. Vnde ex tanta Augusti paci-  
 entia Seneca contra se arguit, dicens. Nunquid in domo meo  
 possum, quod Augustus in toto orbe terrarum potuit? Ille  
 patiens fuit, & hostibus ignoscebat, & ego non ignosceam  
 pigris, negligensibus, & garrulis famulis meis? Hac ille. Pa-  
 rent ergo quinque uirtutes, quas iuxta Apostoli consiliu  
 induere debemus, scilicet, q. inseparrabiliter nobis coniu-  
 gur. Et sic pater de primo principal.

**SECVNDÒ** principaliter Apostolus in presenti episto-  
 la instruit nos, qualiter debeamus habere nos ad proximos,  
 & hoc multipliciter.

**PRIMÒ** quidem ex charitate imperfectiones ipsius sup-  
 portando, cum ait, Supportantes inuicem. Quia enim ualde  
 pauci sunt perfecti pro statu isto, sed quæ abundat in uno,  
 communiter deficitur in alio, ideo hortatur nos Apostolus,  
 ut supportemus nos inuicem, considerantes nostras imperfec-  
 tiones.

tionem. Vnde ad talem supportationem tria debent nos in-  
 ducere. Primum est præceptum Apostoli ad Gal. 6. dicentis.  
 Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Chri-  
 sti, quod, supple, est de charitate mutua habenda. Secundum  
 est exemplum eiusdem Apostoli, qui 1. ad Corinth. 11. orat  
 dicens. Supportate me. Quod si tantus, atque talis homo  
 petebat supportari, quanto magis debemus supportare im-  
 perfectos? maximè eum, & nos imis imperfecti, & in multis in-  
 fendamus omnes. Tertium est natura. Plinius enim in natu-  
 rali historia lib. 7. refert de ceruis, quod cum fretum ad in su-  
 lam transeunt pascuarum gratia, sic se ordinant, ut onera  
 capitum suorum, quæ gestant in cornibus, super inuicem  
 portent, ita ut posterior super anteriorem ceteruice proiecta  
 caput colloct. Cumque primus ante omnes fatigari se sen-  
 tit, suo ordine dimisso fit posterior, & sic ab eo, qui prius po-  
 sterior erat, supportatur. Et ita inuicem onera sua portan-  
 tes fretum transeunt donec ad terram stabilem ueniant. Hec  
 ille. Idem ponit August. de uerbis Apostoli, exponens prædi-  
 ctum uerbum. Alter alterius onera portate. Fertur etiam  
 quod inter uolandum rex apum fatigatus solet supportari  
 ab alijs apibus, & portari usque ad locum habitationis  
 suæ. Similiter si unus pes læsus, aut debilitatus fuerit, sup-  
 portatur ab alio. Quanto magis ergo homines debent se  
 inuicem supportare? prout hic nos admonet Apostolus,  
 dicens, Supportantes inuicem. Sed, proh dolor, huius con-  
 trarium multi faciunt, qui more canino mordent læsos,  
 quos supportare iubentur. Practica de detractoribus, &c.

**SECVNDÒ** idem Apostolus instruit nos, qualiter debeamus  
 nos habere ad proximum, offensas, & iniurias illi pro  
 per Deum remittendo, cum ait, Donantes uobismetipsis, si  
 quis aduersus aliquem habet querelam. Sicut dominus donauit  
 uobis, ita & uos, supple, donate. Vult ergo dicere  
 Apostolus, quod si alter alterum offendat, quod est satis com-  
 mune inter homines, quod illi, qui est offensus, non solum  
 se non uindictet, uerum etiam alteri ex corde donet. Hoc au-  
 tem facere debet propter quatuor. Primò quidem propter  
 imitandam diuinam bonitatem, quæ talis, ac tanta est, ut  
 nobis gratis donet offensam, etiam toties, quoties illas no-  
 bis petimus donari. *Ezech. 18.* In quacunque hora inge-  
 muerit

merit peccator, &c. Et quod amplioris dilectionis est scilicet. Ipse dominus nos inuitat, ut post commissam offensam non desperemus, sed ad ipsum quanticocius, & confidentius recurramus, dicens anima peccatrici illud Hierem. 3. Tu fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, & ego suscipiam te. Et ideo de hac imitatione diuinae bonitatis loquitur hic Apostolus dicens. Donantes, &c. Sicut dominus donauit uobis. Secundò propter propriam utilitatem. Qui enim citò, & ex corde remittit offensas sibi iniuste illatas, meretur à Deo, ut proprias offensas in eum commissas sibi remittat, dicente Christo Matth. 6. Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet, & uobis pater uester caelestis delicta uestra, & Ecclesiast. 28. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Tertiò propter uitandam Dei uindictam. Vnde ubi supra. Qui iudicari uult, à Domino inueniet uindictam, & peccata illius seruans seruabit, supple, in alio saeculo punienda. Et post pauca, homo homini reuerat ita, & à Deo quaerit medelam? Ac si apertè diceret, Irrationabile est, quòd homo non faciat misericordiam homini sibi nocenti, & quòd ipse deprecatur dominum per remissionem peccatorum suorum. Et hoc est, quod subditur, In hominem similem sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur? Quarto propter uitandam penam aeternam, quam, supple, incurrit, qui unquam offensas remittere non uult. Et hoc ostendit dominus Matth. 18. sub parabola de debitore, qui conseruo suo benigne eum roganti miseri non uult, cum tamen paulo ante dominus eius fuisset illi multum misericors. Et ideo propter ingratitudinem suam dicit illius tradidit eum tortoribus recludendum in carcerem. Et ecce pena aeterna, quam incurrit, qui offensam in se commissam donare non uult.

TERTIÒ Apostolus instruit nos, qualiter debeamus habere nos ad eundem proximum charitatem ad ipsum habendo, cum subdit. Super omnia autem haec charitatem habentes. Ac si apertè diceret. Nihil tam precipue, aut strictè uobis precipitur, quantum ad omnia, quae dicta sunt in praesenti epistola, sicut est charitas, quae est forma omni uirtutum, & eas eminentissimè excedens in perfectione, & decore, dicente Apost. Iad Corint.

Corint. 13. Maior horum est charitas. De qua et loquens idem Apostolus, ubi sup. 12. ca. ait. Adhuc uiam excellentiorè uobis demonstro. Hinc J. Pet. 4. dicit. Ante omnia in uobis mutuis mutuam charitatem habentes.

NOTANDVM est autem, quod summo opere debemus habere charitatem inter nos, & hoc propter tres rationes. Prima attenditur, rex parte originis. Videmus enim, quod filij ab eodem patre procedentes naturaliter amant se mutuo. Quòd si aliqui eorum inter se discordant, tunc degenerant ab amore naturali. Sic est autem, quòd omnes habemus eundem patrem caelestem, cui omni die dicimus in oratione domini ca, Pater noster, qui es in caelis. Matth. 6. Consequens ergo est, ut habeamus inter nos mutuam charitatem. Secunda ratio attenditur ex parte medij. Videmus enim, quòd illi, qui in unum uiuunt, mutuo se diligunt. Vnde & claustrales uocant se mutuo fratres, iuxta illud Psal. Ecce quam bonum, & quam iocundum habitare fratres in unum. Sic est autem, quod omnes in praesenti uiuimus sub eodem tecto, quod est caelum, quinimmo nos catholici in eadem domo habitamus, quae est ecclesia. Item de eodem cibo, & potu reficimur in sacramento altaris, igitur, &c. Tertia ratio attenditur ex parte finis. Omnes enim speramus eandem hereditatem caelestem possidere post consummationem uiae huius, ideo ualde decet est, ut mutuam charitatem obseruemus. prout nos hortatur Apostolus in praesenti epistola. Quam quidem charitatem uocat uinculum perfectionis, & hoc propter multa. Primò quidem, quia ligat hominem homini per concordiam. Secundo uero, quia ligat hominem angelo per amicitiam. Tertiò autem, quia ligat Deum homini per carnis assumptionem. Quarto denique, quia ligat hominem Deo per reconciliationem. Et sic patet de secundo principali

TERTIÒ principaliter Apostolus in praesenti epistola ostendit, qualiter oporteat nos habere ad Deum, cum subdit. Et pax Christi exultet in cordibus uestris, in qua, & uocati estis in uno corpore. Et est sensus. Et pax Christi, i. quam ad Christum habere debemus bene uiuendo, exultet in cordibus uestris. i. sit in uobis causa exultationis spiritualis. In qua, scilicet, pace cum Christo habenda, & conseruanda uocati estis in uno corpore, scilicet, ecclesiae. Omnes enim in unum cor

pus sumus in Christo, ut habet. i. ad Corin. 10. Et ideo debemus habere pacem adiuicem, sicut membra unius corporis inter se concordant. Tandem in fine huius epist. Apo. hortat nos, ut commoneamus nos inuicem, ad laudandū Deum in psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus. Sic enim agentes perueniemus ad beatitudinem illam celestē, in qua regnet, ac sine fine laudabimus eundem dominum, qui in unitate perfecta uiuit, & regnat. Amen.

*Dominica quarta post octauas Epiphaniae, Sermo secundus de Euangelio.*



**S**IMILE factum est regnum celorum homini, qui seminauit, &c. Matt. 13. Pro introductione praesentis sermonis mouetur questio talis. Cum anima rationalis sit bonum semē, quod seminat opus Deus in agro suo, quod est humanū corpus, quod vn̄ procedit zizania p̄m medio dicti seminis. Et idē q̄rit de toto ḡne humano. R̄ndet ad hanc q̄onem, q̄ hoc fit propter multa, conformiter ad ea, propter quae bonum semen materiale deterioratur.

**P**RIMÒ igitur bonum semen deterioratur propter malitiam terrae, in qua seminatur, ut potest, quia petrosa, seu arenosa, spinosa, aut huiusmodi. Et propter hanc causam in anima rationali inuenitur zizania peccati. Nam cū à Deo creata, simul in corpus humanum infundit, quod quidem corpus ex Adam peccatore traducit per humanam generationem, atque ex tali amborum, scilicet, corporis, & animae conjunctione sequitur infectio originalis culpae in anima, & rebellio, seu concupiscentia in corpore. Ecce malitia terrae, in qua seminatur bonum semen. De qua etiam figuratiuè dixit dominus ad Adam Gen. 3. Spinosa, & tribulus germinabit tibi. Non mirum ergo, si dictum semen bonum deterioratur. Vnde si interrogaretur dominus Deus sub his uerbis, Domine nonne bonum semē seminasti in agro tuo, in anima rationali ad imaginem, & similitudinem tuam formatā, & positā in corpore humano? Vnde ergo habet zizania peccati originalis? Vtique respondere posset, & dicere. Malitia terrae hoc fecit.

**S E C U N D U M**

**S**ECONDÒ bonum semen corporale, huc materiale deterioratur propter commixtionem cum malo semine. Nam, ut dicit Apostolus. i. ad Cor. 5. modicum fermentum, supple corruptum, totam massam corrumpit. Et propter hanc causam inuenitur Zizania peccati in humano genere. Cum enim dictum semen humani generis seminauit dominus in medio paradisi terrestri, erat semen electum, purum & mundum. Post modum autem superuenit aliud corruptum semen, id est, diabolus in specie serpentis, qui commiscuit se cum bono semine, id est, cum Eua, quam statim sua tentatione corripit, quando in peccatum gulae consensit. Quae corrupta, mox etiam aliud semen bonum corripit, scilicet, uirum Adam. Gen. 3. Et ita etiam usque hodie practicitur. Vnde in psalm. Cum peruerso peruerteris. Item Eccles. 13. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea, & qui communicauerit superbo, induet superbiam. Et Prouer. 13. Amicus stultorum similis efficitur. Vnde & Iudaei, qui unum uerum Deum colebant, postquam commiscuerunt se gentilibus, reliquerunt cultum Dei, & sacrificauerunt idolis ipsorum gentilium, prout inuit Ps. dicens. Commixti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & seruiuerunt sculptilibus eorum, & factum est illis in scandalum. Ecce ergo, quomodo bonum semen deterioratur propter commixtionem cū malo semine.

**T**ERTIÒ bonum semen corporale deterioratur propter corrosionem uermium, qui Italicè Tignuole nuncupatur. Fertur enim quod nascuntur huiusmodi uermes intra granum, quibus formati statim consumunt, quod superest grano usque ad paleam. Et propter hanc causam deterioratur bonum semen gratiae, & uirtutis in humana conscientia. Nam uermes ipsū semen corrodentes sunt concupiscentiae carnales in humano corpore suscitatae, quae cum agere permittuntur, statim insurgunt contra rationis iudicium, & totum destruunt. Caro, inquit, Apo. concupiscit aduersus spiritum. Ecce uermes bulientes, siue Zizania, in medio tritici, id est, humani cordis.

**Q**UARTÒ bonum semen corporale deterioratur per negligentiam ipsū purgandi, postquam fuerit seminatum, & in herbam creuerit. Nam frequenter tunc multae malae herbae succrescunt, quae nisi euellantur, tandem extringunt ipsū bonum

num



num semen, ita in proposito propter negligentiam purgandi campum humanæ conscientiæ per sacramentalem confessionem, sæpe insurgunt, & pullulant ibi multæ herbe uitio- rum, & culparum, quæ ex toto extinguunt, & suffocant bonum semen gratiæ, & uirtutis, pariter, & totius contemplationis, ac deuotionis. Ecce Zizania in medio tritici. Quod si postmodum interrogaretur piissimus dominus sub his uerbis. Domine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo, id est, in humana conscientia. Vnde ergo habet Zizania? Vitæ que respondere possit uerbum presentis euangelij, uidelicet. Inimicus homo, id est, *U*rbolus hoc fecit. Patet ergo, unde procedat Zizania in medio tritici, de qua materia sub parabola loquitur Euangelium hodiernum. In quo quidem Euangelio de tribus principaliter fit mentio, uidelicet.

De diuinæ bonitatis liberalitate, quia seminauit bonum semen, &c.

De humanæ conditionis culpabilitate, quia dum dormient homines, &c.

De supremæ iustitiæ seueritate, quia colligite Zizania, & alligate, &c.

**P**RIMÒ igitur fit mentio, &c. Diuinæ nempe bonitatis liberalitas in hoc aperte demonstratur, quod seminauit bonum semen in agro suo. Istud autem possumus quadrupliciter exponere conformiter ad quadruplicem sensum sacrae scripturæ.

**P**RIMÒ igitur literaliter ager est mundus presentis, in quo condito Deus seminauit bonum semen, quia ut dicitur Gen. primo. die tertio à constitutione ipsius mundi dixit Deus. Germinet terra herbem uiuentem, & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum, iuxta genus suum, cuius semina sit in semetipso super terram. Et factum est ita. Et hinc est, quod dicunt Theologi, quod Deus à principio mundi indidit terræ quosdam occultas seminales rationes omnium rerum, quæ naturaliter possunt produci ab ipsa terra. Ecce bonum semen, quod seminauit dominus Deus in agro suo, qui est mundus iste. Sed ex quo sic se habet ueritas, unde ergo procedit Zizania spinarum, & tribulorum in agro huius mundi? Responso. Profectò inimicus homo hoc fecit, id est, culpa Adæ, qui peccando inimicus Dei constitutus hos

malum

malum procurauit. In cuius rei signum dixit ad eum dominus, postquam peccauit. Terra spinas, & tribulos germinabit tibi. O quam igitur detestanda, & damnosa culpa, quæ terram deteriorauit, & hominem inimicum Dei constituit.

**S**ECONDÒ mortaliter ager est humana conscientia, in quo quidem agro Deus seminat bonum semen gratiæ, & uirtutis, tum in baptismo, tum in penitentiali reconciliatione, tum in cuiuslibet boni propositi inspiratione. De quo quidem bono semine potest rectè intelligi illud Iob. 9. Sit semen uestrum benedictum. At uerò dormientibus hominibus per negligentiam suæ salutis, uenit inimicus homo, id est, diabolus, qui superfeminat Zizania iniquitatis, & culpa, suis tentationibus, fallacijs, & astutijs homines ad peccatam inducendo.

**S**ED pro ampliori dilatactione huius sensus moralis est aduertendum, quod sunt multa bona semina, quæ debet homo seminare in agro suæ conscientiæ, & hoc cooperando principali seminatore, qui est Deus, & se preparando, faciendo, quod in se est, ut ipse Deus infundat in eo uirtutes, & ipse homo ex ipsis, siue per ipsas diffundat semen bonorum operum.

**P**RIMUM igitur semen uocatur conuersionis acceleratæ, de quo Eccles. 11. Mane semina semen tuum. Mane, inquam, id est, tempore iuuentutis. Qui enim assuescit seminare bonum semen mane, id est, in iuuentute, facile, quamdiu uixerit, seminabit prædictum bonum semen. Vnde Threnod. 3. Bonum est uiro, cum portauerit iugum domini ab adolescentia sua. Quanti autem meriti sit seminare bonum semen in agro conscientiæ uitæ in mane iuuentutis, patet ex dictis Hugonis, qui li. de claustro animæ ait. In illa etate, quando scilicet, flauescunt crines, caro nitescit eburnea, oculorum gemmis facies rosea decoratur, ualentudo corpori uires subministrat, iuuenilis ætas longioris uitæ spatium repromittit, quando uiget ratio, uigent etiam corporis sensus, uisus acutior, auditus promptior, incessus rector, vultus iucundior, qui in hac se domant, & Deo se fociant, præmium Iohannis expectant. O magnum certè, & notandum uerbum. Vnde in figuram huius legitur Gen. 4. quod cū Abel obtulisset dño de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum. i. de

melior-

melioribus respexit ad eum dominus, & ad munera eius, Apploribus io est facilis.

**SECUNDVM** semen uocatur salutaris poenitentiae, de quo in Psal. Qui seminant in lachrymis, supple, in praesenti, in exultatione metent, scilicet, in caelo. Vnde Mathei, s. Beati, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Praedictu ergo semen penitentie debet esse lachrymosum, & dolorosum, ideo dicit ps. Qui seminant in lachrymis. Et istud est contra multos gallaudos, & fatuellos iuuenes, qui triumphant, quando ituri sunt ad confessionem, inter se disputantes ad quem ibunt, & dicentes. Tu uade primus ad talem, & renuncia nobis, si sit bonus confessor, & faciat bonum forum sibi confidentibus. Quod si sic, tunc omnes ibimus ad eum, & habebit à quolibet nostrum la bona mano Italicè. Tales ergo non seminant in lachrymis, sed sunt similes vulnerato ad mortem gaudenti, quod Medicus, siue Chirurgicus neq; vulnera sua diligenter scrutatus est, neque remedia sufficientia vulneribus apposuit. Et ideo tales non metent in futuro in exultatione uitam aeternam, sed potius poenam aeternam, cum merore, & tristitia.

**TERTIUM** semen uocatur pietatis, ad pauperes, de quo Apo. 2. ad Co. 9. Qui seminant in benedictionibus, de benedictionibus, & metent, sup. uitam aeternam. Et nota, quod bis dicit benedictionibus, quia ille, qui seminant eleemosinam, hinc inde illam pauperibus spargendo, solet ab ipsis pauperibus benedicere in praesenti, in super talis in futuro benedicetur à domino, quando dicet his, qui opera pietatis adimpleuerunt. Venite benedicti patris mei. Esauriui, & dedistis mihi manducare, &c. Notandum est autem, quod sicut agricola uolens seminare semen materiale solet tria obseruare, primum est opportunitas temporis, secundum est puritas seminis, tertium est fertilitas agri, ita etiam uolens seminare semen pietatis ad pauperes, debet tria obseruare. Primum est, si appareat tunc indigentia extrema, & tunc dare eleemosynam est de praecipito, iuxta illud Ambr. li. de officijs, & similiter recitatur, distin. 86. pasce. Pasce, inquit, fame morientem. Quis quis enim pascendo hominem seruare poteris, si non pauperis, fame occidisti. Extra autem tempus, & articulum necessitatis dare eleemosynam, est opus consilij. Et sic patet de

oppor-

opportunitate temporis in seminando opera pietatis. Secundo obseruandum est, quod eleemosyna fiat de proprio, & iuste acquisito. Ecce puritas seminis. Tertium est, quod detur meliori ceteris paribus, uel qui probabiliter existimatur melior, & Deo acceptior per gratiam, & charitatem. Ecce fertilitas agri. Vnde Cato poeta ait. Cui des, uideto. Cum enim recipiens eleemosynam teneatur orare pro dante, & oratio melioris sit melior, consequens est dicere, quod meliori debet potius dari eleemosyna, & signanter, si equè indigeat, sicut minus bonus.

**QUARTVM** semen uocatur doctrinae liberalis, de quo Iohan. 4. Qui seminant, simul gaudeat, & qui metit. Et est sensus, quod ille, qui seminant aliquam bonam doctrinam, & utilitatem, gaudeat simul cum illo, qui metit, & consequitur fructum ex sua doctrina. Sed profecto huius contrariu agunt multi docti, & periti tam in speculabilibus, quam in operabilibus, qui ne forsitan diminuantur eorum gloria, fama, aut practica, nolunt alijs totaliter comunicare, siue doctrinam suam, siue artis suae peritiam, siue practicum, & huiusmodi. Sunt autem inter eos nonnulli, qui inuidia, & auiditia ducti, aliquibus licet paucis, comunicant secreta artis suae, conuentione inter eos prius facta de certa pecunia danda, tali etiam conditione adiecta, quod nemini dictam artem comunicabunt, saltem ante dictorum communicantium uitae exitum. Vnde duos tales optime noui Parrisijs, quoru unus practicae impressorie uacabat, alter uero arti tinctorie. Idem practicae de aliquibus peritis medicis, & chirurgicis. Similiter de nonnullis doctoribus theologis, aut alterius facultatis, quibus dedit Dominus gratiam dictandi, & componendi, sed abscondunt talentum Domini sui, quandiu uiuunt. Quibus de medio sublatis, eorum practicae, aut non coparent, aut forsitan deueniunt ad manus nonnulloru imperitorum, qui talibus bene, & laudabiliter uti non ualent. Tales ergo reprehendit scriptura Eccl. 20. dicens: Sapientia abscondita, & thesaurus inuisus, que utilitas in utrisque? Similiter tales reprehendit Dominus sub parabola de illo, qui abscondit talentu Domini sui in sudario, siue in terra. Matth. 25. Tales itaque directè agunt contra charitatem, quam debent habere ad proximos suos. Item agunt directè contra naturam eiusdem charitatis,

is,

tis, quæ non querit, quæ sua sunt, sed potius querit seip-  
sam communicare.

**Q**UIN TVM semen uocatur pacis, de quo potest intelli-  
gi illud Zach. 8. Nunc autem non iuxta dies priores ego fa-  
ciam reliquijs populi huius, dicit Dominus exercituum, sed  
semen pacis erit. Item Iacobi. 3. Fructus iustitiæ in pace se-  
minatur. Super quo dicit glo. ord. quòd qui in præsentia stu-  
det paci, & terram cordis sui operibus pacis, quasi semine  
aspergit, iustum est, ut habeat æternam pacem, quasi fructum  
huius seminis. Circa quod notandum, q̄ semen pacis prius  
seminandũ est in corde proprio, si quis cum proximo pacem  
habere uelit. Nam quomodo quis cum alijs pacẽ habere pos-  
set, qui cum secum, & in seipso non habet? Omnis enim per-  
uersus bellum intestinũ secum gerit per contrarietatẽ diuer-  
sarum, ac malarum affectionum. Vnde Prosper in sententijs.  
Fallaces curis semper torquentur amaris, Et mala mens  
nunquam gaudia pacis habet. Et Esa. 48. Non est pax im-  
pijs, dicit Dominus.

**S**EXTVM semen uocatur patientiæ. Vnde Sap. 10. de sa-  
pientia increata, quæ Deus est, scribitur: Hæc populum ius-  
tum, & semen sine querela liberauit à nationibus, quæ illi  
opprimebant. Vbi notandum, q̄ semen sine querela est ho-  
mo patients sine murmuratione, sicut de patientia martyri  
canit Ecclesia dicens. Non murmur resonat, non querimonia,  
sed corde tacito, &c. Quòd autẽ Deus liberet populum  
iustum, & semen sine querela à nationibus, quæ illi interdum  
opprimunt, patet tali exemplo. Legitur enim in uitis patris  
de sancto Machario, q̄ cum falsè accusatus fuisset de crimine  
stupri per quandã iuenculam, quam quidã secularis im-  
pregnauerat, parentes diuicẽ iuencule ipsum uirum sanctũ  
ceperunt, & inexplacabilibus flagellis, uerbis, contume-  
lijs, & opprobrijs affecerunt, eum per uicos ciuitatis igno-  
minosẽ pertrahẽtes. Quæ omnia ille patientissimè pertulit.  
Tandem autem illa misera ad partum ueniens, & inauditis,  
ac diuturnis cruciatibus afflicta nullo pacto parere potuit,  
quo usq; saltitatem, & calumnia, quam sancto uiro impos-  
uerat, confessã est. Ecce ergo intentum. Et per consequens  
patet de sextuplici semine spiritali, quòd seminandum est  
in agro conscientiar, iuxta expositionem moralem.

TERTIO

**T**ERTIO allegoricè ager est Ecclesia. In hoc autem agro  
Dei filius homo factus seminauit bonum semen, quando qui-  
dem discurrens per uniuersam Iudeam, & Galileam prædica-  
uit legem Euangelicam. Sed profectò successu temporis cum  
dormirent homines, idest, prauis, & negligentissimis prælati,  
uel cum dormirent homines, idest, post dormitionẽ Christi,  
& Apostolorum per mortem, uenit inimicus homo, idest, dia-  
bolus, & superseminauit zania in medio tritici, idest, hære-  
ses intra Ecclesiam. Sed uide hoc. Certè ex magna illius ma-  
litiã, & inuidia. In euis figuram dixit Dominus ad serpen-  
tem: inimicitias ponam inter te, & mulierẽ, & semen tuum,  
& semen illius. Gen. 3. Hæc igitur attendentes serui Christi,  
idest, sancti patres primitiue Ecclesiæ, per orationẽ diuinum  
consilium quesierunt, an, scilicet, hæreticos penitus deberent  
per mortem extirpare. Quibus ait Dominus: Non, ne forte  
colligentes zania eradicetis simul, & triticum, idest, ueros  
catholicos, uult ergo inuere Dominus, q̄ quando hæretici,  
& peruersi Christiani non possunt comòdè separari à Christi  
fidelibus sine ipsorum fidelium periculo, tunc sunt toleran-  
di, & permittendi usq; ad finem sæculi, ne, scilicet, maius peri-  
culum sequatur, utpote schismatis, uel interfectionis fidelium  
ab ipsis hæreticis, aut eorum fautoribus. Vbi autẽ non occur-  
runt huiusmodi pericula, tales tunc ab Ecclesia separandi, &  
iustitiæ seculari relinquendi, ut exterminentur per mortẽ, ne  
per eos successu tẽporis totũ corpus Ecclesiæ corrumpatur.

**V**EL dic aliter etiã allegoricè, quòd ager est ueteris be-  
atæ uirginis, in quo quidem ager Deus pater seminauit bo-  
num semen, quando in eo fecit incarnari benedictum filium  
suum. Vnde illi possumus dicere illud Gen. 1. 2. In semine tuo  
benedicatur omnes gentes. Illud autem semen fuit pu-  
rum sine palea in horreo Dei patris, sed postquam fuit semi-  
natum in prædico ager uteri uirginalis, uestitum fuit palea  
nostræ humanitatis, iuxta illud ad Titum. 2. Apparuit beni-  
gnitas, & humanitas Saluatoris nostri Dei, idest, uestita diui-  
nitas. Huiusmodi ergo semen purum, sanctum, & mundum,  
germinauit in sua Natiuitate, creuit in uita, floruit in mira-  
culorum operatione, fructum attulit in sua passione, desicca-  
tum est in morte, repositum est in horreo cœlesti in sua glo-  
riosa Ascensione.

Ser. Do. G. Pep. Pars Hiem.

R QUARTO

QVARTO, anagogicè ager est cœlū, seminator est Deus, qui seminavit bonum semen in prædicto agro, quando in eo creavit naturam angelicam, quæ in primo instanti sui esse, siue in principio suæ creationis fuit bona, utpote, in gratia condita, à qua quidem gratia una pars dicti seminis cecidit, alia autem & maior in ea perseveravit. Sed quis tantum malum procuravit? Certè inimicus homo, idest, lucifer, qui est inimicus humanæ salutis, hoc fecit. Nam cum esset supremus inter omnes angelos, atque excellentissimus in decore, appetijt quodammodo æqualitatem Dei, nolens ei subijci. Quod factum approbaverunt multi angeli, qui inde facti sunt mali, & peccatores. Ecce quomodo inimicus homo seminavit zizaniam in medio tritici, idest, multitudinis angelicæ. Propter quod iusto Dei iudicio zizaniam, idest, multitudo malignorum spirituum alligata est in fasciculos ad comburendum, quando dictum est lucifero illud Esa. 14. Ad inferna detraheris cum superbia tua, idest, cum tecum superbientibus angelis malis. Triticum autem, idest, multitudo bonorum spirituum, cōgregatū est in horreum illius supremi hominis, qui primū seminavit bonū semē in agro suo. Patet ergo quadruplex expositio primæ partis presentis Evangelij.

SECUNDÒ principaliter in presenti Evangelio fit mentio de humanæ conditionis culpabilitate, cum subditur: Dum autē dormirent homines, &c. Dormitio enim in proposito negligentia bene operandi tempore, & loco designat, quæ ostium aperit inimico homini, idest, diabolo ad tentandum humanam mentem. Vnde in collationibus patrum dicitur, quòd ociosus à pluribus dæmonibus tentatur. Qui autem aliquo bono exercitio se occupat, solum ab uno infestatur. Propterea salubriter consultit Hiero. prout recitatur de consec. dist. 5. ca. nunquā, dicens: Semper aliquid boni facito, ut diabolus te inueniat occupatum. David enim quandiu rebus bellicis fuit occupatus, ab illicito cōcubitu abstinent, sed postquam ocio se dedit, deambulando in solariorum domus suæ, exarsit in concupiscentiā Bersabee. 2. Reg. 11. Similiter, quandiu filius eius Salomon occupavit se in constructione templi Domini, & domus regie, castè uixit. Sed postquā illis expletis uacasset ocio, raptus est, & captus amore mulierum alienigenarū, quæ idola colebant. 3. Reg. 11. Ecce quantum nocuit

nocuit dormitio, idest, negligentia bene operandi, ita ut dicat Chryso. super Matt. homil. 36. quòd omnium vitiorum, quasi magistra quædam, atque origo est ociositas.

VEL aliter prædictam dormitionem possumus referre ad negligentiam prælatorū, qui tunc dicuntur dormire, quando non uigilant diligenter supra gregem sibi commissum. Qui etiam rectè præfigurantur per Petrum dormientem in horto, quem specialiter reprehendit Christus præ ceteris, dicens: Simon non potuisti una hora uigilare mecum? Matt. 26. O quot sunt hodie prælati somnolenti, pigri, & remissi! ad omne opus bonum, ita ut uix una hora in die ualeant uigilare cum Christo per mentis contemplationem, aut diuini officij persequentionem debitam. Citò enim, & præcipitanter se expediunt de dicto officio, ut possint rebus secularibus diutius uacare, & immorari, utinam non deterius agerent nonnulli eorum, sed timeo tangere montes, & in cœlum ponere os meum.

QVARTVM ergo malū, quod afferat dormitio negligentie, patet ex figuris sequentibus, si modò debite applicauerit. Prima est de Sansone, qui dormiens fuit ab uxore sua Dalila depilatus. Iudic. 16. Secunda est de Isboseth, qui dormiens fuit uita, & regno priuatus. 2. Reg. 4. Tertia est de Iona, qui dormiens naufragiū est passus. Ion. 2. Quarta est de Thobia, qui dormiens fuit excecatus Thob. 2. Quinta est de Syfara, qui dormiens fuit trucidatus. Iudic. 4. Sexta est de Holoferne, qui dormiens fuit detruncatus. Iudic. 13. Septimā est de Saule, qui dormiens fuit lancea spoliatus. 1. Reg. 26. Octaua est de cœtu uirginū, qui dormiens fuit à nuptijs relegatus. Matt. 25. Nona est de seruo, qui dormiens fuit increpatus. Marci. 13. Decima est de patrefamilias, quo dormiente ager zizanij fuit superfeminatus, ut legitur in presenti Euāgelio.

AD propositum ergo prædicta applicantes, illi, qui per negligentiam dormiunt, instar Sansonis capillis uirtutum spoliantur. Instar Isboseth uita, & regno gratiæ priuantur. Instar Ione in mare, idest, in amaritudinē tribulationum tandem projiciuntur. Instar Thobie à lumine ueræ sapientiæ per stercorea bonorū terrenorū excecantur. Instar Syfara clauo desperationis tandē affigunt. Instar Holofernus capite recte intentionis priuant. Instar Saulis lancea orationis spoliant.

Inftar fatuarum uirginum; à nuptijs aeternae gloriae finaliter excluduntur. Inftar serui negligentis, & non uigilantis à domino ueniente ad iudicium, uel morte increpantur, & arguantur. Inftar denique patrisfamilias Zizania malorum cogitatum, & affectuum in agro suae conscientiae per diabolum seminata fructibus malorum operum cumulantur. Propter hanc igitur non debemus dormire somno negligentiae, sed in bonis operibus uigilare, iuxta consilium sapientis Prouerb. 6. dicentis. Ne dederis somnum oculis tuis, nec dormitent palpebrae tuae.

MORALITER etiam notandum, quòd tunc inimicus homo, idest, diabolus superseminat Zizania in medio tritici, quando seminat discordias inter fratres, siue inter habitantes in uno collegio, congregatione, aut domo, quod sepe contingit etiam in sanctis congregationibus. Vnde & de Christi discipulis legitur Matt. 20. quòd facta est contentio inter eos, quis eorum esset maior. Tunc et idem inimicus homo seminat Zizania in medio tritici, quòd medio alicuius mali uirip turbat electiones praetorum, siue publicorum officiariorum, qui per electionem assumuntur. Et hoc sepe euenire uidemus, ita ut uix celebretur electio, tam canonica, quam laica, in qua non interueniat aliqua discordia, litigatio, processus, & huiusmodi. Et sic patet de secunda parte principali praesentis euangelij.

TERTIO principaliter in praesenti euangelio fit mentio de feueritate diuinae iustitiae, cum subditur. Colligite primum Zizania, &c. pro quo notandum, quòd in caelo soli habitant boni, in inferno solum mali, in praesenti uero saeculo boni, & mali simul miscentur. Et huius mixtionis duplex est ratio. Prima, ut boni per uexationem, & tyrannidem malorum purgentur à quibusdam leuibus culpis, siue quibus uix in praesenti uiuunt, quia ut habetur Iac. tertio. In multis offendimus omnes. Item Ambr. super psal. Beati immaculati. ser. vigesimo. Qui se, inquit, aurum putat, plumbum habet, & qui se granum tritici putat, habet paleam, quae possit exuri. Secunda ratio est, ut ipsi mali exemplo bonorum discant bene, & laudabiliter uiuere. Propterea Saluator Matth. quinto. uocat bonos lucem mundi. Ecce quare in praesenti boni, & mali pariter miscentur corporaliter, tanquam in eodem hospicio. Quae quidem mixtio dura,

bit

bit usque ad finem saeculi. Sed cum uenerit dominus iudicare saeculum per ignem, tunc dicit messoribus, idest, sanctis Angelis, illud uerbum praesentis Euangelij. Colligite primum Zizania, idest, malos, & reprobos, & alligae ea in fasciculos ad comburendum. In quibus uerbis quatuor tanguntur de ipsis reprobis. Primum est perpetua separatio de medio iustorum, quae colligit. Secundum est impossibilitas euadendi, quae alligat. Tertium est ipsorum reproborum mutua compressio, quia in fasciculos. In fasciculis enim ligna mutuo se comprimunt. Sic, & reprobi post diem iudicij corporaliter se comprimunt. Psalm. Sicut oues in inferno positi sunt. Natura autem ouium est, quòd quanto tempus fuerit calidius, tanto magis se comprimunt. Quartum est durissimus, & intolerabilis cruciatus, quia ad comburendum. O quantum igitur debemus laborare, & bonis operibus in praesenti uacare, ne tandem simus de numero reproborum. Tandem de electis dominus dicitur est Sanctis Angelis id, quod sequitur. Triticum autem congregate in horreum meum. i. in caelestem gloriam, Quam nobis concedat, quis, &c.

*Dominica in Septuagesima, Sermo primus de Epistola.*



RATRES nescitis, quòd hi, qui in studio currunt, omnes quidem currunt. 1. Cor. 9. Sapiens. Eccl. 4. postquam praemisit in genera la dicens. Omnia tempus habent, eadem subdit deus. Tempus belli, & tempus pacis. Tempus quidem belli est tempus uitae praesentis, in quo habemus paratum nobis bellum à triplici hoste, scilicet, carne, mundo, diabolo. At uero debemus nos preparare ad uirtuiter illis resistendum unà cum Dei adiutorio, quia ut habetur Iob. 7. Militia est uita hominis super terram. Tempus autem pacis erit post hanc uitam, cum fuerimus in caelo. Tunc enim dabitur electis plena, & perfecta requies, iuxta illud Apoca. decimo quarto. Amodo iam dicit spiritus, ut requiescant à laboribus suis. In hoc tempore, & loco bellum tria sunt, quae impediunt Christi militem, ne strenue, & uirtuose militet. Primum est onus temporalium, pro-

R 3 per

per quod Dauid pugnaturus cum Golia, deposuit arma, quæ illi dederat Saul, eod quod essent nimis illi ponderosi, ut legitur. 1. Reg. decimoquarto. Secundum est carnalis uoluptas, quæ ut habetur. 1. Petri. 2. militat aduersus animam, reddendo corpus nimis ponderosum. Tertium est implicatio negotiorum huius sæculi. Propter quod Apost. 2. ad Ti. dicit, quod nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus. Cuius ratio est, quia negocia huius seculi sunt, sicut rete inuoluentis plantas, siue pedes, & ideo in hac uita inuitamur ad pugnandum pro corona incorruptibili, bene dicitur uobis in epistola hodierna ab Apostolo Paulo, quod omnis, qui in agone, idest, in pugna contendit, ab omnibus se abstinere, quæ, supple, premium agonis impedire possent. Et ideo uobis cauendum est à talibus impedimentis, ut per uictoriã affequamur coronam cœlestem. In hac ergo epistola Apost. tria principaliter facit.

**PRIMÒ** ostendit, qualiter sit currendum, ibi. Sic currite, ut comprehendatis.

**SECUNDÒ**, quid in bello spirituali uitandum, ibi. Omnis enim, qui in agone, &c.

**TERTIÒ**, seipsum dat in exemplum, ibi. Ego igitur sic curro, &c.

**PRIMÒ** igitur Apost. ostendit, qualiter sit currendum spiritualiter, sed tamen primò ponit similitudinem de cursu corporali. Dicens. Nescitis, quod hi, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit brauium, idest, premium cursus? Vbi notandũ, quod stadium est spatium, in quo pedites currunt, quod Hercules dicitur statuisse, quod perstritur. 125. passibus. Et dicitur stadium à stando, eod quod Hercules tot passus currebat absque respiratione, & postea respirabat. In fine autem huius spatij ponebatur aliquod, quod esset premium cursus, ut porce equus, uel pannus purpureus, & tale donatiuũ uocabatur brauium. Et licet omnes, qui hac de causa illic conueniebant, currerent, tamen unus solus huiusmodi donatiuum accipiebat, scilicet, ille, qui citius perueniebat ad metã. Præmissa ergo similitudine corporalis cursus Apost. ad oppositum suum de cursu spirituali loquitur dicens. Sic currite, scilicet, per uiam charitatis perseverantes, ut comprehendatis, scilicet, brauium uitæ æternæ. Ad quod etiam

currendum est per uiam patientiæ, iuxta illud Hebr. duodecimo. Per patientiam curramus ad propositum nobis certamen. In hoc tamen differunt predicti duo cursus, quia in cursu corporali unus solus accipiebat brauium, idest, donatiuum, ut dictum est. Sed in cursu spirituali omnes possunt accipere donatiuum cœlestem, nisi per eos steterit. Nihilominus pauci accipiunt, iuxta illud Matth. vigesimo. Multi sunt uocati, pauci uerò electi.

**MORALITER.** Notandum, quod triplex est hominum differentia.

**PRIMI** dicuntur stare, cuiusmodi sunt illi, qui non uolunt ulterius bene operari, siue ieiunando, siue orando, siue elemosinam largiendo, dicentes, quod sufficienter exerceuerunt talia retro habitis temporibus, sed tales turpiter se decipiunt. Qui enim stat omnino, & non mouetur, non accipit brauium, idest, premium cursus corporalis. Sic etiam est in cursu spirituali respectu premij æternalis. Unde de talibus potest dici illud Exo. decimoquinto. Fiant immobiles quasi lapis, donec pertranseat populus tuus, scilicet, currrens ad brauium uitæ æternæ. Tales etiam debent attendere, quod in uia Dei non progredi retrogredi est, cum nihil in eodem statu permaneat, ut dicit Bern. ser. 2. in festo purificationis beatæ virginis.

**SECUNDI** homines dicuntur regredi, sup. ad peccata iam commissa, & ad inueteratam consuetudinem suam prauam, & isti sunt multi. Tales autem comparat sacra scriptura uilibus bestijs. Unde. 2. Petri. 2. Canis reuersus ad suum uomitum, & Sus lota in uolubato luti. Tales sunt, sup. illi, qui reuertuntur ad priora peccata. Item Prouerb. vigesimo sexto. Sicut canis, qui reuertitur ad uomitum suum, ita stultus, qui iterat stultitiam suam. Et iterum Eccl. 34. Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit mortuum, quid prodest lauatio eius? Et breuiter, ut præmittit idem Petrus ubi supra, talibus redeuntibus ad uomitum peccati posteriora facta sunt deteriora prioribus. Melius enim eras illis non cognoscere uiam iustitiæ, quàm post agnitionem retrorsum conuerti ab illo sancto mandato, quod illis traditum est. Hæc ille. Et breuiter iuxta Christi testimonium Luc. 11. sunt nouissima hominibus recidiantibus peiora prioribus.

**TERTI** homines dicuntur progredi, scilicet, de bono in melius, de quibus loquitur ps. dicens. Ibiuit de uirtute in uirtute. sc. proficiendo de minori uirtute ad maiorem, & perfectiorē uirtutem. Et tandē a talibus uidebitur Deus Deo rū, facie ad faciem, in Sion, id est, in cęlesti patria. Vnde Hiero. 3. parte epist. sęlarum, epistola. 15. Omne, inquit, tēpus in quo te non meliorem senseris, hoc ętima perdidisse. Non ergo est standum in bono uirtutis, nec retrocedendum a uirtute, sed progrediendum usque in finem uite, prout nos admonet Apo. dicens. Sic currite, ut comprehendatis.

**PRO** quo notandum, quod uarijs modis currunt homines in uia morum. Primō enim quidam currunt lente, & remissē. Prouerb. 18. Qui mollis est, frater est sua opera diffipantis. Huiusmodi sunt multi, qui dicunt, quod non oportet se occidere siue ieiunando, siue peregrinando, siue in oratione uigilando. Secundō quidam currunt uelociter, sed indiscretē, & ideo tales quandoq; magis se elongant a Deo, quā appropinquant. Da exemplum de illis, qui aliquas possessiones, seu alia bona male acquisita largiter distribuūt pauperibus. De quibus in ps. Errauerunt in intuo, & non in uia. Tertiō quidam uelociter currunt, & discretē, sed non perseverant. Et tales significantur per Iohannē, qui pręuenit citius Petro ad monumentum, qui tamen non introiuit citius Petro, ut legitur Iohan. uigesimo primo. Tales ergo attendant uerbum Greg. & recitatur de ps. dist. 3. in cassum. In cassum, inquit, bonum opus agitur, si ante uitę terminum deseratur, quia & frustra uelociter currit, qui priusquā ad metas tenuerit, deficit. Quartō quidam currunt uelociter, discretē, & perseveranter, & tales accipiunt brauiū. Vnde Marth. 10. Qui perseverauerit usque in finem, hic saluus erit. Sed, proh dolor, tales sunt pauci, multi autem, qui uelociter currunt etiam usque in finem uitę post peccata, & in pręceptum æternum, de quibus Hierem. 8. Nullus est, qui agat penitentiam super peccato suo, dicens, quid feci? Omnes conuersi sunt ad cuiusmodi sum, quasi equus uadens ad pręlium. Item de peccatore dicitur Iob. decimo quinto. Currit aduersus Deum extento collo, & pingui ceruice armatus est. Per extētum collum audax, & superbus animus designatur. Et per pinguē ceruicē elatio pro temporalibus

poralibus bonis significat. Et sic patet de primō principaliter. **SECUNDO** principaliter Apосто. ostendit, quid sit uitādum in bello spirituali, cum ait. Omnis enim qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet, quę scilicet, possunt impedire huiusmodi pugnam, & hoc, ut expeditius possit obtinere uictoriam. Illi, quidem ut corruptibilem coronam accipiant. i. mercedē tēporalē, nos autē incorruptā. i. eternā. Ac si apertē diceret. Si pugnantes in hoc sęculo ab oibus nocuiis, & impeditiuis se abstinent, quāto magis debemus simile facere, ut habeamus premiū eternū, scilicet, abstinendo ab omnibus illis, quę possent nostram salutem impedire.

**NOTANDVM** ergo est, q̄ qui in agone contendit, se abstinet a multis. Primō quidem a crapula, & ebrietate, ne occidatur, ut porcus. Secundō a superfluo uestitu, qui posset eum impedire a bona, & prompta expeditione. Tertiō a luxuria, ne nimium debilitetur, & uires corporeę eneruentur. Quartō a sopore, & nimia quiete, ne incautē capiatur. Ita faciendum est in agone, & pugna spirituali, quę geritur pro obtinenda corona cęlesti. Primō enim cauendum est a crapula, & ebrietate, quę grauant non solum corpus, uerumetiam animam, ita ut pertrahant eam in abyssum inferni. Propter quod Saluator Luc. uigesimo primo. nos admonet dicens. Attendite uobis, ne forte grauentur corda uestra in crapula, & ebrietate, & superueniat in uos repentina dies illa. Secundō cauendum est animę a superfluitate temporalium, & a nimio amore eorum, attendentes illud Apostoli uerbum. 1. Tim. 6. habentes alimenta, & quibus regamur, his contenti sumus. Tertiō cauendum est ab operibus carnis, quia ut dicit Apo. Rom. 8. Si secundum carnem uixeritis, moriemini, supp. morie spirituali, & æternali. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis, uidelicet, uita gratię in pręsenti, & glorię in futuro. Quartō cauendum est a negligentia, & ocio, sed semper uacandum est bonis, & sanctis operibus, dicente Hiero. ad Rusticum Monachum, & recitatur de consec. dist. 3. nunquā, semper aliquid boni facito, ut semper diabolus te inueniat occupatum.

**QUÆRITVR** quare premium cęleste uocatur corona incorrupta? Respondetur, q̄ propter tria. Primō quidē p̄

finis carentia. In corona enim non inuenitur finis, aut terminus, quantuncunq̄ reuoluatur. Et ideo rectè designat perpetuitatem gaudij celestis, quod nunquam terminabit. Iohan. 5. Gaudium uestrum nemo tollet à uobis. Secus autè de gaudio præsentis sæculi, quod citò deficit, saltè per mortem, de quo Prouerb. 13. Extrema gaudij luctus occupat. Item Iob. 21. Tenent tympanum, & citharam, gaudent ad sonitum organi, ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Secundò uerò propter uictoriæ signi. Olim enim apud Romanos quicunq̄ pro republica aliquid insigne, & laude dignum gesserat lauro coronabatur in signum triumphij, & uictoriæ. Sic etiam in celo coronantur gloriosè, & honorificè Dei amici, qui in præsentij strenuè laborauerunt ad Dei honorem. Vnde de sanctis Dei maritibus canit ecclesia dicens. Isti sunt qui uenerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas in sanguine agni, modò coronantur, & accipiunt palmam. Tertiò autem propter letitiæ argumentum. Solet enim corona deferri in signum letitiæ, sicut patet de ferreis rosarum super capita puellarum, sponсарum, & exultantium in conuiujs, & choreis. Ita in proposito beati in celo coronantur in signum perpetuæ letitiæ, iuxta illud Esa. 35. Letitia sempiterna super caput eorum, gaudium, & letitiam obtinebunt, & fugiet dolor, & gemitus, sup. ab eis. Ecce quare celeste premium uocat corona incorrupta ab Apostolo Paulo.

**TERTIÒ** principaliter Apost. in præsentij epistola scriptum dat cæteris in exemplum bonæ uitæ, & actionis, cū ait. Ego igitur sic curro, scilicet, per uiam charitatis, & perfectionis, & hoc in bono proficiendo, nō quasi in incertum, scilicet, de mea salute. Erat enim ipse Apostolus certus de sua futura beatitudine, & hoc per diuinam reuelationem, quia aliter de ea certificari non poterat. Vnde de hac certitudine loquebatur. 2. ad Timoth. 4. cum dicebat. Reposita est mihi corona iustitiæ, quā reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. Non dubium enim, quòd quando dictus Apostolus fuit rapus usq̄ ad tertium cælum, & uidit arcana Dei, idest, diuinam essentiam, tunc ibi legit nomen suum scriptum in libro uitæ. Propter quod in præsentij epistola dicit, Ego igitur sic curro, non quasi in incertum. Vnde & alibi, 1. ad Phil. 1.

sit.

sit. Non in uacuum cucurri, nec in uacuum laboraui, Sequitur. Sic pugno, scilicet, in repromissione mali, siue cōtra hostes salutis animæ meæ, non quasi aerem uerberans, quia nō uerbis, sed rebus contendo, ut dicit glo. interl. Sed castigo corpus meum. Non dicit occido, sed castigo, quia corpus nō est occidendum, sed castigandum, dicente eodem Apost. ad Rom. 12. Rationabile sit obsequium uestrum. Similiter non dicit idem Apost. expecto pugnam, sed dicit, pugno, quia in pugna, quæ est cum carne, de qua hic loquitur Apostolus. non debet homo expectare, quòd inuadatur, sed debet talem pugnam præuenire, dicente psal. Præueni cum, s. motum sensualitatis, & supplantam eum, idest, illum extingue. Cum dæmone enim, & mundo postulum expectare pugnam, Italicè Iassalto. quia ab extrinseco feriunt. Non autem cum carne, quæ ab intrinseco, & occultè ferit. Et ideo debemus illi primum aggredi per debitam castigationem, ne nos aggrediat per illicitum motum. Bene ergo loquitur Apostolus. ait. Castigo corpus meum, idest, illicitos motus. Sequitur. Et in seruitutem redigo. In seruitutem, inquam, rationis, ut dicit interl. Sic enim aiebat beatus Martinus, de quo canit ecclesia, quòd carnem suam spiritui seruire cogebat. Sequitur. Ne cū alijs predicauerim, ipse seruius efficiar, idest, à Deo reprobatur. In quo quidem uerbo aries suo terrore terret agnos, ut dicit interl. Quamuis ergo Apostolus. sciret se esse de numero electorum, ut dictum est, non tamen debebat aliquid omittere de pertinentibus ad salutem consequendā, quia sicut sub Dei prædestinatione cadit talem, uel talem esse saluandum, ita etiam cadunt media, per quæ cōsecuturus est finaliter saluatus.

**MORALITER**, Notandum iuxta illud uerbum Apostoli. Castigo corpus meum, &c. quòd ad castigandum corpus nostrum tria debent nos inducere, quæ sunt.

Figura, Scriptura, Natura.

**PRIMÒ** igitur figura ad prædictum opus nos inducit. Et iterum hæc est multiplex. Prima est de Balaam, qui a sinu sua uia se diuertentem calcariibus urgere cepit, ut ad rectam semitam eam reduceret. Nume. 22. Ad propositum, a sinu est caro, quæ frequenter deuiat à recta semita castitatis per inordinatum sensualitatis appetitum. Sed tunc castiganda est



da est per disciplinam, ut ulterius aberrare non faciat festi-  
rem suum, id est, rationem. Secunda figura est de Agar ancil-  
la Sarę uxoris Abraham, de qua legitur Gen. 16. quod cum  
fugeret de domo ipsius Abraham, nolēs obedire domine sue  
Sarę, apparuit ei angelus domini, dicens, quod reuertere  
ad dominam suam, & humiliaretur sub manu illius. Ad pro-  
positum Agar est sensualitas, Sara recta ratio. Tunc ergo  
Agar fugit, quando sensualitas parere rectę rationis iudicio  
renuit. Sed tamen reprimenda est per castigationem, & re-  
ducenda, quantum fieri potest, ad obedientiam dñę sue, id  
est, rectę rationis. Tertia figura est de Iosue, de quo legitur  
eiusdem. 10. quod cum cepisset quinque reges Amorrorũ,  
qui erant ciuitati Gabao, quam ceperat, ualde infesti, fecit  
eos suspendi in ligno, & sic stare corpora eorum usque ad  
uesperum, factoque uespere fecit dicta cadauera deponi de  
ligno, & proijci in speluncam, atque lapidibus cooperiri. Ad  
propositum Iosue est ratio, quinque reges Amorrhorum,  
quinque sunt sensus corporei, qui conantur impugnare ci-  
uitatem animę, & perditionem illius procurare. Iosue au-  
tem, per quem intelligitur rectum rationis iudicium, debet  
congregare suum exercitum, scilicet, ieiunium, abstinentiã,  
lachrymas, & similia, & tunc aggredi prædictos reges, id est,  
quinque sensus corporeos, siue illicitos motus, qui per eos  
procurantur. Quibus captis debent crucifigi per mortifica-  
tionem, & hoc usque ad uesperam mortis. Postmodum ue-  
ro de ligno huius mundi depositi proijciuntur in speluncã,  
id est, in foueam, uel sepulchrum, in quo morabuntur usq[ue]  
ad iudicij horam. Patet ergo triplex figura nos inducens  
ad carnis castigationem.

**S E C U N D O** ad eandem castigationem corporis nos in-  
ducit scriptura, ut est illud ad Gala. 5. Qui Christi sunt, car-  
nem suam crucifixerunt cum uitijs, & concupiscentijs. Et  
notanter dicit Apost. qui Christi sunt, id est, de sorte Christi,  
ut electi, quia, qui de mundo sunt, carnem suam curiosę, &  
delicatę pascunt, & ideo non mirum si multas concupiscentias  
carnales patiunt. Item ps. de seipso loquens aiebat. Casti-  
gatio mea in matutinis. Et idem uerbum rectę potest dice-  
re deuotus religiosus, qui de nocte surgens, & uigilans in  
Dei officio castigat corpus suum, quia sicut dicit Eccl. 31.

*Vigilia*

*Vigilia honestatis tabefaciet carnes. Ad eandem etiam casti-  
gationem nos inuitat Apostolus ad Colossen. 3. cum ait.  
Mortificate membra uestra, quę sunt super terram, id est,  
quandiu uiuitis in præsentem.*

**T E R T I O** ad eandem castigationem carnis nos indu-  
cit natura. Videmus enim aues nobiles, & quę ceteris al-  
tius uolant, habere parua, & macilenta corpora, quę autē  
pinguia, & crassa gerunt corpora, circa terram uolitant,  
per quod nobis insinuat, quod castigatio carnis est nobis  
pernecessaria, si cupimus usque ad cælum uolare. **Quod cõ-  
siderantes sancti Dei amici, mirabiliter uigilij, disciplinis,  
ieiunij, & abstinentijs castigauerunt carnem suam.** Nota  
de beato Paulo primo crenita. Item de beato Antonio,  
Machario, Benedicto, Dominico, Francisco, ac similibus.  
Quos imitari debemus saluete a longē, si cupimus post  
eos ad cælum tandem peruenire. **Quod nobis præsta-  
re dignetur ille, qui in Trinitate perfecta uiuit, & re-  
gnat. Amen.**

*Dominica in Septuagesima, Sermo secundus  
de Euangelio.*



**I M I L E** est regnum cęlorum homini patri  
familias, &c. Matth. 20. Pro introductione  
præsentis sermonis mouetur quęstio talis.  
Quare ab hac dominica usque ad uigiliam  
paschę tacetur in ecclesia Alleluia, qui est cã-  
tus letitię Rñdet, q[ui] propter tres rationes.

**P R I M A** est moralis. Vt enim dicit Eccl. 3. Omnia tēpus  
habent, tempus stendi, tēpus ridendi. Vbi per tēpus stendi in-  
telligitur specialiter tēpus illud, quod currit ab hac die usq[ue]  
ad diem paschę, in quo quidem tēpore debemus flere pctã,  
quę cõmissimus per totũ anni circuitum, & uitare omne m̃-  
danum gaudium. In cuius etiam rei signum nuptiarum ce-  
lebratio interdicitur ab ecclesia toto illo tēpore pendente,  
ut patet. 33. quęstio. 4. non oportet à septuagesima. Item  
extra de ferijs, cap. capellanus. Vnde ad propositum di-  
cti temporis facit illud, quod dicit Salomon, ubi supra.  
Tempus longē fieri ab, amplexibus, supra, matrimonialis  
contra.

contractus. Ecce tempus flendi. Tempus uero ridendi referendum est ad Diem sanctum Paschæ, in quo Christi fideles habent materiam gaudij, tum propter peccatorum remissionem, tum propter gratiæ adeptionem, tum propter dominicæ resurrectionis reuerentiam, iuxta illud psalm. hęc dies, quam fecit dñs, exultemus, & letemur in ea. Tū propter uenerabilis sacramēti altaris susceptionē, iuxta illud eiusdem psalm. Iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei, & delectentur in leitria. Et sic patet de prima ratione, cur taceatur Alleluia, in Ecclesia ab hac die usque ad diem sanctum paschæ.

SECUNDA ratio est mysticalis. Nam hoc tempore ecclesia recollit miserum, & dolendum, Adę lapsum, similitur miserabilem, & lachrymosam expulsionem eiusdem de paradiso terrestri, sicut aperte patet, in parte in historia, quæ legitur in officio matutinali. Similiter in officio dominicæ sequentis fit mētio de diluuiio generali, quod accidit in penam peccati contra naturam. Item in officio alterius dñicæ, quæ in quinquagesima appellatur, fit mētio de destructione Sodomæ, & Gomorræ in ultionem dicti nephandissimi peccati. Modò ut dicitur Ecclesiæ. 2. 2. musica in luctu importuna et narratio, idest cantus letitiæ, qualis est Alleluia, nou bene quadrat cum luctu præsentis temporis. Sed loco illius ordinauit ecclesia, ut in fine primi Gloria patris, quod canatur ad singulas horas, dicatur, Laus tibi Domine, &c.

TERCIA ratio est allegoricalis. Tempus enim septuagesimæ, quod dicitur à septem, designat septem mundi ætates. Et ideo sicut septuagesima incipit à luctu, & terminatur ad gaudium, quod hī in die sancto paschæ, ita septem ipsius mundi ætates sunt plene tristitia, & lamentatione. Nihilominus huiusmodi tristitia terminatur in gaudium, & signanter quo ad electos, iuxta illud Christi promissum Iohan. 16. Vos contristabimini, sed tristitia uestra uerteretur in gaudium. Item Matt. 5. Beati, qui lugent, supple, in præsentī, qm̄ ipsi consolabuntur, scilicet, in futura beatitudine. Et in psalm. de electis dicitur. Euntes ibant, & flebant mittentes semina sua, idest, bona opera in præsentī. Venientes autem uenient cum exultatione, sup. post hanc uitam, portantes ma-

nipulos suos. Ecce fructus seminum. Patet ergo detriplificatio, cur Alleluia taceatur in ecclesia ab hac die usq; ad uigiliam paschæ.

IN præsentī euangelio, quod in sententia est ualde prægnans, & secundum, multæ pulcherrimæ sententiæ continentur, per quas aperte eliminantur multe hæreses, quæ olim pullularunt, de quibus meminit Isido. prout recitatur in decre. 2. 4. q. 3. quidam autem heretici. Primus igitur error fuit eorum, qui posuerunt plures Deos, de quibus refert Lactantius lib. diuinariū institutionū. De talibus etiā meminit beatus Augustin. in tribus primis libris de Ciuitate Dei, in quibus diffusè reprobatur errores Romanorum colentium plures Deos, & Deas, ut potest, Iouem, Iunonem, Apollinem, Neptunum, Dianam, Mineruam, Venerem, & similes. Hos autē idololatras imitantur multi Christiani mali, & peruersi. Quilibet enim pro Deo suo habet illud, quod principaliter amat. Ex quo patet, q̄ auarus est idololatra, eò q̄ plus diligit nūmū quā Deū, & plus pro eo facit, q̄ pro Deo. In cuius rei testimonium dicit Apost. ad Eph. 5. q̄ auaritia est idololum seruitus. Similiter gulosus est idololatra, eò q̄ habet uentrē pro Deo, ut dicit apost. ad Phil. 3. Et sic de alijs peccatoribus. Sed iste error improbat in principio præsentis euangelij, cum dicitur. Simile est regnum cælorum homini patri familias. Sic enim essent plures dij, nequaquam dixisset Christus. Simile est regnum cælorum homini patrifamilias; sed patribusfamilias. Similiter eundem errorem olim, uidelicet, in ueteri testamento reprobauit dominus, scilicet, Deut. 6. dicens, Audi Israel, dominus Deus tuus unus est. No tanter autem dñs hic appellatur paterfamilias, eò, scilicet, q̄ habet triplicem familiam. Prima enim adhuc ambulat in terra, quales sunt iusti, & boni. Peccatores autem non sunt de familia Dei, sed Diaboli. Iohan. 8. Vos ex patre Diabolo estis. Secunda uerò captiua tenetur in purgatorio, ubi purgatur tanquam aurum in fornace. Tertia autem regnat sine fine in cælo cum Deo, & angelis eius. Qui autem sunt in inferno, non sunt de familia Dei, sed diaboli, sicut & peccatores ceteri.

SECUNDVS error fuit Aristotelis præcipis Philosophorū, qui posuit mūdum esse æterno, aut saltem dixit hoc esse

esse problema neutrum. Quem quidē errorem adhuc hodie videntur imitari multi nobiles, diuites, & potentes, qui adificānt sibi insignes domos, seu palatia ingentia, interius, & exterius auro fulgentia, uasa aurea, & argentea absque numero possidentes, census in immensum congregantes, agrum agro, vineam vineam, & domum domui contingentes, pauperes spoliantes, & totaliter cor suum huic seculo dedicantes, ac si mundus iste esset perpetuus, quem aliquando non debent dimittere, dicentes illud Apostolorum Christi uerbum Matt. 17. Bonū est nos hic esse, faciāmus hic tria, aut sex, siue decem tabernacula, id est, uarias domos ad inhabitandum.

**S E D** iste error reprobat̄ur per textum præsentis Euangelij, cum de paterfamilias dicitur, quod exiit primo mane conducere operarios in uineam suam. Per quod designatur notia, & ex tempore mundi huius productio. Quæ etiam aperte demonstratur ex illis uerbis Gen. 1. In principio creauit Deus cælum, & terram. Item ex illo uerbo Psal. Initio tu Domine terrā fundasti. Sed quod idem mundus sit habiturus finem, patet ex illis uerbis præsentis Euangelij: Cum sero autem factum esset. Ecce finis mundi. Idem etiā patet per illud Christi uerbum Luc. 21. Cælum, & terra transibunt. Cælum quidem quantum ad motum suum, quia post iudicium ulterius non mouebitur, nec similit̄er habebit tunc easdē influentias, sicut & modò. Similiter terra, tunc transibit, non quidem quantum ad substantiā, sed quantum ad uirtutē generatiuā, & similit̄er quantum ad multas corruptiones, quibus præsentis subiicitur. 1. Iohan. 2. Transiit mundus. Insuper ipsa terra post finē mundi erit clara, & munda in superficie sua, iuxta illud. 1. ad Cor. 7. Præterit, id est, præteribit figura mūdi huius. Patet ergo ex dictis, quod mūds habet principij sui esse, & finis durationis suæ, similiter & finē, quod est cōtra Aristoteli.

**T E R T I V S** error fuit Epicuri, & multorum antiquorum philosophorum, qui negabant mundū istum regi per diuinā prouidentia, omnia hæc inferiora attribuentes casui, & fortune. Concedebat̄ tamen tales ipsum Deū habere prouidentia de superioribus, & cælestibus. In quorū persona loquitur Iob. 22. dicens: Circa cardines cæli habitat, supple, Deus, & nostra non considerat. Vnde quidam auctor nomine Claudianus præ admiratione dicebat: Sepe mihi dubiam traxit

sententia

sententia mentē: Curaret̄ terras superi ne, an nullus inesset Rector, ac incerto fueret̄ mortalia casu. Hunc etiam errorē pestiferū imitantur multi mali Christiani, & signanter priuicipes cupidi, & auari, credentes suū esse quicquid cum ense lucrati possunt, allegantes illud Psal. Cæli cæli Dño, terram autem dedit filijs hominum, ita ut qui potest capere, capiat.

**S E D** iste error euidenter reprobat̄ur in præsentis Euangelio per hoc, quod paterfamilias per quem ut dictum est intelligitur Deus) erat tam sollicitus mittere operarios in uineam suam, quia mane hora tertia, sexta, nona, & undecima, quia reuera dictus paterfamilias à principio mundi usq; ad finem ipsius non cessat sollicitē mittere operarios in uineam suā, quæ est Ecclesia. Ex quo patet, quod habet prouidentia, nedum de superioribus, uerum etiā de inferioribus, & de salute hominum. Vnde Sap. 8. dicitur de prouidentia Dei, quod attingit à fine usq; ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter.

**Q U A R T V S** error fuit Manichæi dicentis, Deum quidē esse creatorem cælestium, & inuisibilem, diabolum uerò terrestrium, & uisibilem. Ponebat enim duo principia rerum. Vnum quidē bonum, quod est Deus, qui dat animā. Aliud uerò malū, quod est diabolus, qui dat corpus. Non enim poterat̄ intelligere, quod mundus iste, cum sit totus immundus, posset esse à Deo, qui est totus purus, & mundus. Idem dicebat de corpore humano. Insuper uidebat, quod multæ creature inferiores sunt occasione hominibus male agendi, iuxta illud Sap. 14. Creaturæ Dei in odium factæ sunt. Hunc etiam errorē adhuc uidentur sustinere, & approbare multi mali, & dissoluti Christiani, qui allegantes excusationes in peccatis, si post inebriationem cōmiserint homicidium, fornicationē, seu adulterium, blasphemiam, aut iuramentū indebitum, uel aliquid simile, dicunt unum hoc totum fecisse, cum tamen Apost. 1. ad Tim. 4. dicat, quod omnis creatura Dei in se bona est. Propter quod poeta Cato dicebat: Quod poru peccas, ignoscere tu tibi noli. Nam nullum crimen uini est, sed culpa bibentis. Idem practica de illis, qui attribunt sua peccata complexionī corporis sui, aut influentiæ cælesti, magis Deum auctorem talium facientes, quàm seipsos accusantes.

**S E D** iste error reprobat̄ur in præsentis Euangelio per hoc, quod paterfamilias per quem ut dictum est, intelligitur,

Ser. Do. G. Pep. Pars Hiem.

S

gitur,

igitur Deus omnipotens) dixit operarijs. Ite in uincam meam. Uinea enim est creatura Dei, similiter & uinum, quod producit. Et quamuis Christus hic non loquatur de uinea terrena, sed de spiritali, & mystica, quæ est Ecclesia, siue cõgregatio fidelium nihilominus adhuc huiusmodi uinea habet aliquid corporeũ, secundũ q̃ in quolibet iusto sunt corpus, & anima.

QVINTVS error fuit begardorum, qui (ut recitatur in cle. de hereticis. ca. ad nostram.) dicebant, quod aliquis purus homo potest ad tantum perfectionis gradum peruenire, q̃ erit omnino impeccabilis, item quod non poterit ulterius proficere in gratia, aut uitę merito, insuper dicebant, quod homo affectus talem perfectionis gradum non teneat ulterius ieiunare, neq; Dominum orare. Hunc etiam errorem uidentur adhuc sequi multi utriusq; sexus Christiani, quales sunt illi, qui dicunt, quod satis ieiunauerunt in iuuentute, item quodd satis orauerunt Dominũ, satis peregrinati sunt, satis de bonis suis in pios usus clargiti sunt, & quod oportet residuum pro sua senectute referuare, & huiusmodi.

SED iste error reprobatur sufficienter per textum præsentis Euangelij, signanter per hoc, quod paterfamilias, idest, Dominus Deus nõ cessat qualibet hora diei, etiã undecima,mittere operarios in uincam suã. Vbi per horam undecimã intelligitur senectus hominis. Per quod designatur, q̃ quantumcunq; homo laborauerit in uinea Domini in iuuentute sua, nihilominus ad idem debet, iuxta vires suas usq; in senectam, & senium laborare. Solis enim perseverantibus usque ad uitę terminum promisit Dominus uinẽ retributionem æternam, iuxta illud Matt. 10. Qui perseverauerit usque in finem, hic saluus erit. Nam vt dicit Greg. in mor. & recitatur de pcc. dist. 3. *incastrum*. Incastrum bonum opus agitur, si ante uitę terminum deferatur, quia frustra uelociter currit, qui priusquã ad metas uenerit, deficit. Quod animaduertens regius propheta Dauid, postquã consumpsisset uitam suam in multis sanctis operibus, tandem ait: Dixi, nunc cepi, supple, benefacere. Ad idem etiam facit, quod in uitas parum legitur de beato Arsenio, qui interdũ orando dicebat ad Dominum. Domine Deus nõ me derelinquas, quia nihil boni feci coram te, sed præsta mihi secundum magnam benignitatem tuam, saltem modõ habere bene uiuendi principia.

SEXTVS

SEXTVS error fuit Sabellij, qui confundebat personas in diuinis. Non enim ponebat in diuinis, nisi tantum unam personam, quæ secundum diuersos effectus, nunc dicitur pater, nunc filius, nunc Spiritus Sanctus. Hunc etiam errorem adhuc multi, qui se Christianos reputant, imitantur, sicut patet de illis, qui reputant impossibile, quod cum unitate diuinæ essentię possit stare pluralitas personarum, sic, scilicet, q̃ tres res realiter distinctę sint una, & eadem res simplicissima, eod quod in creatis nihil uident simile. Sed hi debent attendere, quodd mysterium sanctissimę Trinitatis est tantum, ac tale, ut nihil habeat simile in creatis. Et ideo oportet, quodd fides specialissimẽ operetur ad illud credendum.

HVC ergo errorem reprobatur Euangelista in Euangelio hodierno, cum ait. Cum sero factũ esset, dixit Dominus uinẽ procuratori suo, idest, Deus pater filio suo, secundum glo. interl. Longe etiã ante reprobauit Dominus hunc errorem, utpote in formatione primi parentis, quando dixit illud Gen. 1. Faciamus hominem ad imaginẽ, & similitudinem nostram. Nisi enim essent in diuinis distinctę personę, nequaquã dixisset Dominus faciamus, sed faciam. Et ex altera parte, nisi esset unitas essentię, nequaquã dixisset ad imaginẽ, sed ad imagines, nec ad similitudines, sed ad similitudines.

SEPTIMVS error fuit Saduceorum, qui negabant generalem Resurrectionem, de quibus dicitur Matt. 22. quod accesserunt ad Iesum Saducei, qui dicunt non esse resurrectionem mortuorum. Hunc etiam errorem imitantur multi Christiani, qui ita contristantur super morte parentũ, aut amicorum suorum, quod non uident credere, quodd sint eos uisuri in alio sæculo, siue in futura resurrectione. Cõtra quos loquitur Apo. 1. Theß. 4. dicens. Nolumus vos ignorare fratres de dormientibus, ut non contristemini, sicut & ceteri, qui spem nõ habent. Si enim credimus, quodd Iesus mortuus est, & resurrexit, ita & Deus eos, qui dormierunt, &c.

SED hunc errorem reprobatur sufficienter Euangelista per hoc, quod ait: Cum sero factum esset, dixit Dominus uinẽ procuratori suo. Voca operarios, & redde illis mercedem. Per quod datur intelligi, quodd in fine mundi dicit Dominus Archangelo suo. Voca cũ sonitu tubę homines, qui in mundo laborauerunt pro salute animarum suarum, & pro utili-

S 2 tate.

tate Ecclesiæ, ut reddatur illis merces copiosa in cælo, & datur eis, surgite mortui, uenite ad iudiciũ. Et hoc est, quod loquitur Apostolus. 2. ad Cor. 6. dicẽs. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Domini nostri Iesu Christi, ut recipiant unusquisq; prout gessit in corpore, &c.

**OCTAVVS** error fuit Appellis, de quo narratur in historia Ecclesiastica, quod dicebat unumquemq; in sua lege, & secta posse saluari, ut pote, iudges obseruando ad literam legem Moysi, similiter saracenos obseruando legem Mahumeti, & sic de similibus. Hunc etiã errorem uidentur adhuc hodie tenere multi Christiani, quales sunt illi, qui dicunt: Quare damnabuntur illi homines, qui nunquam audierunt loqui de Christo, aut de lege ipsius. Certè durus, & iniustus esset Deus, si tales propter hoc perpetuo damnaret.

**SED** iste error reprobat in presenti Euangelio per hoc, scilicet, quod Dominus uinea, cum sero factum esset, nulli iussit reddi mercedem, nisi illis tantum, qui in uinea sua laborauerant. Vbi per uineam Domini intelligitur Ecclesia militans, ut dictum est, extra quam sunt omnes infideles. Tales ergo non sunt recepturi in fine uite mercedem in cælo cum angelis Domini, sed potius supplicium æternum in inferno cum diabolo, & angelis eius. Quod si aliqui fuerint inter eos, qui nihil audierint simpliciter de fide Christi, nihilominus adhuc tales damnabuntur, non quidem ratione infidelitatis, sed propter alia peccata, quæ commiserunt, & quæ absque fide remitti non possunt, ut dicit beatus Thom. 2. 2. quest. 10. art. 1.

**NONVS** error fuit Iudeorum, qui credebant se solos uita æterna dignos, eò quod ipsi soli habebant legem Domini, atque eos solos uocabat olim Dominus populum suum peculiarem, & hæreditatem suam. Vnde rectè designantur per illos, de quibus legitur parabollè in Euangelio hodierno, quod murmurabant aduersus patremfamilias, eò, scilicet, quod gentiles, qui in ultima ætate mundi uocati sunt ad fidem, pares illis facti sunt, qui portauerunt pondus diei, & estus, idest, multo tempore grauia legis onera. Hunc etiã errorem adhuc hodie imitantur multi Christiani, quales præcipuè sunt illi arrogantes, & præsumptuosi, qui se solos reputant perfectos, & ueros Christi imitatores, ceteros contempnentes

tempnentes, & dicentes saltem in cordibus suis more pharisei. Non sumus, sicut ceteri hominum. Luc. 18.

**SED** iste error reprobat in presenti Euangelio, in hoc, scilicet, quod paterfamilias, idest, Deus responderet populo Iudaico, dicens. Amice non facio tibi iniuriam. Nonne ex denario diurno conuenisti mecum? Tolle, quod tuum est, & uade. Volo & huic nouissimo, idest, populo gentili dare, supple, gratiam in presenti, & gloriam in futuro, sicut & tibi. An oculus tuus nequam est, scilicet, per inuidiam, quia ego bonus sum? uidelicet, quantum est ex me omnibus largiendo misericordiam, & gratiam. Similiter iste error reprobat per illud uerbum beati Petri Apostoli: Act. 10. ubi ait: In ueritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente, qui timet Deum, & operatur iustitiam, acceptus est illi.

**DECTIMVS** error fuit Origenis, qui asseruit oēs damnatos tam demones, quam homines, quandoque à penis inferni liberandos, & tandem beatis in cælo associandos, prout de eo refert August. in de ciuitate Dei lib. 21. ca. 17. Non tamen desunt, qui dicunt hunc pestiferum errorem dicto Origeni ab emulis suis falsò impositum fuisse corruptas doctrinam, & libros illius. Hunc etiam errorem usque hodie imitantur in aliquo multi Christiani, quales sunt illi, qui dicunt, quod soli infideles, pagani, Iudei, & hæretici damnabuntur, nec (ut dicunt) credunt, quod Christiani, qui fidem Christi susceperunt, & tenuerunt usque ad mortem, debeant aliquando damnari, quamuis in multis Deum offendant. Talibus enim, inquit, finaliter miserabitur Deus. Et tales sumunt fundamentum sui erroris ex illis uerbis Christi male intellectis Iohan. 6. Hic est panis uiuus, qui de cælo descendit. Si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum. Sed hoc facile soluitur, si intelligatur, quod duplex est modus manducandi corpus Christi, scilicet, sacramentalis, & spiritualis, scilicet, per fidem formatam. Et de isto secundo modo manducationis intelligitur prædicta hæretici promissio, non autem de primo. Item prædicti hæretici aliunde sumunt fundamentum sui erroris, uidelicet, ex illis uerbis Psal. dicentis ad Dominum. Effunde iram tuam in gentes, quæ te non cognouerunt.

uerunt, & in regna, que nomen tuum non inuocauerunt, ut apud infideles contingit. Tinquam uellet innuere ipse pſal. non eſſe æquum Deum eſſundere perpetuò, quàmuis bene ad tempus iram ſuam ſuper Chriſtianos, qui ipſum cognofcunt per fidem, & nomen ipſius inuocant, orationes ad eum ſundendo, & in ſuis neceſſitatibus ad eundem recurrendo.

**S**E D iſte error apertè reprobatur in præſenti euangelio, cum dominus ait. Multi ſunt uocati. gl. iaterli. ad fidè, pauci uerò electi. ſcilicet, ad regnum, ut exponit eadem gl. Da exemplum de electione futuri epifcopi, ad quam omnes canonici uocantur, unus tamen ſolus eligitur. Circa autem dictam paucitatem. Aug. in lib. qui intitulatur de uero cultu, dicit unum terribile uerbum. Arbitror, inquit, tres partes mundi fore damnandas, eò quòd in omnes regnat infidelitas. De quarta autem parte, quid dicam, niſi, quod. 1. Iohan. 5. ſcribitur. Totus mundus in maligno poſitus eſt? Vnde legitur mirabile exemplum in uita B. Ber. uidelicet, quod ipſe apparuit cuidam religioſo ſui ordinis die 13. ab obitu ſuo dieſ, quod eadè obitus ſui obierunt 40. millia hominù, qui ocs deſcenderunt in infernum, eodempro cum quodam ſancto Eremita, & quodam honeſto ſeculari, qui tamen deſcendit ad purgatorium. Multum ergo chariſſimi timere habemus de pelle noſtra, ex quo tam pauci ſaluantur. Deprecemur igitur piſſimum Ieſum, ut faciat nos eſſe de numero illorum paucorum, qui electi ſunt ad regnum celorum. Amen.

*Quoniam autem prædictum ſermonem alibi inferni, uidelicet, poſt ſermones de imitatione ſanctorum, ideo alium hic inferre uolui, in quò agitur de uinea anima.*



**T**ER in uineam meam, & quod iuſtum fuerit, dabo uobis. Marth. vigefimo. Pro introductione præſentis ſermonis mouetur quaſtionalis. Vtrum quis, licitè poſſit laborare in uinea domini ſpe mercedis. Pro ſolutione huius dubij notandum, quòd triplex eſt merces, uidelicet, criminalis, temporalis, æternalis.

PRIMA

**PRIMA** igitur merces dicitur criminalis, qualis eſt laus humana, quam expectant Hypocrite, qui uolunt uideri ab hominibus, quotieſcunq; aliquid de genere bonorum faciunt, ſiue illud ſit ieiunium, ſiue elemoſyna, aut oratio, ut inde laudentur. De quibus ait Chriſtus. Marth. ſexto. Amen dico uobis, receperunt mercedem ſuam. Et ut dicit Grego. in ſuo paſtorali. c. quinquageſimo. cum conſummato opere laus tranſitoria queritur, res æterna retributione digna uili precio uenundatur. Loquendo ergo de huiusmodi mercede criminali, & uicioſa euidentiffimè conſtat, quòd nemini licet laborare in uinea domini aliquid de genere bonorum faciendo ſpe dictæ mercedis, aliàs licere peccare.

**SECUNDA** merces dicitur temporalis, ut eſt temporalium copia, pax, ſanitas, & ſimilia, loquendo ergo de hominis mercede, licet laborare beneficiando in ſpe dictæ mercedis, dummodo non principaliter intendatur, aut queratur, ſed tanquàm adminiculum mercedis æternæ. Sæpe enim legimus ad ſenſum prædictum dominum in antiquo teſtamento ſpe dictæ mercedis homines prouocaffe ad obſeruantiam mandatorum ſuorum, ut eſt illud Eſa. primo. Si uolueritis, & audieritis me, ideſt, mihi obiederitis, bona terræ comedetis, ideſt, bonis temporalibus uos abundare faciam. Nouerat enim dominus iudaorum auaritiã, & ideo illis promittebat bona temporalia, ut ſic eos alliceret ad obſeruantiam mandatorum ſuorum. Da exemplum de oue, quam poſt ſe trahit paſtor, dum illi oſtendit ramum uindem. Vnde Deuter. vigefimo octauo. item Leui. vigefimo ſexto. Ponatur multe benedictiones temporales, quas æpromittit dominus obſeruatoribus dictorum mandatorum, ita ut rectè dicat Pſal. quòd in custodiendis illis, ſcilicet, mandatis, retributio multa, & ſupple, temporalis, & terrena. Cauendum tamen eſt, ne quis in huiusmodi mercede temporalis ſiſtat, & ſinem ſuum ponat, aliàs eſſet eius ignorantia mercenaria, quod eſt uicioſum in homine.

**TERCIA** merces dicitur æternalis, quæ redditur pro omnibus bonis factis in gratia, & charitate. Et tunc loquendo de huiusmodi mercede, quis poteſt licitè laborare in uinea domini, cum ſpe illam conſequendi, iuxta illud

S 4 Pſal.

Psal. Inclinaui cor meum ad faciendas iustificaciones tuas in æternũ propter retributionem. quod intelligitur em glo. interl. de retributione æternali. Item saluator Matth. 19. ait. Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Ac si apertè diceret, quòd licet alicui seruire Dei mandata spe ingrediendi uitam æternam. Item Matth. 5. & Luc. 6. loquens Christus his, qui in præsentì aduersa patiuntur patienter, ait, Gau dere, & exultate, sup. in spe, quoniam merces uestra copiosa est in cœlis. Quamuis ergo Deus sit, tam bonus, & tam im mensus, ut etiam tantum propter eum, nullum alium respo ctum habendo, aut quocunq; premium, siue in præsentì siue in futuro expectando, illi debeamus seruire in sanctitate, & iustitia omnibus diebus nostris, nihilominus, quasi seculariò possumus habere oculum ad mercedem gratiæ in præ sentì, & gloriæ in futuro. Et ad hunc sensum potest intelligi illud poeticum uerbum. Pro lucro (sup. æternali) tibi pone doli, quicunq; laboras. Vnde cum spe, & sub spe dicitur mercedis æternalis nos inuitat dominus ad laborandum in præsentì, cum ait in textu præsentis euangelij. Ite in uineam meam, & quod iustum fuerit, dabo uobis.

In præsentì sermone intendo loqui de uinea spũali, quæ est anima rationalis. Pro quo notandum, quòd quæcunq; fiunt circa uineam materialem, & terrestrem corporalem, similia debet fieri circa uineam animæ spũaliter. Illa aut, quæ fiunt circa uineam materialem, sunt multa. Nam.

In loco decenti plantatur,  
Tempore debito cultiuatur,  
Ex bonis radicibus populatur,  
Idoneo cultori committitur,  
Terra pluries foditur  
Propitio simo impingatur  
Pura, & munda seruatur,  
Congruo modo putatur,  
Ex omni parte clauditur,  
Diligenter frequentatur,  
Custos adhibetur,  
Fructus domino referuatur.

PRIMò igitur uinea in loco decenti plátatur, uidelicet, in loco luminoso, non umbrifero, neq; tenebroso, sed ad fo-  
lem

lem meridianum, quantum fieri potest. Sic em plantata fru ctificat, aliàs sterilis efficitur. Ita in proposito anima ronalis non debet plantari in loco tenebroso pro ignorantiam uitiosam, & culpabilem, sed potius in loco luminoso, & claro per notitiam agendorum, fugiendorum, credendorũ, de siderandorum, & hmõ. Omnes enim debent scire Dei præ cepta, item, quæ sunt per eos agenda, & quæ ad suum officium, & statum spectant. Item scire debent septem peccata morta lia, ut illa possint fugere. Similiter scire debent fidei articulos. Item credere debent Deum esse remuneratorem bono rum, & ultorem malorum, & signanter in futuro. Itẽ simpli ces debent scire orationem dnicam, symbolum fidei, & cæ tera communia. Similiter debent scire duo esse receptacula animarum post hanc uitam, unum ad recipiendum bonos, scilicet, paradysum, alterum, ad recipiendum malos, uidelicet, infernum. Item debent scire aliũ esse locũ, quasi mediũ ad recipiendum mediocriter bonos, & mediocriter malos, qui uocatur purgatorium. Ista enim sunt quasi prima rudi menta Christianæ uitæ, quæ nullus ignorare debet, dummodo sit doli capax, & mentis compos. Aliàs ignorantia circa talia esset damnabilis. Non tamen omnes astringuntur ad credendum, & cognoscendum alta mysteria in particulari. Bene ergo ad propositum loquitur Apost. j. Cor. 14. dicens. Si quis ignorat, supp. quæ scire, aut credere tenetur, ignora bitur, id est, à Deo in futuro reprobabitur.

SECUNDO de uinea tempore debito cultiuat. Vnde circa initium Martij solent uiticole cultiuare primum uineas suas. Item solent mane surgere, dum ituri sunt ad eas culti uandas. Ita in proposito mane, id est, in iuuentute debemus laborare circa salutem animarum nostrarũ. Sic em præcipit esse faciendũ magnus pfamilias, de quo dicit in præsentì euã gelio, q. xlii. primo mane conducere operarios in uineam suam. Cant. 7. Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, mane surgamus ad uineam. Mane, hoc est, in prima ætate nostra. Vnde & Eccl. 11. quasi ad simile propositum dicit. Mane semina in semen tuum. Et circa hoc fermè innumerũ fallunt se ipsos, iuuentutem suam uoluptatibus, & uanitibus dedicantes, & nihilominus stultissimè præsumentes, se aliquã uitã in melius comaturuos. Nò attridũ aut dicitur fatui, q. i oib. ciuitatib, collegijs

collegijs, aut congregationibus pauci admodum scæves reperiuntur in tanta hominum multitudine. Item, quam paucissimi ad dictam ætatem perueniunt. Dicant ergo ualde certi sunt, quòd inter tam paucos ad senium peruenientes erunt de numero illorum? Insuper dato, quòd de hoc certi essent ex diuina reuelatione, nihilominus adhuc grauius Deo iniuriuntur, in hoc, scilicet, quòd florem suæ ætatis diabolo dedicant, & Deo feces referuant. Mane igitur, id est, cito surgere debemus, ut laboremus efficaciter in uinea nostra, propriam, scilicet, salutem procurandam bonis operibus intendentes. Quod si neglexerimus hoc agere in manciuentibus, debemus hora tertia, sexta, nona, & undecima, circa hoc intendere, prout nos admonet Christus in presenti euangelio per similitudinem loquens.

**TERTIO** uinea ex bonis, & electis radicibus populatur & primum plantatur, iuxta illud Hierem. 2. Ego te plantau i vineam electam omne semen uerum, & per hoc designatur, quòd quotiens occurrunt plura bona agenda, circa illa, quæ sunt potiora, & magis necessaria, intendere debemus, dicente Apostolo. 1. Cor. 13. Accumulamini charismata meliora. Huius contrarium faciunt multi ecclesiastici, & religiosi, qui plus afficiuntur, quibusdam deuotionibus particularibus, & uoluntarijs, quàm diuini officijs, quibus obligantur, ita ut attentius, & frequentius huiusmodi deuotiones priuatas soluant, quàm reliquum diuinum officium. Item practica de ieiunio deuotionali, & de alio, quod est de precepto. Vnde ad propositum loquens deuotus Bernar. lib. 12. graduu superbie, & signanter de illo gradu, qui intitulatur, de illo, qui uitio singularitatis laborat, dicit quòd ille laborat uitio singularitatis, qui sibi magis blanditur de uno ieiunio, quod cæteris prædantibus facit, quàm si cum cæteris septem dies ieiunauerit. Item commodior sibi uideatur una oratiuncula peculiaris, quàm tota psalmodia unius uersus. Similiter circa hoc deficiunt multi ecclesiastici, & religionum prælati, qui adeo intenti sunt circa ædificia, & muros erigendos, quòd sub eis ruunt mores. Item, meliora non eligunt principes, & iudices populi, qui frequentier minora delicta seuerè puniunt, maiora, malorum delicta impunita relinquunt, & dissimulant. Propterea refert Vale-

rius de quodam, qui comparabat leges humanas telis araneorum. Historia est communis.

**QUARTO** uinea idoneo cultori committit. Valde enim fatuus reputaretur, qui scienter uineam suam committeret imperito uiticole cultiuandam. Ita in proposito uinea anime debet committi probato uiro. Cuius contrarium faciunt plerique ipsi, qui cõserunt ecclesiastica beneficia a, quibus animarum cura est annexa, suis consanguineis, aut famulis, siue sibi recommendatis sacerdotibus, qui uix intelligunt latinum, nisi grossum, & usitatũ. De uita aut, & moribus talium taceo. Insuper tales postquam adepti sunt beneficium, sibi assumunt uicarios, nouit dominus quales, eò scilicet, quòd plus offerunt de beneficio, quàm uiri docti, & timorati, & qui non uellent multas exactiones in populo facere, quæ plerunque non carent uitio simoniæ, quas tales exercere non formidant, & præsertim circa administrationem sacramentorum. Si enim reges, & principes committant curam, & custodiam castrorum sibi subditorum electis, & probatis militibus, ac capitaneis, quanto magis sunt episcopatus, abbatias, prioratus, & similia ecclesiastica beneficia conferenda probatis uiris? Idem practica de uicarijs prædictorum. Sed profectò filij huius sæculi prudentiores sunt filij lucis in generatione sua, id est, principes huius sæculi melius prouident castris, & fortalitijs sui regni de bonis rectoribus, quàm ecclesiæ prælati ecclesiastici curis, & ecclesiasticis beneficijs, quæ sunt in collatione sua. Sed noverint tales, quod non euadent iudicium domini, tanquam iniuri qui administratores bonorum domini sui.

**QUINTO** uinea hoc requirit, ut pluries in pede fodiat, & moueatur. Non enim sperant uiticole habere fructum de uinea, quantumque in se sit bona, nisi terra circa eam bis, aut ter in anno fodiat. Ad propositum terra, in qua plantata est uinea animæ nostre, est nostrum corpus. Necessè est ergo, ut dicta terra frequenter cõturbetur per exercitiũ boni operis, & per repressionẽ malarum herbarum concupiscentiæ carnalis. Aliàs dicta uinea non afferet bonũ fructũ contemplationis, & desideriorum cœlestiũ. Quod attendens apost. dicebat. j. Cor. 9. & recitat in epist. huius diei. Castigo, & acquir, corpus meum, & in seruitutem redigo. De exercitijs



autem boni operis corporalis loquens Hiero. ad Rusticum Monachū, & similiter recitatur de conse. di. 5. nunquā, dicit sic. Semper aliquid boni facito, ut semper diabolus inueniat te occupatū. Vnde, ut ibi allegatur, Apost. Paulus interdum manibus laborabat. Ecce, quō debet humanū corpus moueri per exercitiū alicuius boni operis, ut sic fructificet corā Deo uinea aīę. Cuius contrariū multi faciunt, qui cū uident se habere copiam temporalīū, uacant ocio, ut sunt multi Clerici, & Prælati. Item multi nobiles, & burgenses diuites arbitrantur se nobilitate uiuere, si nihil penitus agentes de suis redditibus uiuant. Sed profectō uita talium similis est uitæ porcorum, qui nihil uolunt facere, præterquā comedere, bibere, ludere, & dormire.

**S E X T O** uinea impingatur simo propitio illi. Sic, & anima habet suū simum, quo impingatur, ille autē est memoria mortis, quę occasionaliter retrahit aīa à peccato, & impinguat eā uirtutibus, & meritis. Eccl. 7. Fili memorare nouissima tua, & in æternū non peccabis. Vel dicit, quod per simū, qui sit ex uilissima materia, significantur peccata. Ille ergo simū circa uineā aīę suę ponit, qui in corde suo habet memoriam de peccatis commissis cū amaritudine penitentię. In cāuis figurā legitur Lucę. 13. quod cū quidam dñs uellet destruere uineam suam, eō quod tribus annis mansisset sterilis, dixit illi cultor uinę. Domine dimitte illā, & hoc anno, uisq; dum sodiā circa illā, & mittā stercore. glo. i. ad memoriā reducā abominationem malorū, quę feci, & compunctionis gratiam cum fructibus boni operis, quasi de pinguedine stercore exsuscitem. Quemadmodū ergo simus uineam fructificare facis, sic memoria peccatorum producit fructum bonorum operum.

**S E P T I M O** uinea munda seruat̄ ab alieno semine, quod impedire possit eius fructum. Vnde Deut. 22. mandat dominus dicens. Vineam non seras altero semine. Ad propositum alterum semen est peccatum. Sic igitur uineam spiritualē excolere debemus, ut bonis operibus mala non miscamus. Aliās huiusmodi mala possent suffocare bona. Vnde parabolice dicitur Luc. 8. quod simul exorę spīę suffocauerunt semen bonum. Vicia nempe simul adiuncta uirtutibus eas suffocant. In hoc igitur peccant illi, qui multa opera de genere bonorum faciunt propter humanam gloriam. Cōtra quos loquitur

loquitur Christus Matt. 6. dicens. Cū facis elemosynam nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua, id est, non se immisceat appetitus laudis humane, uel aliquod uitii, ut exponit interl. Similiter in hoc peccant illi, qui multas orationes fundunt ad dñm, cū tñ multis peccatis sint interius irretiti, qui bus loquitur dñs Esa. 1. dicēs. Quā multiplīcaueritis orationē, nō exaudiā. Manus. n. uestřę sanguine plēnę sunt. i. peccato. Insuper in hoc peccāt illi, qui in mortali peccato ieiunāt, credētes per talē modū placere Deo, quos reprehendit dñs Esa. 58. dicens. Ecce ad lites, & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiē. Nunquid hoc est ieiuniū, quod elegi? Ac si apertē diceret, nō. Seruemus igitur charissimi uineā nostram mundam ab alieno semine. i. à peccato, quia huiō alienū semen posset totum semen bonum destruere, & suffocare.

**O C T A U O** uinea congruo, & decenti modo putatur. i. scinditur, ut sarmenta sterilia, & superflua auferantur. Nā per talem modum ipsa uinea uerbis fructificat tempore suo. Sic suo modo debemus spiritualiter putare uineam conscientię nostrę, cauēdo à superfluis, & nociuis cogitationibus, quę separant à Deo, itē à uerbis ociosis, de quibus oportebit tandem reddere rationem, iuxta domini sententiam Mat. 12. Insuper debemus prescindere superfluitatē exteriorē, siue consistat in cibis, & potibus, siue in uestitu, & ornatu corporeo, siue in pompa equorum, famulorum, & huiusmodi, siue in rebus temporalibus, & sic de alijs. Merito ergo dicere possumus illud. Can. 2. Tempus putationis aduenit, id est, quamdiu sumus in hac mortali uita, expedit, ut amputemus omnem superfluitatem uitiosam à corde, ab ore, ab oculis, à corpore, à ueste, à rebus temporalibus, & huiusmodi.

**N O N O** uinea muro, aut sepe uindique clauditur, ne ferę subintrantes totum deuasent. Vnde Matth. 21. proponitur parabola de quodam homine patrefamilias, qui plantauit uineam, & sepe circumdedit ei. Sic spiritualiter uinea animę debet undique claudi, quantum ad sensus corporales; ne subintrent ferę crudeles, id est, uicia, & peccata, & signanter per euagationem oculorum. Vnde inter omnes sensus corporeos non contingit tam sepe, & tā faciliter peccare, sicut per euagationem ipsorum oculorum, ita ut merito multi dicere possint illud Hierem. 9. Ascendit mors, id est,

peccatum usque ad cor, per fenestras nostras, idest, per sensus nostros, ingressa est domos nostras, idest, conscientias. Sed contra. Nam Mat. 15. dicit, quod de corde exeunt cogitationes male. Ergo peccatum exit de corde ad sensus, & non e converso. Solutio. Mors, idest, peccati occasio, ingreditur per sensus ad animam. Nihilominus ipsum peccatum exit de cogitatione in opus per membra. Ideo dicebat sanctus ille Iob. Si secutus est oculus meus cor meum. Et nota, quod ly si, tenetur ibi negatiue, idest, pro non. Notandum ergo, quod sensus corporei dati sunt nobis à Deo, tanquam porte ad recipiendum lumen diuinæ gratiæ. Verbi gratia, ut per auditum recipiamus fructuosam instructionem. Per os confiteamur nostra peccata, & proximis edificemus, atque Deum laudemus. Per oculos proximis compartiamur uiuendo eorum necessitates. Nihilominus per huiusmodi fenestras mortem, idest, peccatum, cum ministerio sensuum concipimus, secundum illud Thren. 3. Oculus meus depre-datus est animam meam in cunctis filiabus urbis mee. Nam nisi sequitur delectatio, delectationem sequitur consensus, consensus sequitur opus, opus sequitur consuetudo, consuetudinem sequitur necessitas, necessitatem sequitur desperatio, desperationem sequitur damnatio. Ecce, quomodo oculus deprædat animam, trahendo eam occasionaliter ad peccatum. Non enim Eua lignum uetrium concupiuisset, si non prius illud intendere conspexisset, sed ut haberetur Genes. 3. Vidit mulier lignum, quod bonum esset ad uescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile, & tulit de fructu eius, & comedit. Super quo dicit Grego. quod non licet intueri, quod non licet concupisci. Nora de Dauid, qui per incautum aspectum concupiuit uxorem Uriæ, dormiuitque cum ea. 2. Regum. 11. Similiter Sichem uidit Dinam filiam Iacob, & concupiuit eam. Gen. 33. Idem legitur de Amnon in ordine ad sororem suam nomine Tamar. 2. Reg. 13. Item Gen. 6. legitur, quod uidentes filij Dei filias hominum, quod essent pulchre adamauerunt eas, &c. Ecce quanta mala facit incautus aspectus, ita ut penè maior pars hominum damnatur propter ipsum. Quale igitur remedium? Certè oportet claudere oculos, ne uideant uanitatem, ne occasione eorum dissipetur uinea anime, ut uerificetur de ea illud Psal.

Ut quid

Ut quid destruxisti maceriam eius, & uindemiant eam omnes, qui prætergrediuntur uiam.

De eadem uinea diligenter frequentatur. Nam, quasi semper aliqua agenda sunt circa eam, & ideo debet sepe à domino suo frequentari, & reuilitari, ne aliquid illi desit. Sic etiam suo modo agendum est circa uineam anime. Vnde Can. 7. Videamus, si floruerit uinea, si flores fructus paruerint. Hoc autem fit, quoties examinatur conscientia, & discitur uita, quod si aliqua mala ibi inueniantur, corrigantur, & inde tanquam nociuæ herbe euellantur, & eiciantur. Si uerò bona ibi reperiantur, inde gratiæ Deo referantur, qui est auctor omnis boni, & à quo est omne datum optimū, & omne donum perfectum, ut habetur Iaco. 1. Hęc autem reuilitatio ad minus semel in die fieri debet, quia non præterit dies, in qua non offendamus in multis, ut potè, in malis cogitationibus, superfluis, & uanis locutionibus, atque malis operationibus, & culpabilibus omissionibus. Vnde legitur in uitas patrum, quod quidam sanctus pater dicebat, homo omni mane, & omni uespere debet rationem intra semetipsum componere dicens. Videre habeo, quid hodie feci ex ijs, que Deus non uult per me fieri, & quid non feci ex ijs, que uult per me fieri. Vnde Senec. Animus quotidie ad rationem reddendam est uocandus. Istud autem potissimè debet fieri, consummato iam die, cum, scilicet, ad nocturnam quietem se conuertit homo. Tunc enim debet seipsum interrogare, quid boni fecit, & quid mali. Et si inuenierit se plus occupatum fuisse in Dei seruitio, quam in diaboli famularu, in magnam debet proficere lætitiā. Si uerò aliter, tunc multū dolere, & gemere habet. Sed profectò pauci ita faciunt, sed feruè omnes, quamprimum inclinauerint caput super ceruical, dormire incipiunt.

Vnde eadem uineæ custos adhibetur, iuxta illud Can. 1. Posuerunt me custodem in uineis. Custodia uiam uineis adhibetur contra feras, & predones, qui solent eam uisitare. Ad propositum superbia uult auferre fructum uirtutum, & bonorum operum à Deo, cum sit largior omnium bonorum, & sibi attribueret. Vnde in Psal. Singularis ferus depastus est eam, scilicet, uineam anime. Quale igitur remedium? Certè oportet adhibere dictæ uineæ custodem. Huiusmodi

modi autem custos est humilitas, quæ est custos uirtutum, ut dicit Hiero. 3. parte epistolarum suarum, epistola. 22. ad Celsiam scribens. Item Chrys. super Matthæi Hom. 15. dicit sic. Vnusquisq; humilitate supposita tutissimè cuncta alia superponit edificans. Hac uerò subducta, & si usq; ad ipsum celsum conuersationis sublimitate peruenias, simul oia subtrahuntur, atque in finem pessimum relabuntur. Nam, siue oratione, siue ieiuniu, siue misericordiam, siue pudicitiam, siue aliud quid bonorum absq; humilitate congreges, statim cuncta desuunt, cunctaq; pereunt. Quod etiam in Phariso legimus accidisse, qui cum ad ipsum cacumen ascenderet uirtutis, nihilominus amittens simul uniuersa descendit, quia, scilicet, non habuit matrem bonorum ipsam humilitatem. Nam sicut ipsa superbia omnium malorum fons est, ita humilitas cunctarum origo uirtutum. Hæc ille.

**D** V O D E C I M O uineæ fructus domino referuatur, iuxta illud parabolicum uerbum Matth. vigesimoprimo. Vineam suam locabit alijs agricolis, qui reddant ei fructum temporibus suis. Tunc autem totum fructum uineæ nostræ domino referuamus, si omnia bona, quæ agimus, domino attribuimus, & de talibus illi gratias agimus. Hoc enim iustum est, quoniam ab ipso procedunt, iuxta illud Iac. 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à patre luminu. Et ideo omnia talia ad eundem referenda sunt, iuxta illud Eccles. primo. Ad locum, unde exeunt flumina, illhic reuertuntur, ut iterum fluant. Et nota, quòd dicit, ut iterum fluant. Nam, ut dicit Bernard. in quodam ser. gratiarum cessat decursus, ubi recessus non fuerit. Nec modò nihil augetur ingrato, sed quod acceperat, uertitur ei in perniciem. Fidelis autem in modico censetur dignus munere ampliori. Hæc ille. Non sumus igitur charissimi porcis similes, qui fructum sub arbore comedentes, oculos in altum non erigunt, quasi, unde fructus veniunt attendentes, sed solum ad escam intendunt. Non sic igitur, non sic agamus, sed sursum cor habeamus, ad dominum referentes id, quod sumus, & quod in nobis ipse sua clementia, & largitate ponere dignatus est, dicentes ei illud primo. Paral. vigesimonono. Tua sunt omnia domine, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. Sic enim

enim agentes tandem peruenimus ad illam cœlestem gloriam, quam nobis concedat, qui in tri. & cœt.

*Dominica in Sexagesima Sermo primus de epistola.*



**I** BENTER suffertis insipientes, cum sitis ipsi sapientes. 2. ad Cor. 11. Commune pro uerbum est, quòd quicquid agant homines, intentio iudicat omnes. Huic autem pro uerbio concordat sententia Beati Ambr. de offi. li. 1. ca. 30. dicentis, quòd affectus operi nomen imponit. Et post pauca. Affectus, inquit, diuitem collationem, aut pauperem facit, atque precium rebus imponit. Hæc autem pro tanto dicta sunt, quia Apostolus in hodierna epistola nunc humilia de se prædicat, ut potè, uocando se infirmum, & insipientem. Non quidem, quòd esset apertè reus talis, sed sic de seipso loquitur secundum falsam estimationem inimicorum suorum iudeorum, & pseudo Apostolorum. Nunc uerò alta, & magnifica de se similitudinem prædicat, & annunciat, ut potè, cum ait. Semen Abræhe sunt, & ego. Ministri Christi sunt, & ego. Item cum refert se raptum fuisse usque ad tertium cœlum, & audiuisse arcana Dei, & similia. Hæc autem magnifica de se annunciat, ut uerbum Dei redderet efficacius in ore suo ad salutem populi procurandam: Vnde propter hunc finem prædicator promotus potest licitè exprimere suum gradum, & promotionem, siue in priuato, siue in publico.

**I** N præsentem ergo epistola, quæ est ualde proluxa, & quæ longa admodum expositione indigeret, si oportunitas daretur, summarie Apost. facit decem. Nam.

Primò tangit patientiæ bonum in principio epistolæ.

Secundò proponit semetipsum in exemplum, ibi.

In laboribus plurimis.

Tertiò ostendit, in quo non est gloriandum, ibi.

Hebræi sunt, & ego.

Quartò insinuat, in quo est gloriandum, ibi.

Si gloriari oportet, &c.

Quintò aperit suæ compassionis modum, ibi.

Quis infirmatur, &c.

Sexto recolit Dei beneficium, ibi.

Damasci præpositus, &c.

Septimò de scribit apertè suum raptum, ibi.

Scio hominem, &c.

Octauò subiungit inanis gloriæ repressum, ibi.

Et ne magnitudo, &c.

Nonò subdit piæ petitionis responsum, ibi.

Sufficit tibi, &c.

Decimò concludit suum intentum, ibi.

Libenter igitur gloriabor, &c.

**P R I M O** igitur Apo. tangit in hac epistola patientiæ bonum: cum ait. Libenter sufferis insipientes, &c. Verum hæc uerba proferebat Apo. secundum glo. ord. & postillatores in dedecus, & infamiam Corinthiorum, qui promittebāt se seduci à quibusdam falsis prædicatoribus, qui erant inter eos, qui pseudoapostoli uocabantur. Nihilominus possunt in bonam partem intelligi de ueris patientibus, qui quamuis sint in se uirtuosi, nihilominus sciunt supportare aliorum imperfectiones, & defectus, & illis compati. In hoc enim differt uera iustitia à falsa, ut ait Greg. Hom. 34. quia uera iustitia compassionem habet, falsa autem designationem, quamuis, & in sti soleant rectè peccatoribus indignari. Sed aliud, inquit, est, quod agitur typo superbiæ, & aliud, quod zelo disciplinæ. Dedignantur enim iusti peccatoribus, sed non dedignantur, quia etsi foris increpationes pro disciplinam exaggerat, intus tamen dulcedinem per charitatem seruant. Preponunt plerumque sibi in animo ipsos quos corrigunt, & meliores estimant eos, quos iudicant. At contra ij, qui de falsa iustitia superbire solent, ceteros quoque desipiunt, nec ulla in firmanibus misericordia condescendunt. Hæc Grego. Debe mus ergo ex charitate supportare imperfectiones fratrum nostrorum, aliàs iusti esse desinimus. Non est tamen hoc intelligendum de supportatione fauoris, aut auxilij in malum. Hoc enim malum esset. Sed intelligendum est de supportatione charitatiua, quæ fit per compassionem. Et ad hunc sensum intelligendum est illud uerbum Apo. 1. ad Corinth. decimotertio. ubi ait. Charitas omnia suffert, id est, in firmitates proximi charitatiuè iustus supportat ad Galat. 6. Alter alterius onera portate, & adimplebitis legem Christi. id est,

id est, charitatè. Notanter autem dicit Apo. Alter alterius onera, &c. quia nemo est tam perfectus, qui non habeat aliquid in se ad supportandum. De hac etiam supportatione loquitur ipse Apo. ad Rom. 15. dicens. Debemus nos firmiores inbecillitates infirmorum sustinere. Hoc autem fit cum perfecti patienter ferunt defectus infirmorum, atque eos pro posse nituntur subleuare. Et hoc est contra nonnullos, qui sunt ualde feueri in puniendis, aut condemnandis aliorum peccatis, cum tamen interdum in multis sint deteriores. Præcterea de multis prælatis, & iudicibus. Patet ergo, qualiter sapientes, id est, uirtuosi, & perfecti debent sufferre insipientes. i. im perfectos, & hoc cum omni charitate, & patientiâ. Sequitur in textu, sustineris, si quis, &c. Hæc autem uerba pnt dici in laudem uerè patientiū, ita ut sit sensus. Vos uerè patientes sustinetis libetè pp Deū, si quis uos in seruitutè redigit, siue in captiuitatem. Si quis deuorat, sup. bona uestra tēporalia apertè illa consumendo. Si quis accipit eadē bona uiolenter rapiendo. Si quis extollitur per superbiam uos conculcādo. Si quis in faciem uos credit in præsentia uituperando. Ecce in quibus consistit uera patientia. Ecce ergo bonum patientiæ, quod tangit Apo. in principio huius epistolæ.

**S E C U N D O** idem Apost. proponit seipsum in exēplū uerè patientiæ, cū subdit dicens. In laboribus plurimus, sup extiti patienter. In carceribus abundantius. In plagis. i. uerberibus supra modū. In mortibus, id est, in periculo mortis frequenter. Hæc omnia patent ex Actibus Apostolorum. Notandum tamen, iuxta illud uerbum sequens. A iudeis quinquies quadragenas. s. plagas, una minus accepi, quod iudices iudeorum conformiter ad legem suam, de qua habetur Deut. 25. poterant pro certis delictis, quibus tamen non debebatur pena mortis, in ferre. 40. plagas. Quæ quidem numerum non debebant excedere, quamuis bene illum diminuere fm conditionem delicti, & personæ. Et quia Paulus erat illis odiosus, ideo flagellando cum quinquies tantum unum ictū diminuerunt. Non enim pro illorū honore minus diminuere poterant. Ecce ergo quō Apo. proponit se omnibus electis in exemplum uerè patientiæ contra queque petricula, & aduersa, siue illa emergant in mari, siue in terra. siue illa concernant dolores corporis, siue aliàs. Sed perfectò multū ma-

Ne attendunt ad hoc tam sanctum exemplum patientie, quales sunt illi, qui ad minimam corporis lesionem, mox ad iram, & impatientiam conuertuntur, ita ut non homines, sed potius rabidi canes uideantur. Sed nouerint, quod (ut dicit Greg. super Ezech. Hom. 7.) nemo sanctorum ad celestem gloriam peruenit, nisi patientiam seruando.

**TERTIO** Apostolus in presenti epistola ostendit, in quo non est gloriandū, cum ait. Hebrei sunt, & ego. Israhelice sunt, & ego. Semen Abraham sunt, & ego. Ministri Christi sunt, id est, se esse dicunt, uel sunt em apparentiam, & ego sum, sup. Christi minister secundum ueritatis existentiam. Vult ergo innuere Paulus, quod pseudoApostoli erant ualde fatui, in hoc, scilicet, quod gloriabantur de natalibus suis. Quod si de talibus gloriari poterant, etiam propter eandem causam ipse gloriari poterat, maxime cum ex eadem radice processerit, sicut & ipsi. Sed quod ex natalibus non sit gloriandum, restat probare. Si enim ex talibus liceat gloriari, aut hoc est propter eorum bonam uitam, aut propter carnis propagationem. Non propter primum, quia bona uita patientum non transit in filios, quinimo uidemus multos sanctos patres procreasse pessimos filios, sicut patet distincte quadragesima septima. quantumlibet, ubi introducuntur uerba Augustini ad Vincentium Donatistam. Hinc Ezech. 18. dicitur, quod iustitia iusti super eum erit. Nec similiter propter secundum est gloriandum de natalibus suis, tum quia ex eodem patre Adam omnes processerunt. Tum quia, ut dicit August. ad fratres in eremo serm. 48. qui intitulatur de cura animæ, omniū una est nascendi conditio, una moriendi conclusio. Quis (inquit) nobilium unquam natus est, sine sanguinis cruentatione? A regula etiam mortis nihil parcitur diuiti? Propterea Chryl. super Math. in opere imperfecto homil. 4. exponens illud uerbum Christi Io. 8. Nolite dicere, quia patrem habemus Abraham, dicit sic. Quid prodest ei, quam sordidant mores, generatio clara? Aut quid nocet illi generatio uilis, quem mores adornant? Ipse se uacuum ab omnibus bonis actibus ostendit, qui gloriatur in patribus. Quid profuit Cham, quod fuit Noe filius? Nonne separatus est de medio filiorum? Qui secundū carnē frater fuerat natus, secundū animā factus est seruus. Nec fa-

amilia

amilia eius sancta potuit defendere impios mores. Hæc ille. Patet ergo, quod non est gloriandum ex parte natalium.

**QUARTO** Apost. ostendit, in quo sit gloriandum, cum ait: Si gloriari oportet, quæ infirmitatis meæ sunt, gloriabor. Et nota, quod ly si debet capi affirmatiuè, ita ut sit sensus. Si pro quia gloriari oportet, quæ infirmitatis meæ sunt, id est, quæ ad infirmatorem pertinent, gloriabor.

**CIRCA** quod notandum, quod gloriatur boni, & mali, sed diuersimodè, siue de diuersis. Nam boni gloriantur de culpe remissionis, de gratiæ collatione, de celestis gloriæ expectatione. Et hæc tria tanguntur in illo uersu Psal. Letamini in Domino, ecce primum, & exultate iusti, ecce secundū, & letamini omnes recti corde, ecce tertium. Possimus addere quartum, in quo est gloriandum, & illud est, quod ponit hic Apostolus, cū ait: Si gloriari oportet, quæ infirmitatis meæ sunt, gloriabor, id est, in infirmitatibus meis. Cuius causam assignat in fine Epistolæ, cū ait: Libenter igit gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitem in me uirtus Christi.

**MALI** uero gloriatur de multis. Primò quidem de modicis bonis, quæ forsitan egerint in præterito. Nam quod ad huiusmodi bona præterita aliter se habent boni, & aliter mali. Boni enim illa ponunt, quasi retro dorsum suum, illa obliuiscentes, mali uero contra talia ponunt ante oculos suos de illis gloriantes. Insuper boni mala, quæ fecerunt, assidue ante oculos suos ponunt per dolorem, mali uerò illa ponunt retro dorsum per obliuionē. Et hoc est, quod ait August. ad fratres in eremo ser. 51. qui intitulatur contra falsam securitatem. Mali, inquit, modò peccata sua deiciunt post dorsum. Quod si aliqui boni casu aliquo, uel per quamlibet occasionem egerint, ante se ponunt, & inde assidue gloriatur, & dicunt, ego illi bene feci, ego illi tantum dedi, &c. Et dum bona, quæ per illos facit Deus, sibi assignant, per uanitatem ea perdunt, & peccata, quæ post dorsum proiecerant, ante eorum faciē renocantur, pro quibus æternū supplicium sustinebunt. Qui uerò de animæ salute cogitant, & contrario faciunt. Nam bona, quæ fecerit, post dorsum proieciunt, & mala quæcunq; subreperit, ante oculos ponit, ut dum de ipsis in presenti seculo erubescunt, ipsa curare cōtendant. Cum autē in die iudicij uenerint, mala quæ ante faciē suā posuerunt, &

quæ bonis operibus redemerunt , auferentur . Bona uero, quæ post tergum propter uitandam uanitatem proiecerant, aut oculis suos collocabuntur , & eis dicitur . Venite benedicti patris mei . Esuriui , & dedistis mihi manducare . Sitiui , & dedistis mihi bibere , &c . Hæc ille .

**S E C V N D O** mali gloriantur interdum de malitia sua, iuxta illud Proue. 2. Legantur, cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis . Vnde Ambr. lib. de apologia Dauid ca. 9. Plerique, inquit, in suis lapsibus gloriantur, & putant ea laude esse, quæ criminis sunt . Si enim aliquis alienum coinquinauit thorum, & pudicæ femine expugnanit affectum, si uideat aliqua fraude mutauit propositum , putat esse uirtutis . Similiter nonnulli circumuenire , ac fallere arbitrantur esse sapientia . Alij gloriantur in nec hominis . Alij in latrocinijs , & ex rapto uiuere . Et tales similes sunt cæcis , qui cum ceciderint , iactare se consueuerunt dicentes se non lesos . Sed nunquid mutis animalibus illi deteriores sunt æstimandi, qui se in flagitijs suis iactant, & putant in signe esse uirtutis, ubi lapsus est criminis ? Hæc ille . Vnumquemq; ergo talem reprehendit Plal. dicens : Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate ? Quam grauius autem sit dicta gloriatio, patet ex uerbis Augul. qui Epistola. 111. ad Iulianum comitem scribens, dicit quod nullum scelus est tam abominabile coram Deo, quam peccata præterita unumquemq; nostrum gaudere reminiscendo . Hæc ille .

**T E R T I O** mali gloriantur de mundana prosperitate, utpote, in diuitijs, ædificijs, beneficijs, officijs, amicis, nobilitate, fortitudine, pulchritudine, sensu, & huiusmodi . Cetera quos loquitur Scriptura Hier. 9. dicens : Non gloriatur sapiens in sapientia sua, nec fortis in fortitudine sua, nec diues in diuitijs suis . Prædicti ergo sunt similes pueris, qui plus lætantur in rebus uanis, quam in rebus magnæ importantiæ, & ualoris, utpote plus in equo plumbeo, quam in equo uero naturali . Idem dic de castro, & huiusmodi . Ecce de quibus mali gloriantur . Et ideo gloria eorum in confusione est, id est, est confusibilis, & facta, uel ducens ad confusionem æternam . Et sic patet de quarto .

**Q U I N T O** Apost. aperit suæ compassionis modum, cum ait . Quis de omnibus fidelibus infirmatur, scilicet, in fide, uel

uel in aliqua alia uirtute, ut exponit glo. interl. & ego non infirmor ? Ac si apertè diceret . Tantum de tali doleo, ac si eius infirmitas spiritualis mea esset propria . Vnde & alibi, uidelicet. 1. ad Cor. 9. dicebat idem Apost. Factus sum infirmus, infirmus . Quis scandalizatur, interl. aliqua molestia tribulationum, & ego non uror ? sup. igne charitatis, qua cuilibet tali compatior . Tanquã diceret nullus . Notandum est autem, quod in proximis nostris possunt esse duplices defectus . Primi spirituales, utpote, in fide, aut moribus . Secundi autem quasi temporales, cuiusmodi est scandalum, siue tribulatio in presenti . Et quantum ad utrosq; defectus debemus compati proximis nostris exemplo Apostoli Pauli . Vnde de primis defectibus, qui sunt spirituales, loquitur dicens . Quis infirmatur, & ego non infirmor . De secundis autem subdit dicens . Quis scandalizatur , & ego non uror ? Ecce ergo quomodo completur in eodem Apost. & similiter in quolibet sancto uiro illud ridiculosum, quod in aliquibus regionibus esse, & obseruari dicitur, uidelicet, quod uir iacet in lecto loco uxoris suæ, quod peperit, facendo la spregnata .

**N O T A N D U M** ergo, quod debemus libenter ex charitate compati necessitatibus tam spiritualibus, quam temporalibus, aut etiã corporalibus proximorũ nostrorum . Nam ad talem compassionẽ tria principaliter nos inducunt . Primi est charitas, quæ sicut facit nos gaudere de bono proximi, tanquã de proprio cõmodo, ita facit nos dolere de malo, & infortunio illius . Et istud est contra inuidios, qui gaudent de alterius malo, & tristantur de bono illius . Vnde inuidus dicitur, quasi non uidens, eod quod non potest uidere bonum alterius, nisi cum tristitia, & dolore . Secundum est naturæ conformitas, ut enim dicit A. post. ad Ephe. 4. Sumus inuicem membra . Caput autem nostrum est Christus, ut dicit idem Apost. ad Ephe. 1. Modò uideamus, quod si quid unum membrum patitur, compatiuntur omnia membra . Et similiter si gloriatur unum membrum, congaudent omnia membra ut dicit idem Apost. 1. ad Cor. 12. Videmus etiam inter multa bruta, quod si unum patitur, & clamat, cetera suæ speciẽ accurrunt, ut sibi compatiatur, & liberent ipsum, si possunt è molestia, quam patitur, ita enim agunt boues, porci, & similitèr multa genera auium . Soli autem hæc persequuntur

& mordent sibi similes, dum percussi clamant, quasi pro auxilio. Et ideo homines, qui alios mordent, non proprie homines, sed potius canes sunt appellandi. Tertium est multiplex autoritas. Ecce enim sanctus ille propheta Domini in vtero sanctificatus clamat dicens. Ve mihi, quia defecit anima mea propter interfectos. Eiusdem. 4. Item ca. 9. clamat dicens. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die, ac nocte interfectos filie populi mei? Similiter Psal. clamat ad Dominum dicens. Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam. Insper. 1. Machab. 2. legitur de sancto illo Mathathia, quod lamentabatur mala, quae fiebant in populo Iuda, & in Hierusalem, atq; in templo Domini dicens. Ve mihi. Vt quid natus sum videre contritionem populi mei, & contritionem ciuitatis sanctae, & federe illic, cum datur in manibus inimicorum suorum. Ecce ergo multiplex incitatum ad comparandum necessitatis aliorum.

**S**EXTO Apostolus in praesenti Epistola recolat Dei beneficium, cum ait. Damasci praepositus gentis Aethi regis custodiebat ciuitatem Damascenorum, ut me comprehenderet. Et per fenestram in sporta, &c. Textus est claus. Quod autem permittitur: Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi, qui est benedictus in saecula, scit, quod non mentior. Hoc, inquam, totum est confirmatio illius, quod sequitur: Damasci praepositus, &c. Ille enim praepositus regis Aethi, id est, hominis regis sic appellati, quamprimum audiuit Paulum, qui venerat Damascum ad persequendum Christianos, miraculose ad fidem conuersum, ad instantiam iudeorum ibi comorantium, quos confundebat, uoluit ipsum apprehendere, ut occideretur, ut patet Act. 9. Sed per Christianos ibi commorantes liberatus est, scilicet, medio sporte per quamdam fenestram muro adhaerentem noctis silentio extra ciuitatem emissus. Sicque effugit mortis periculum.

**T**ERTIA autem hanc particulam praesentis textus mouentur aliqua dubia.

**P**RI-MUM igitur dubium est, cur Paulus in tali periculo commisit se potius sporte, quam uoluntati diuinae. Videtur enim, quod non habuerit bonam confidentiam in Domino, qui poterat eum protegere in medio inimicorum suorum

Iudeorum

Iudeorum Damasci habitantium. Et ita non debuit committere se sportae, ut euaderet manus praepositi Damascenorum. Respondetur, quod propter duo licuit sibi ita agere. Primum quidem ad insinuandum, quod homo in periculo constitutus, & cui patet per uiam humanam medium euadendi dictum periculum, non debet se taliter diuino auxilio committere, quin faciat, quod in se est, recurrendo ad humanum auxilium. Hinc in prouerbio dicitur. Iuua te, & Deus iuuabit te. Alias homo uideretur tentare Dominum Deum suum, sicut respondit Christus demoni dicenti sibi: Si filius Dei es, mitte te deorsum. Matt. 4. Debet ergo homo in omni periculo, & necessitate uti humano auxilio, quantum potest, & residuum dimittere auxilio diuino, & sic egit A post in praedicto casu. Vnde glo. interl. super hoc passu dicit, quod non est necessarium diuinum suffragium, quando suppetit humanum. Nec debet, quis implorare diuinum auxilium, dum habet, quid faciat. Secundo hoc fecit Apostolus ad insinuandum, quod homo, quamprimum potest, debet recedere a societate malorum, & praesertim ubi timeret infici, siue maculari ex consortio eorum. Hinc Apoc. 18. legitur, quod beatus Iohannes audiuit uocem de caelo dicentem. Exite de medio ciuitatis Babylonice popule meus, & ne participes sitis delictorum eius, & de plagis eius non accipietis. Ac si aperire diceret. Nolite participare cum malis in delicto, ne tandem participetis cum illis in tormento.

**S**E-CUN-DUM dubium est, utrum liceret Paulo imminere mortis periculo recedere noctis silentio, & secrete a Damasco, ubi quaerebatur ad mortem? Videtur, quod non, maxime cum dicat Christus Iohan. 10. quod mercenarius, & qui non est pastor, dum uidet lupum uenientem, dimittit oues, & fugit. Sic autem egit A post. in praedicto casu. Videtur ergo, quod in hoc ostendit se non pastorem, sed mercenarium. Responsio. Aliquando queritur persona pastoris tantum, aliquando pastor cum grege. Quando ergo queritur tantum persona praelati, siue pastoris, tunc licite talis potest absentare, & cura alteri committere, maxime cum reseruet ad maiora. Et sic Helias fugit a facie Iezabel. 3. Reg. 19. Et ad hunc sensum intelligendum est illud uerbum Christi Matt. 10. Si persecuti fuerint vos in una ciuitate, fugite in aliam. Licet ergo in praedicto casu fugere. **N**ec tunc est esse

tunc

tunc fugere, quinimmo, qui tunc stat melius, facit, ut potest, opus supererogationis, quam qui fugit, nisi forsitan aliquantulum sibi constaret, quod dominus referret eum ad maius bonum, ut dictum est. Quod autem liceat tunc stare, patet primum de Christo, qui expectauit Iudeos uenientes ad eum capiendum, quinimmo uenit illis obuiam, dicens. Ego sum, quem quaeritis. Iohan. 18. Secundò idem patet de multis sanctis martyribus, qui se ultrò obtulerunt morti, sicut expressè patet de beato Thoma Cantuarien. Et breuiter dicendum est, quòd aut conscientia pastoris sibi dictat, quòd magis expedit gregi suo, & honori diuino eum stare, aut fugere. Si primum, sic debet stare. Si uero secundum, tunc debet fugere. Si autem quaeritur pastor cum grege, tunc non debet fugere, quia prelatus debet præponere utilitatem gregis sui saluti corporis proprii. Et sic patet ad dubium.

**TERTIUM** dubium est, utrum liceat alicui curato propter imminens pestem, aut aliam periculosam infirmitatem, qua uidet subditos suos flagellari, recedere ab eis pro conseruanda uita sua. Responsio. Aut talis est utilis malis, & cum hoc inuenit uicarium sufficientem, & paratū gerere uices suas, aut non. Si primum tunc licitè potest in prædicto casu se absentare. Si secundum, tunc mortaliter peccat se absentando, & cum hoc mereretur beneficio priuari. Nam in prædicto casu episcopus debet eum compellere ad resistendum cum omnibus suis, & diuina illis ministrare, non obstante quocunque periculo mortis. Quod si nò uelit obedire, tunc beneficium reputatur uacans, propter quod episcopus ibi debet de idoneo ministro prouidere. Sed per Dei gratiam iste casus raro accidit, & præsertim in magnis parochiis, in quibus est multum lucrum. Nam in talibus ecclesiis se ultrò offerunt ad deseruendū, etiā non obstante quocunque periculo mortis multi presbyteri imbecilles, & ignari, & hoc propter predam, qui de diuitibus sunt ualde solliciti, si contingat eos infirmari. Pauperes uero plerunque permittunt absque sacramentorum administratione decedere, & mori. Sed nouerint, quòd non euadent iudicium dñi, sicut neque curati uices suas illis committentes.

**SEPTIMÒ** Apostolus in hodierna epist. describit suū raptum, cum ait, Scio hoīem in Chrō, supple, unitū per suū  
& cha-

& charitatē ante ann. 14. raptum, &c. Vbi notandum, quòd iste raptus fuit. in principio conuersionis ipsius Apostoli in Damasco, sin illo triduo, in quo nò uidit corporaliter, nec mā ducauit, nec bibit, ut patet Act. 9.

**CIRCA** hunc textum mouentur aliqua dubia, quæ breuiter soluentur.

**PRIMUM** igitur dubium est quare Apostolus non exprimit seipsum, cum ait. Scio hominem, &c. Nam ut dicit glossa interli. de seipso, quasi de alio loquitur. Cur ergo hoc? Responso. Ex humilitate hoc fecit, & ne uideretur propriam gloriā quaerere, siue seipsum iactare. Hoc ergo commune erat, & uisitarum Christi Aposto. Paulo, quòd quoties narrabat ea, quæ ad laudem suam pertinebant, tunc de seipso, quasi de alio loquebatur. Econtrario autem quando loquebatur de his, quæ ad uituperium suum erant, ut potest, de peccatis suis. Nam tunc manifestè de seipso loquebatur etiam hoc exprimens, ut patet. j. ad Tim. 1. ubi loquitur dicens. Prius blasphemus fui, & persecutor, & contumeliosus. Itē 1. ad Cor. 15. Non sum, inquit, dignus uocari apostolus, quoniam persecutus sum ecclesiam Dei. Exemplo ergo huius apostoli debemus esse parati ad uituperium subeundum, & ad laudes nostras occultandum. Vnde Proverb. 18. Iustus prius accusator est sui, quam de alio. Nec solum Paulus cum narrat, quòd ad laudem ipsius sunt, de seipso, quasi de aliquo alio loquitur ad uitandam iactantiam, uerum etiam istud est satis commune his, qui sacras scripturas nobis tradiderunt. Sic enim fecit Moyses Numeri. 12. dicens. Erat Moyses, &c. Sic fecit Matthæus eiusdem. 9. dicens. Vidit Christus hominem sedentem in telonio Matthæum nomine. Sic fecit Iohan. eiusdem ult. dicens. Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, & scimus, &c. Sic denique fecit August. in lib. confesio. & similiter lib. 22. de ciuitate Dei. Non nouum ergo, si Paulus illum modum tenuit in præsentī epistola, cum ait. Scio hominem, &c.

**SECUNDUM** dubium est circa illud uerbum ante annos quatuordecim, id est, quatuordecim annis ante præsentem narrationem. Tot enim anni fluxerant inter uisionem, siue raptum, & narrationem, quam hic facit. Quaeritur ergo quare apostolus tantum distulit narrare prædictum raptum  
lum?



sum? Responsio. ut ostenderet, quod non ex iactantia hoc faciebat, sed potius ex necessitate, & ad aliorum ædificationem. Item ut firmius crederetur sue predicationi, & doctrinæ, quam nobis scripto reliquit in epistolis suis. Egit ergo conformiter ad uerbum sapientis Ecclesiæ, 20. ubi ait. Sapiens tacebit usque ad tempus.

**TERTIUM** dubium est circa illud uerbum immediate sequens. Siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit. Queritur, qualiter Apost. potuit animam ignorare suam fuisse unitam corpori suo, uel ab eo separatam toto illo triduo, quod fuit raptus usque ad tertium cælum. i. usque ad paradisum? Responsio. Quandiu fuit raptus, uerisimile est, quod cognouerit, qualiter anima sua tunc se haberet, an scilicet, corpori unita, aut ab eo separata. Sed cessante huiusmodi raptu, de hoc ulterius non recordabatur, sicut neque de multis, quæ tunc uiderat in uerbo.

**QUARTUM** dubium est, quod horum est probabilius, scilicet, quod anima Pauli tempore raptus esset in corpore, an extra corpus? Responsio. Primum est probabilius, uidelicet, quod anima manente in corpore, spiritus eius fuerit contra legem naturæ supra se eleuatus. Aliàs necesse fore diceret ipsum Paulum toto illo triduo fuisse uerè mortuū, & postmodum resuscitatum, quod attribuendum esset miraculo. Modò miracula non sunt multiplicanda absq; necessitate. Pro quo notandum, quod anima habet triplicem operationem. Habet enim uegetare, sentire, intelligere. Anima ergo Pauli tempore raptus uegetabat corpus ipsum uiuificando, nihil minus non habebat secundam operationem in corpore, quæ est sentire. Erat enim abstracta omnino ab operibus sensitiuæ partis, quia per eam nec corpus sentiebat, nec mouebatur, sed iacebat uelut mortuum. Secundum autem, quod anima dat esse intellectuum, (secundum quam operationem non dependet à corpore) tunc talis anima Pauli in raptu erat eleuata supra corpus, secundum ultimum possibilitatis suæ, ita ut peruenerit usque ad tertium cælum. Primum enim cælum uocatur cælum acreum, in quo sunt aues. De quo Matth. 13. Aues cæli comedunt illud. Secundum cælum uocatur sidereum, in quo sunt sidera, siue stelle, quod alio nomine dicitur firmamentum, à firmitate, & stabilitate, quia

est incorruptibile. de quo Gen. j. Vocauit Deus firmamentum cælum. Tertium cælum uocatur empyreum, in quo sunt sancti angeli, & animæ beatæ, quæ ibi fruuntur diuina essentia. Et usque ad hoc cælum raptus est Paulus, ibique uidit clare Deum, atque audiuit arcana uerba, scilicet, de Dei essentia, quæ non licet. i. non est possibile, homini loqui. i. uerbis explicare. Et sic patet diffusè de raptu Pauli, & per consequens, de septimo principali.

**OCTAUID** Apostolus in præsentī epistola subiungit inanis gloriae repressum, cum ait. Et ne magnitudo reuelationum extollar me, sup. in superbiis, qua ut dicit glo. ordi. post Aug. cætera uitia tantum in malefactis ualent, superbia uero sola in rectè factis cauenda est. Nam cum quisq; bene profecerit, superbia tentatur, ut perdat totum profectum. Sequitur. Datus est mihi, supp. à Deo permissiue, sed à Diabolo effectiue, stimulus carnis meæ angelus Satanæ. gl. interlin. ad meam utilitatem, scilicet, ad conseruationem humilitatis, qui me colaphizet, scilicet, suis tentationibus concupiscentiam carnis incendendo, secundum uerum modum dicendi. Pro quo notandum, quod sicut medicus corporalis permittit, uel procurat minorem lesionem, ut curet grauiorem, ita Deus aliquando permittit factos suos corporaliter affigi, uel tentari, & aliquando labi in minora peccata, ut præferuntur à maioribus, quia sic humiliati recurunt ad diuinum auxilium, nullatenus cōfidentes de se, aut de suis meritis. Et sic factum est carnis Christi apostolū Paulum, quem permisit dñs tentari à Demone, siue à carne, ne grauius tentaretur, scilicet, de superbia propter magnitudinem reuelationum sibi à Deo factarum. Item propter raptum usque ad tertium cælum, & propter secreta, quæ tunc ibi uiderat.

**QUAERITUR** à stimulo carnis aposto. quid fuerit?

**R. S P O N S I O.**

Diuersi diuersa sentiunt. Nam aliqui uolunt, quod fuit tentatio carnis, quam in cærum patiebatur apost. Vnde Rom. 7. dicebat. Non habitat in me, hoc est, in carne mea, bonum. Item ibidem. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ. Alij dicunt, quod dictus stimulus fuit

fuit dolor lateris, qui dicitur iliaca passio, Italicè dolor colici. Alij dicunt, quòd fuit dolor capitis, & huius sententia est Hier. super epistolam ad Gal. Alij autem dicunt, quòd dictus stimulus significat tormèta uaria, quæ passus est Apostolus à tyrannis, uel quòd significat penuriam rerum, prout ipsemet testatur. 1. Corinth. 4. dicens. Esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cedimur. Et sic patet ad quæsitum de huiusmodi stimulo carnis, & per consequens de octa uo principali.

**N**o nò Apostolus in præsentis epistola subdit piæ petitionis responsum. Nam cum rogasset ter dominum, id est, frequenter, (quia ibi ponitur numerus finitus pro infinito) ut discederet ab eo dictus stimulus, dictum est sibi à domino, scilicet, per inspirationem interiorè, siue per angelum, ut dicit glo. ordi. Sufficit tibi gratia mea. Ac si apertè diceret dominus. Non est tibi à Paule necessarium, uel utile, quòd à te discedat infirmitas corporalis, uel secundum alios tentatio carnis, quia mediante gratia mea utrunque poteris superare. Noli igitur orare pro ablacione dicti stimuli, quia uirtus in infirmitate perficitur, id est, infirmitas corporalis est materia exercens uirtutes, scilicet, humilitatis, & patientiæ, atque temperantiæ. Patet ergo, quòd dominus exaudiuit apostolum, non quidem ad uoluntatem, sed ad utilitatem, ut potè, melius illi prouidens, quam peteret, quia dando gratiam.

**N**OTANDVM autem iuxta illud uerbum. Sufficit tibi gratia mea, quòd gratia dei requiritur necessariò, & sufficit euilibet homini ad multa. Primò quidem ad iustificandù à peccato. Vnde Rom. 3. Iustitiam gratis per gratiam ipsius. Secundò uerò ad resistendum peccato. Vnde August. in lib. de perfectione iustitiæ. Quisquis intendit ad non peccandum adiutorium gratiæ Dei non est homini necessarium, anathematizandum esse nò dubito. Tertio autem ad perseverandum in bono. 1. Corinth. 15. Gratia Dei sum id, quòd sum. Quarto & ultimò ad merendum cælestis premiù. Ro. 6. Gratia Dei uita æterna.

**D**ixit mò, & ultimò apostolus in fine præsentis epistolæ, in qua multa omissa sunt breuitatis gratia, conuoluit suū intentum, cum ait, Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus

bus meis, ut inhabitet in me uirtus Christi. Ex quibus uerbis patet, quòd infirmitates corporales patienter toleratæ faciunt Christum habitare nobiscum per gratiam, & tandem per gloriam habitabimus cum illo. Quam nobis concedat, &c.

*Dominica in Sexagesima, Sermo secundus de Euangelio.*



**LXXIIT**, qui seminat feminare semen suum. Luc. 8. Pro introductione præsentis sermonis mouetur quæstio talis. Qualiter feminare debemus in præsentis semen boni operis? Responso. Voleus feminare semen boni operis debet conformiter agere ad agricolam seminantem semen grani corporalis. Talis autem obseruat multa, uidelicet.

**Q**uantitatem, qualitatem, Tempus, Locum.

**P**rimò igitur, qui seminat in agro, obseruat quantitatem feminis, ut nec nimium, nec parum seminet, sed mediocriter. Nam si nimium fuerit semen proiectum in agro, putrescit. Si autem parum, tunc multum sequitur messis detrimentum. Ita etiam contingit in semine boni operis. Sunt enim, qui in hoc excedunt, quamuis pauci, quales sunt illi, qui indiscreta ieiunia, & abstinentias faciunt. Alij nimis uigilant in oratione, ita ut efficiantur phantastici propter euacuationem cerebri. Alij prodigè expendunt substantiam suam temporalem, ut potè, in ludis, commessationibus, ebrietatibus, banquetis, donis, & muneribus, quorum semen illis nò prodèst, quamuis bene alijs. Et tales sunt similes candelæ, quæ seipsam consumit, ut alijs prosit, alij uerò econtrario nimis tenaciter retinent substantiam suam, ita ut pro loco, & tempore non uelint illam distribuere, nisi forsan parù, ut sunt auari. Et tales debent diligenter attendere illud apostolicum uerbum. 2. Corinth. 9. Qui parcè seminat, parcè, & metet, supple, in alio sæculo. Qui ergo uult in alio sæculo multum fructum æternæ gloriæ colligere, debet in præsentis bonorum operum multa semina spargere, quia ut dicit Beda, modica seminis detentio, non modicum est messis detrimentum.

Vade

Vnde de homine pio, & liberali ad pauperes rectè potest dici illud Psalm. Disperfit, idest, in diuersas partes, & personas sparfit, dedit pauperibus. Talis autem cleemosynarius fuit beatus Laurentius, qui thesauros ecclesie, quos sibi reliquerat beatus Sixtus Papa, priusquam occideretur à Decio, disperfit in usus pauperum. Diuites ergo huius seculi, tam laici, quam clerici discant abundanter seminare in presenti largas eleemosynas, largiendo pauperibus iuxta consilium, quod dedit Tobias filio suo dicens. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue, si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impartiri stude. Premium enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatis quoniam eleemosyna ab omni peccato, & à morte, sup. eterna liberat, & non patietur animam ire in tenebras. Patet ergo de quantitate feminis.

**S E C U N D O** qui seminat in agro, obseruat qualiter feminis, ut, scilicet semen sit electum, purum, & mundum. Aliàs ubi semen esset permixtum zizania, tota seges deualta ref. Ita in proposito quoad semen eleemosynę. Nam huiusmodi semē debet esse electū, quia debet fieri de melioribus. exemplo Abel, qui obtulit domino de melioribus. **Q U A N T U M** autem hoc placuerit domino, patet per id, quod sequitur. Respexit dominus ad Abel, & ad munera eius. Et istud est contra multos auaros, qui tunc dant panem, carnes, uinum, triticum, & similia pauperibus, postquam detiorata sunt. Item semen eleemosynę debet esse purū, quia debet fieri de proprio iuste acquisitū, & quod non est obnoxium restitutioni. Prouerb 3. Honora Deum de tua substantia. Non ergo de aliena substantia debet fieri eleemosyna, quinimo, qui credit Deum honorare faciendo eleemosynā pauperi de aliena substantia, ipsum inhonorat. Eccl. 34. **Q U I** offert sacrificium de substantia pauperum, quasi, qui uisumat filium in conspectu patris, idest, tale sacrificium est abominabile coram Deo. Item dictum semen eleemosynę debet esse mundum, scilicet, quo ad intentionem, ut scilicet, non interueniat tibi appetitus humane laudis. Vnde Mat. 6. Cum facis eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua. Et sic patet de triplici qualitate, quam debet habere semen eleemosynę, quod quidem semen seminat in agro proximi.

**T E R T I O**, qui seminat in agro, obseruat tempus. Considerat enim prius agricola, si tempus sit appropriatum, dum, necne, quod si iudicauerit tempus esse opportunum, tunc ualde mane exit in agrum, ut seminat semen suum. Ita in proposito tempus, in quo habetis semen bonę operationis, est uita presentis, quę parum durat, quod ualde pulchre dici Hyemalis, & ideo debemus festinanter seminare. Ad quod etiam faciendum nos admo. et scriptura Eccl. 11. dicens. Mane semina semen tuum, & non sperare non cesserit manus tua, quia nescis, quid magis oriatur, nescis etiam, & si utranque simal, melius erit. Vbi notandum, quod aliqui in epiunt in mane inuentis seminare semen boni operis, quod ualde bonum est, iuxta illud. Thren. 3. Bonum erit uiro, cum portauerit iugum dñi ab adolescentie sua. Sed, prohdolor, citò fatigantur, & deficiunt. Alij autem circa meridiem incipiunt, idest, in flore sue iuuentutis, & gratis, quorum aliqui statim deficiunt, alij uerò proficiunt, alij circa uesperam, id est, in senectute incipiunt seminare semen bonum. Nec tales sunt omnino uituperandi, quia ut uulgo dicitur. Melius est tarde, quam nunquam.

**Q U A R T O** qui seminat in agro, obseruat locum siue terram. Nisi enim terra fuerit propitia, semen non proficit. Ita in proposito terra, in qua seminandum est semen eleemosynę, & pietatis, debet esse ad hoc propitia. Et huiusmodi est terra paupertatis, Est enim de eleemosyna sicut de uice. Quomodo modum ergo utris plantata in terra pingui degenerat, & perditur, plantata autem in terra macilenta fructificat, ita eleemosyna scienter facta diuiti, uel habenti unde sufficere possit uiuere, quasi perdit quod ad meritū. Facta autem uero pauperi ualde prodest. Et hoc est, quod loquitur Christus Luc. 14. dicens. Cum facis prandium, aut cenam, noli uocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque uicinos, neque diuites, ne forte & ipsi te reuident, & fiat tibi retributio. Sed cum facis conuiuium, uoca pauperes, debiles, claudos, & cæcos, & beatu eris, quia non habent retribuere tibi. Retribuetur enim tibi in retributione iustorum. Ecce quomodo potentes huius seculi, & qui obtinent diuitias temporales, debent seminare in terra macilenta dando pauperibus. De

quo quidem semine loquitur Christus in presenti euangelio dicens. Exijt, qui seminat, seminare semen suum. In quo quidem euangelio Christus principaliter tria facit.

Primo proponit parabolicam locutionem, ibi,

Exijt, qui seminat, &c.

Secundo respondet ad discipulorum interrogationem, ibi,

Vobis datum, &c.

Tertio subdit dictę parabolę manifestationem, ibi,

Semen est uerbum, &c.

PRIMO igitur, &c. Summarie em̄ parabola dicit, quod de semine, quod spargit agricola in campo, sunt quatuor partes. Nam una pars cadit secus uiam, & tale semen non proficit, tum quia in parte conculcatur a transcurrentibus, tum quia in parte comeditur ab auibus. Alia pars cadit supra petram, & natum arefcit, quia, &c. Textus est clarus, qui quidem dem textus, seu parabola potest tripliciter, exponi, uidelicet.

Moraliter, Allegoricaliter, Anagoricaliter.

PRIMO igitur quantum ad sensum morale, notandum quod sunt multa bona semina, quę debet homo seminare in agro conscientię suę, cooperando tamen principali seminatori, qui Deus est. Possunt autem huiusmodi semina his nominibus appellari, uidelicet, semen.

Conuersionis acceleratę,

Penitentię assumptę.

Pietatis exhibitę,

Instructionis collatę,

Patientię toleratę,

Veritatis non fictę,

Perseuerantię continuatę.

PRIMUM igitur semen, quod debemus in presenti seminare, uocatur accelerata conuersio, de quo recte potest intelligi illud Eccl. 11. Mane semina semen tuum. Ac si apte diceret Salomon. Quamprimum es rationis, & mentis compos, excerceas te in bonis, & sanctis operibus, illis intendendo, & in eis iugiter perseuerando usque ad consummationem uitę tuę. ideo sequitur. Et uespere non cesset manus tua. Sunt autem tres rationes, propter quas debet homo manere, id est, in pueritia, & iuuentute seminare semen bonum. Prima est, quia illa ætas est purior, tam ad corruptionem

mentis

mentis, quam corporis. Secus autem de senectute. Vnde de assueto, & experto in malitia dici solet in proverbio. Talis non plus scit, de malitia, quam antiqua simia. Quanto autem ætas est purior, tanto opera sunt sanctiora, & meliora. Secunda ratio est, ut homo habituetur, & quodammodo firmetur in bono. Vt enim dicit scriptura Prouer. 22. Adolescens iuxta uiam suã, etiam tũ senuerit, nõ recedet ab ea. Da exemplum de testa noua. Nam ex frequentatis actibus, siue bonis, siue malis generatur habitus. Habitus autem secundum philosophum est qualitas, de difficili mobilis, & uõ u habetur The. 3. Bonum est uiro, cum portauerit iugum dñi ab adolescentia sua. Tertia ratio est, quia bonum opus in tenera etate factum est Deo cœptius, tanquam primitię fructuum bonorum operum. In cuius figuram præcepit ipse dñs primitias frugum, & fructuum sibi offerri, ut patet Exo. 22. item. 34. Vnde legitur Gen. 4. quod respexit dñs ad Abel, & ad munera eius, eõ, scilicet, quod ipse obtulit ei de primo genitis gregis sui, & de adipibus eorum, id est, de melioribus. Ad Cain autem, nec ad munera eius respexit: dñs, eõ quod (ut dicit magister in historia scholastica) obtulit de peioribus. Similes Abel sunt, qui dedicant domino florem iuuentutis suę, & qui mane uigilant ad eum illi deuotè seruando. Et ideo accepta sunt Deo eorum opera. Similes autem Cain sunt illi, qui florem iuuentutis suę applicant suis prauis desiderijs, & uoluptatibus, feces autem suę ætatis temerarię, & presumptuosę Deo reseruant, scilicet, senectutem, cum tamen incertum illis sit, si ad dictam ætatem aliquando sint uenturi. Quod si sic, adhuc incertum est, si aliqua de genere bonorum sint acturi. Forfan enim Deus non dabit illis tempus, aut facultatem. Vnde de talibus conqueritur dominus in Psalm. dicens. Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Fel enim est id, quod est deterius in bestia, & acetur id, quod est deterius in uino. Et ideo utrunque recte significat decrepitam etatē, quam male uiuentes in iuuentute proponunt offerre dño. Et de talibus loquens Isido. de summo bono. lib. 2. cap. 39. in fine. dicit sic. Quidam in iuuentute luxuriosę uiuentis in senectute continentes fieri delectantur. Et tales tunc eligunt seruire castitati, quando eos libido seruos

V z habere

habere contemnit. Nequaquam ergo in senectute contineretur uocandi sunt, qui in iuuentute luxuriosè uixerunt. Tales nempe non habent premium, quia laboris non habent ceteramen. Hæc ille. Patet ergo de primo semine.

**S E C U N D U M** semen, quod debemus in præsentī seminare, uocatur penitentia assumptio, de quo in ps. Qui seminatur in lachrymis in exultatione metent. Cui uerbo alludetur illud Christi uerbum Marth. 9. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Quemadmodum ergo agricola, siue uiticola tempus messis, & uindemæ considerans, & qui fructus, seu bona ex suis laboribus securus ad mentem reducens fert patienter pondus diei, & æstus, ita in proposito de penitentia respectu premij cælestis. Vnde Hiero. super Mar. Percussula maris spes lucri delectat, uolentem medicinæ spes salutis mirigat, qui desiderat nucleum, frangit nucem, penitentiam agat, qui uult æterno adherere bono. Item, ut dicit Ouidius. Sepe creat molles aspera spinarosas. Sic penitentia, quamuis uideatur aspera, & dura, tandem tamen perducit ad incundum finem, atque malis omnibus finem imponit. Et ideo non solum debemus ad eius asperitatem, & amaritudinem aspicere, uerum debemus oculos sursum eleuaret, & ad quam letos exitus perducatur prospicere. Bene ergo de semine penitentia loquitur Ps. ubi supra, cum ait. Qui seminant, supple, in præsentī bona opera, & præcipue contritionem, confessionem, & satisfactionem in lachrymis, idest, lachrymando, & plorando, in exultatione metent, idest, reportabunt fructum æternæ beatitudinis, cum gaudio in futuro. Quod autem subdit, Euntes ibant, & uocabant, mittentes semina sua. Venientes autem uenient, cum exultatione, &c. ad eandem sententiam pertinet. Vnde Esa. quadragesimo primo. Dabo, inquit, dominus coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro spiritui meroris.

**T E R T I U M** semen, quod debemus seminare in præsentī uocatur semen pietatis, & eleemosynæ, de quo. 2. ad Corinth. 9. Qui seminatur in benedictionibus, de benedictionibus, & metet. Et nota, quod Apostolus non dicit. Qui dat, sed, qui seminat, quia facere eleemosynam pauperi non est emittere, sed potius seminare, scilicet, ad tempus carere, ut plus

ut plus habeatur in futuro. Vnde Grego. in registro. Quicquid, inquit, tribuitur pauperi, si subtili consideratione pensetur, non est donum, sed mutuum, quia quod pauperi datur, multiplicato sine dubio fructu recipitur. In cuius figuram legitur Gene. vigesimo sexto. Quod Isaac seminauit in terra, quæ Geraris dicebatur, & inuenit in ipso anno centuplum, scilicet, tempore messis. Ad propositum tempus messis significat statum futuræ gloriæ, ubi homo metit, quod seminauit in præsentī, idest, colligit premium pro bono opere, & præcipue pro eleemosyna, quam seminauit pauperibus in præsentī. Sed quid est, quod Isaac, inuenit centuplum tempore messis, nisi quod pro parua eleemosyna largitur dominus maximum premium in cælo? Hoc autem maxime habet uerum, ubi datur ex eleemosyna pio, & iusto pauperi. In cuius rei regnum dicit in præsentī euangelio, quod illud semen, quod cecidit in terrâ bonam, ortum fecit fructu centuplum. Hoc igitur agant diuites Christiani erga pauperes propter Christum, quod olim obseruabatur galli sola pietate naturali ducti. De illis. n. refert Valerius lib. 2. cap. 1. quod soliti erant indigentibus mutare pecunias in præsentī, ut illas recipere in alio sæculo. A fortiori Christiani, qui uiuunt in spe salutis æternæ, debent seminare in benedictionibus, ut de benedictionibus, idest, de eleemosynis in præsentī factis metant in futuro uitam æternam.

**S E C U N D U M** queritur, quare Apostolus eleemosynam uocat benedictionem? Responso. Hoc facit propterea: Primum quidem, quia ipsa meretur illâ benedictionem, quam Christus daturus est in die iudicij ijs, qui in præsentī adimpleuerit opera misericordie dicens illis illud Mat. 25. Venite benedicti patris mei, percipite regnum, &c. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare, & sic de alijs. Secundum uero, quia eleemosyna prouocat pauperes ad benedicendum Deum. Deute. 8. Benedicas domino, cum saturatus fueris. Tertium autem, quia prouocat eosdem pauperes ad benedicendum benefactores suos, & ad orandum pro ipsis. Ecce quare Apostolus uocat eleemosynam benedictionem.

**Q U A R T U M** semen uocatur instructionis doctrinalis, quæ datur alteri. De quo quod semine potest intelligi illud Io. 4. Qui seminat, simul gaudeat, & qui metit. Et est sensus ad pro-

positum nostrum. Qui seminat aliquam bonam, & utilem doctrinam, gaudeat simul cum illo, qui metit, id est, qui colligit fructum edificationis ex doctrina eius, sicut de Paulo legitur ad Philip. 4. quod dicebat. Fratres mei charissimi, & desideratissimi, gaudium meum, & corona mea, ubi gloriatur. Per quos in presenti letificor, & in futuro coronabor. Sic autem gaudebat Apostolus de Philippenfibus, eò quod proficissent multum ex doctrina sua. Item. 1. ad Thes. 2. dicebat. Vos estis gloria nostra, & gaudium nostrum. Contra hoc autem agunt plures doctores tã theologi, quàm aliarum facultatum, similiter, & magistrum operum, seu certarum artium, qui inuidentes discipulis, & ne perdat famam, & gloriam suam, & forte lucrũ temporale eos ad plenũ non erudiunt. Tales ergo non gaudent, quod alij debeant metere ex semine sue doctrine. Qui utinã diligenter attendere, quod seruus, qui abscondit pecuniam domini sui, durissime sententiã est adiudicatus. Matth. 25. Nota de beato Bernardo, cui cum occurrisset alii quod pulcherrimum, & subtile dictum super Cantu. illudque reseruaret dicendum tempore opportuno, uenit uox ad eum dicens. Quamdiu istud tenueris, nihil aliud accipies. Prædictum ergo semen doctrinæ est seminandum ad aliorum utilitatem, & adificationem.

**Q**UARTVM semen uocatur patientiæ. Vnde Sap. 10. de sapientia increata, quæ Deus est, dicitur. Hęc populum iustum, & semen sine querela liberabit à nationibus, quæ illum opprimebant. Vbi uotandum, quod semen sine querela est uir patiens, sine murmuratione. Et tale semen fuerunt sancti Dei Martyres, de quibus canit ecclesia. Non murmur resonat, non querimonia, sed corde, &c. Tunc ergo sapientia diuina semen sine querela libera à nationibus, quæ illum opprimunt, quando iniuste oppressis confert patientiam, & fertitudinem aduersa equanimiter ferendi, & tolerandi. Et hæc liberatio est spiritalis. Sed præter hanc quandoque et liberat Deus temporaliter semen sine querela, id est, ueros patientes à nationibus, sine ab iniustis personis, quæ illum opprimunt iniuste, sicut multæ docent historiae. In primis historia notissima est de filijs Israel respectu regis Aegypti, & Aegyptiorum. Item de Ioseph respectu uxoris Putipharis Gen. 39. Item de Susanna respectu duorum iniquorum præ-

byterorum. Dan. 13. Item de Dauid respectu Saulis, in 1. Regũ quasi per totum. Similiter legitur in legenda Apostolorum Simonis, & Iudæ, quod cum esset in Babylonia, ibique filia cuiusdam diuitis, quæ ex iniquo coitu conceperat parturiens moreretur, accusauit quandam diaconum, qui erat ex discipulis apostolorum, dicens se concepisse ex facto illius. Sed cum allatus fuisset infans unius diei, dixerunt ei Apostoli. Dic puer in nomine Iesu Christi, si iste diaconus hoc facinus præsumpsit. At ille. Iste diaconus nunquam inquinauit carnem suam. Item legitur in uitis patrum de Sancto Machario, quod cum falso accusatus fuisset à quadam filia de stupro, quam impregnauerat quidam secularis, parentis filia ipsum captum inexpectabilibus flagellis, uerberibus, iniurijs, & opprobrijs affecerunt, eum ignominiosissime per uicos, & plateas trahentes. Tandem autem illa misera ad partum ueniens, & inauditis, atque diuturnis cruciatibus afflicta nullo pacto parere potuit, quousque crimen quod sancto uiro falsè imposuerat, reuocauit. Ecce quomodo dominus liberat semen sine querela, id est, patientes uiros à nationibus, & maledictis hominibus, qui illos iniuste uerbo, aut facto opprimunt.

**S**EPTVM semen uocatur semen ueritatis non fictæ, de quo potest intelligi illud Hierem. 11. Ego te plantaui uineta electam, omne semen uerum. Hic autem capitur uerum pro ueritate rei. Uinea ergo electa est humana natura, uel quilibet rationalis creatura, quæ in quantum est à Deo, est semen uerum, id est, bonum, iustum, & purum. Sed profecto huiusmodi uinea degenerat de uero in falsum, quando conuertitur ad peccatum, uerbi gratia. Deus fecit hominem rationalem creaturam, ut summum bonum, quod Deus est, intelligeret, intelligendo amaret, amando possideret, possidendo frueretur. Ecce semen ueritatis non fictæ. Sed tunc efficitur huiusmodi semen falsum, quando creatorem suum nec uult intelligere, nec intellectum, aut cognitum amare. Psalm. Noli intelligere, ut bene ageret. Et alibi. Homo, cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Semen ergo falsum, & uerum, est quilibet Christianus, qui se reclamat Christianum, & credere in Christum, cuius tamen præ-

cepta passum transgreditur. Vnde Amb. & recitatur. 22. q. 3. cauere. Mendacium, inquit, est se Christianum dicere, & opera Christi non facere. Similiter semen falsum est quilibet malus religiosus, qui exterius desert habitum specialem in signum sanctitatis, quem opera dementiuntur. Idem practica de quolibet sacerdote, presule, cardinali, & huiusmodi. Similiter rex à regendo dicitur. Vbi ergo talis non regit, sed deuorat populum suum, sicut escam panis, non rex, sed tyrannus est appellandus, eò quod non conformatur rei nomini. Item iudex dicitur, quasi ius dicens. Vbi ergo profert scienter corruptam sententiam, aut litigantes suis dilationibus plus iusto defatigat, est falsus, & iniquus iudex. Item presbyter dicitur, quasi alijis prebens iter, scilicet, suo sancto exemplo, & doctrine uerbo. Vbi ergo alios scandalizat, non est uerus presbyter, sed falsus. Practica de quolibet statu.

**S E P T I M V M** semen uocatur continuatæ perseverantiæ. De quo potest intelligi illud Esa. 6. Semen sanctum erit id, quod steterit, id est, quod in bono permanferit. Vnde Apostolus. 1. ad Cor. 7. Vnusquisq; inquit, in qua uocatione uocatus est, in ea permaneat, qui autem aliter facit seipsum frequenter scandalizat, & signum inconstantia suæ palam ostendit, ita ut plerunque ab alijs deideatur. Vnde sic accidit cuida literato religioso, qui relicta priori professione, etiam ubi regulariter uiuebatur, ingressus est ordinem Carthusien. Quo intra annum relicto redijt ad priorem ordinem. Quo iterum relicto transiit ad ordinem Cisterciens. simul monachus, & abbas factus. Demum resignata abbatia, & pensione retenta, se contulit in domum consanguineorum, cum quibus usq; ad uitæ terminum uixit. Ille ergo quamuis doctor, & doctus male attendebat, qd non est locus super terram à tentatione immunis. Hoc aperte uidere est in primo parente, qui etiam in paradiso deliciarum cecidit. Loth etiam in Sodomis sanctus extitit, qui in monte peccauit. Et breuiter ut dicit Greg. super Ezech. si locus saluare aliquem posset, Sathan de cælo non cecidisset. Nolo tamen habitâtes in seculo retrahere ab ingressu religionis, & signanter in qua religiose uiuirit. Sed reprobo eos, qui ex inconstantia animi potius, quàm deuotionis causa id agunt, & qui postmodum de monasterio ad monasterium, siue de religione ad religionem transire

transire saragunt, & signanter absque causa rationabili. Tales ergo non sunt semen perseverantiæ continuatæ. Et sic patet de expositione morali prædictæ parabolæ.

**S E C V N D O** prædicta parabola potest exponi allegorice de Christo, qui exiit de cælo, carnem humanam assumendo, uenitq; in hunc mundum seminare semen suum. Et sicut agricola eligit diuersos agros, in quibus diuersa grana seminat, ut pote, in uno triticum, in alio hordeum, in alio filiginem, in alio auenam, & sic de alijs, ita Dei filius ueniens in hunc mundum elegit sibi uaria loca, tanquam uarios agros ad seminandum uaria semina.

**P R I M V S** igitur ager fuit uterus uirginalis. In hoc autem agro ipse Christus, sine uomere operis uirilis, sed sola operatione Spiritus Sancti seminauit semen suæ diuinitatis. Quod quidem semen ualde antiquum erat, quia in Deo patre ab æterno processerat. Et ut dictum semen melius fructificaret, ipsum cooperuit modica terra nostræ humanitatis, quam quidem terram accepit in agro prædicto. Ut autem dictus ager abundantius, & congruentius fructificaret, fuit impingatus plenitudine gratiæ Spiritus Sancti, iuxta illud uerbum angelicum. Aue gratia plena. Ecce impingatio agrum. Dominus tecum. Ecce semen bonum, imò optimum. Bonum enim semen fuit productio humanæ nature, melius fuit productio nature angelicæ, optimum incarnatio filij Dei. Et de hoc semine potest intelligi illud uerbum præsentis Euangelij. Semen est uerbum Dei. Verbum, inquam, non quod transit cum aere, sed quod æternaliter permanet cum Deo patre, & quod factum est homo ex tempore, iuxta illud Iohan. 1. Verbum caro factum est, & habitauit in nobis.

**S E C V N D V S** ager est mundus iste. In hoc autem agro Dei filius homo factus seminauit bonum semen doctrine salutariæ hincinde discurrendo. Vnde de eo dicitur Luc. 4. quod cum turbæ rogarent eum, ne discederet ab eis, ait illis. Alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei, quia ideo missus sum. Et erat prædicans in synagogis Galilee. Ecce quomodo non in uno loco tantum, more multorum prædicatorum modernorum, seminauit Christus bonum semen salutariæ doctrine, uerum etiam in pluribus. Est commune pueribus, quod bonum est seminare in diuersis locis, ut si semine non profecerit in uno loco, saltem proficiat in alio.

Sic autē egit optimus seminator Christus. Quādoq; enim seminavit uerbū salutis in Hierusalē, & parū ibi profecit, sibi cōtradicētibz scribis, idest, legifidoctoribus, & phariseis, ita ut dicerēt illi. Testimoniū tuū non est uerū. Iohā. 8. Alij autem dicebant: Demonij habes, & insanit, quid eum auditis? Iohan. 10. At uerō ubi prædicauit per castella Iudææ, & Galilææ, idest, per parua oppida, tunc multū profecit, ita ut nonnulli dicerent: Nunquā sic locutus est homo, sicut loquitur iste. Iohan. 7. Similiter legitur eiusdem. 3. quōd Nicodemus princeps Iudæorū dixit ei: Rabbi, scimus, quia à Deo uenisti magister. Nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. Item nonne multum profecit in domo Simonis leprosi, quando eo ibi discumbente uenit Maria Magdalene, &c. Luc. 7. Ita & nunc plus proficiunt spiritualiter prædicatores in paruis uillis, & uillagij. quā in magnis ciuitatibus, eō quōd ibi abundat omne malum.

**TERTIVS** ager fuit mons caluariz. In hoc autem agro seminauit ipse Christus bonum semen. Tum uerba pietate plena ad diuersa personarum genera dirigendo. Tum sanguinem suum preciosum ex diuersis sui corporibus partibus hinc inde spargendo, & terram irrigando.

**VEL** dic in eodem sensu allegorico, quōd semen bonum est corpus Dominicum. Vnde Iohan. 12. Christus ipsum eum parat grano frumenti, dicens. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum, &c. Huiusmodi autē semen primò cecidit iuxta uiam in sua Natiuitate, quandoquidem natus est in præsepio. Et tunc uolucres cœli, idest, tres reges orientales comederunt illud, ipsum sibi per fidem incorporando. Secundò cecidit supra petram, quando iudei uoluerunt eum lapidare, ut patet Iohan. 8. Et natum, sup. in cordibus aliquorum credentiū, aruit, quia non habebat humorem. Vnde legitur Iohan. 6. quōd cum dixisset: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis, multi discipulorum eius abierunt retro dicentes: Durus est hic sermo, & quis potest illum audire? Tertio cecidit inter spinas in sua passione, & signāter, quando milites Pilati plectentes coronam de spinis imposuerunt capiti eius. Et similiter exortę spinę, idest, dolores passionis multiplicati suffocauerunt hoc semen bonum. Quarto cecidit in

dic in terram bonam in sua Ascensione, & tunc attulit fructum centuplum, quia captiuam duxit captiuitatem.

**PERTI** ò prædicta parabola potest exponi analogicaliter de Ecclesia triumphante, siue de cœlo. Pro quo notandum, quōd seminator est Deus, qui in principio creationis rerum exiuit seminare semen suum, idest, angelicā naturam. Et de hoc semine factę sunt tantum duę partes. Nam una pars cecidit secus uiam, idest, prope Dominum, qui est uia, ueritas, & uita Iohan. 14. Huiusmodi pars fuit multitudo maiorum angelorū, quorū princeps, & supremus fuit Lucifer, qui cecidit secus uiam, eō quōd ante casum esset Deo propinquior. Vnde Iob. 40. dicitur de eo, quōd ipse est principium uiarum Dei. Similiter de eodem dicit Isid. de summo bono lib. 1. ca. 12. quōd primatum, & excellentiā prælationis inter angelos habuit diabolus. Cuius quidē prælationis excellentiam propheta Ezech. 3. 1. ca. his uerbis annunciat, dicens: Cedri non sunt altiores illo in paradiso Dei. Abietes non adæquauerunt summitatem eius. Omne lignum paradisi nō est assimilatum illi, quoniam speciosiore fecit illum Deus. Hæc ibi. Ecce quomodo rectē diabolus dicitur cecidisse secus uiam. Patet etiam, quid factum sit de prima parte seminis angelicę multitudinis. Alia autem pars dicti seminis, & maior cecidit in tertam bonam. Et hæc pars fuit multitudo angelorum bonorum, qui fecerunt fructum centuplum, tum Deum laudando, tum homines custodiendo. Et sic patet de triplici expositione primę partis præsentis Euangelij, in quo agitur de semine.

**SECVND** ò principaliter Christus in præsentis Euangelio responderat ad discipulorum suorum interrogationem. Nam cum ipsum interrogassent, quæ esset hæc parabola, putantes eum ( prout aliquando solitus erat ) parabolicè, siue figuratiuè loqui, ait illis: Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, ceteris autem in parabolis, ut uidentes non uideant. Ly tamen, ut, non tenetur hic causaliter, sed consecutiuè, ita ut sit sensus. Videntes horis uerbum, non uidebunt interioris spiritualis sensum. Et similiter intelligendum est id, quod sequitur: Et audientes non intelligant. Esai. 6. Audite audientes, & nolite intelligere, idest, audietis & non intelligetis.



## Dominica in Sexagesima

**MORALITER** notandum, iuxta illud: Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, quod ista verba possunt uerificari principaliter de tribus generibus hominum.

**PRIMO** quidem de beatis clarè Deum uidentibus, ipsi enim plenè, & planè cognoscunt secreta Dei mysteria, quæ in presenti per fidem crediderunt, & obscurè cognouerunt, Et hoc est, quod loquitur Apostolus. 1. ad Cor. 13. dicens: Videmus nunc per speculū, & in enigmate, tunc autem, &c. Propter quod Psal. orabat Dominum, dicens: Reuela oculos meos, &c.

**SECUNDO** de ueris Christianis rectam fidem tenentibus. Tales enim habent intra semetipsos regnum Dei, ut dicit Saluator Luc. 17. eò, scilicet, quod Deus regnat in cordibus eorum per fidem. Talibus ergo datum est nosse, sup. per rectam fidem, regnum Dei, ceteris autem, qui præcesserunt Christi aduentū, datum est nosse dictū regnum ualde obscurè. Propter quod dicebat Christus Luc. 10. Beati oculi, qui uident, quæ uos, sup. Christiani uideris. Dico enim uobis, multi prophete, & reges uoluerunt uidere, quæ uos uidetis, & non uiderunt, & audire, quæ auditis, & non audierunt.

**TERTIÒ** prædicta uerba possunt uerificari de uiris literatis. Pro quo supponendum, quod per regnū Dei in proposito intelligitur notitia Saeræ Scripturæ, quæ docet modum eundi ad regnum cælorum, iuxta illud, quod comminatus est Christus iudæis Matt. 21. dicens: Auferetur a uobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum illius, Doctoribus ergo, & literatis clericis potest iuste dici: Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, idest, Sacram Scripturam, & difficultates illius. Ceteris autem, idest, simplicibus, in parabolis, idest, sub grossis similitudinibus, iuxta illud ad Rom. 1. Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt à creatura mundi intellecta conspiciuntur. Et ideo si literati uiri prauuixerint, grauius ceteris damnabuntur, quia ut habetur Luc. 12. Seruus sciens uoluntatem Domini sui, & non faciens uapulabit plagis, &c.

**TERTIÒ** principaliter Christus in presenti Euangelio subdit parabolæ suæ manifestationè, dicens. Semen est uerbū Dei. Textus est clarus. Nec post tantū interpretem, qualis est Christus, qui per semetipsum dignatus est suam parabolam exponere,

## Sermo 11. de Euang. 159

exponere, licet eam ad alium sensum trahere, aut exponere. Hic possent multa dici de auditione diuini uerbi, sed uideo me modum excessisse in proluxa expositione primæ partis presentis Euangelij. Superest igitur, ut tanquam bona terra suscipiamus in cordibus nostris deuotè, & reuenter semen diuini uerbi, quatenus tandè seminari ualeamus in ista cælesti terra, quæ apud Psalmistam terra uiuentium appellatur, eò quod ibi nullus moritur. Quam nobis concedat, qui, &c.

### Dominica in Quinquagesima.



In linguis hominum loquar, & Angelorum, charitatem autem, &c. 1. ad Corinth. 13. Multiplex est humana conditionis miseria. Propter quod Iob. 14. dicitur. Homo natus de muliere, breui uiuens tempore, repletur multis miserijs. Potissimè autem tribus miserijs repletur omnis homo in presenti, nisi diuinitus adiuuetur. Prima miser a est ignorantia unius ueri, & summi Dei. Secunda est de resso circa terrena, & inferiora. Tertia est minus amor sui, quo peruenit homo usq; ad contemptum summi boni, quod Deus est. At uerò si ipse homo uelit cooperari suæ saluti, iuuatur à Deo triplici uirtute theologica, scilicet, fide spe, & charitate, contra prædictam triplicem miseriam. Nam fide illuminatur contra ignorantiam. Spe eleuatur contra terrenam depressionem. Charitate inflammatur per contemptum sui, & amorem Dei super omnia. Et de his tribus uirtutibus theologis agit Apost. in presenti epistola, cum in fine ait. Nunc manent fides, spes, charitas, tria hæc. Sed omissis duabus primis uirtutibus theologis, scilicet, fide, & spe, tantum differemus de tertia, scilicet, de charitate, de qua etiam principaliter tractat idem Apost. in ipsa epistola, de ea præcipuè tangens, quæ sunt.

Necessitatis, in principio epistolæ.

Conditionis, ibi. Caritas patiens est.

Durationis, ibi. Caritas nunquam excidit.

Dignitatis, ibi. Maior horum est charitas.

**PRIMO** igitur Apostolus tangit in hac epistola charitatis necessitatem, dicens. Si linguis hominum loquar, & angelorum

angelorum, &cæt. In quibus uerbis aperte declarat, quòd sine ipsa charitate alia spiritualia dona nihil ualent ad salutem. Ipsa autem sine pluribus ex ipsis sufficit ad salutem. Primum autem declarat Apost. quantum ad quatuor dona.

PRIMUM quidem quantum ad donum linguarum, cum ait. Si linguis hominum loquar, & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum uelut æs sonans, aut cymbalum rinniens. Hæc enim duo suo sonitu alios delectant, tamen sibi non profunt. Sic etiam habens donum linguæ absque charitate, alijs potest prodesse, & eos delectare, sibi tamen non prodest ad salutem.

SECUNDUM quid intelligit Apost. per illud, si linguis angelorum loquar? Nunquid potest homo loqui linguis angelorum? Ad hoc potest multipliciter responderi. Primum quidem potest dici, quòd Apost. loquitur conditionaliter: Conditionalis autem propositio nihil ponit, ut dicunt logici: Est ergo sensus. Si esset possibile hominem loqui linguis angelorum, quòd tamen simpliciter impossibile, & talis non haberet claritatem informantem actum suum, huiusmodi tam perfecta locutio non ualere sibi ad salutem, nec Deo placeret. Secundò potest dici, quòd lingue angelorum sunt manifestationes suorum conceptuum. Vult ergo dicere Apost. quòd si esset sibi possibile sine expressione uocis, aut mediante aliquo signo manifestare alijs hominibus suos conceptus, sicut angeli inter se faciunt, & non haberet charitatem, illud sibi non proficeret ad salutem. Tertio dicendum, quòd loqui linguis angelorum est loqui excellentissimè, & ornatissimè. Loqui uerò linguis hominum, est loqui modo communi, siue ornate, ut rhetores facere solent, hoc non sufficit ad salutem absque charitate. Istud ergo ponderare debent uiri docti, & disertii, ut sunt nonnulli prædicatores, lectores, aduocati, consiliatores, & similes, quos lingue disertè usus non saluabit absque charitate, quinimo absque ea scientia inflat, ut habetur. 1. ad Corin. 8. Quarto dicendum, quòd loqui linguis hominum, est loqui de naturalibus, & moralibus. Loqui uerò linguis angelorum est loqui de rebus altissimis, utpote, de diuinis, & supernaturalibus: Sed siue sic, siue aliter loquatur homo, hoc non prodest sibi ad salutem absque charitate.

SECUNDUM

SECUNDUM Apost. idem propositum declarat quantum ad donum intellectus, uidelicet, quòd huiusmodi donum absque charitate non prodest ad salutem, cum subdit dicens. Et si habuero prophetiam, futurorum, ut dicit interl. ut Balaam, & Saul, & Caiphas. Et nouerim mysteria omnia, idest, occultata uoteris, & noui testamenti, ut exponit prædicta gl. & omnem scientiam, tam diuinam, quam angelicam, quam etiam humanam, sup. nouerim. Et si habuero omnem fidem, scilicet, de omni re, de qua est habenda, ita perfectam, sup. ut montes transferam, etiam ad literam, iuxta illud Christi promissum Matth. 17. Si habueritis fidem, sicut granum sinapis, & dixeritis monti huic, transi hinc, & nihil impossibile erit uobis. Charitatem autem non habuero, impossibile erit uobis. Charitatem autem non habuero, nihil sum.

NOTANDUM est autem iuxta illud. Et si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, quòd fides est maxime uirtutis. Nam medio illius aliquando montes translati sunt, aliquando etiam ingentia saxa, aliquando uerò idolorum simulacra.

DE primo refert dominus Ant. in sua chronica prima, part. tit. 4. c. 2. §. 10. de Alexandro Magno, qui cum uenisset ad montes Caspios, miserunt ad eum filij Israel decem tribuum, qui ibi captiui tenebantur, postulantibus ab eo egrediendi licentiam. Qui cum quesiuisset de causa captiuitatis, responsumque sibi esset, eò quòd à Deo Israel recessissent immolando uitulis aureis, atque per prophetas esse prædictum eos inde non egressuros, tunc respondit Imperator, quòd erant digni artius includi. Cum igitur angusta uiarum obstrueret molibus bituminatis, uideretque humanum labore ad hoc non sufficere, orauit dominum Deum Israel, ut illud opus compleret. Quo facto subito accesserunt ad se inuicem prærupta montium. Ex quo liquidè apparet non esse diuinæ uoluntatis, ut tales inde exeat. Egreddentur tamen circa finem mundi, magnam stragem hominum facturi. Quod ergo faciet Deus pro sibi deuotis fidelibus, si tantum fecit pro infideli rege? Ecce quomodo fidei merito Alexander montes transtulit. Cuius tamen fides ualde imperfecta erat, utpote à qua sita tantum, & non infusa.

DE secundò, scilicet, de saxis motis de locis suis uirtute fidei,

fidei, refert dominus Hugo Card in postilla sua sup Matt. quòd ad preces beati Bernardi lapis quidam, qui impedi-  
bat ortum suum, inde translatus est. Similiter refert, quòd  
ad petitionem Gregorii Cæsariensis. restrictus est, quidam mons  
magnus, ut dilataret suam ecclesiam. Similiter uirtute fidei  
interdum ingentia saxa ruentia contra nature cursum im-  
mobilia steterunt. Vnde refert Grego. in suo Dialago lib. j.  
cap. j. de Abbate Honorato, qui cum ædificaret monasteriũ  
in loco rubis pleno, subito ex eminentiori loco dicti mon-  
tis moles ingentis saxi erupta est, que deorsum descendens  
ruinam totius ædificij, omniumque fratrum numero circiter  
ducentorum minabatur interitum. Quam cum uenien-  
tem desuper uir sanctus uidisset nomen Christi inuocans, &  
signum crucis opponens, in ipso motis latere cadentẽ fixit,  
ibique immobilis hucusque permanet, quamuis ab intuenti-  
bus uideatur casui uicina. Hęc ibi.

De tertio, scilicet, de simulacris idolorum, qualiter uir-  
tute fidei translata sunt, & interdum in puluerem redacta,  
Historia sanctorum Apostolorum, & aliorum uirorum Dei  
apertè loquitur. Nota de beato Bartholomæo ad cuius præ-  
ceptum egressus est dæmon de idolo Berith, & comminuit il-  
lud, atque cætera, que erant in templo predicti idoli. Nota si-  
militer de beatis Apostolis Simone, & Iuda, ad quorum præ-  
ceptum egressi sunt duo æthiopes nudi, & nigri de simulac-  
ris, idest, duo dæmones in specie æthiopiũ, qui cõtractis ido-  
lis cum diris uocibus abfcesserunt. Nota denique simile de  
beato Taurino Apostolo ciuitatis huius Ebroycesũ. ad cuius  
præceptum egressus est dæmon de simulacro Dianæ prolixa  
gerens barbam, oculos rutilantes, & caput cornutum osten-  
dens. Et multa his similia hic inde legunt in passionarijs san-  
ctorum. Patet ergo uirtutis meritum fidei.

TERTIO Apostolus suum propositum, uidelicet, quòd  
absque charitate cætera dona non ualent, declarat quantum  
ad donum pietatis, cũ subdit. Et si distribuero in cibos pau-  
perum omnes facultates meas, charitatem autem nõ habue-  
ro, nihil mihi prodest, sup. ad salutem æternam. Potest tamẽ  
opus pietatis factum in mortalibus producere ad multa alia, ut  
potest, ad impetrandum temporalia bona, ad prouocandum  
erga se Dei misericordiam, & ad multa alia, que pertransieo.

MORA.

MORALITER. Hic notantur quatuor cause bonæ elec-  
mosynę, scilicet efficiens, formalis, finalis, materialis.

C A V S A efficiens, supple, cum subintelligitur, Ego  
Paulus seruus Iesu Christi. Ipse enim est, qui loquitur. Et per  
hoc denotatur, quòd tunc multum ualet eleemosyna, cum  
efficiens causa est seruus Iesu Christi, seruus, in qua, per gra-  
tiam, & charitatẽ. Gen. 4. Respexit dñs ad Abel, supple, pri-  
mò, dein de ad munera eius.

C A V S A formalis tangitur, cum dicitur. Si distribuero,  
idest, diuersis tribuero. Hęc enim est uera forma eleemosynę,  
ut si possibile est, diuersis fiat. Propterea de homine pio  
ad pauperes loquitur ps. dicens. Dispersit, idest, diuersis spar-  
sit, dedit pauperibus. Est enim simile de eleemosyna, sicut de  
semine. Vnde & Paul. 2. ad Cor. 6. dicit. Qui parcẽ seminat,  
parcẽ & metet. Ac si apertè diceret. Qui est parcus pauperi-  
bus, etiam Deus erit sibi parcus. Et qui largus, et Deus erit si-  
bi largus. Quod admodum ergo agricola non ponit totũ suũ  
semen in uno loco, sed ipsum hinc inde spargit, ita etiam fa-  
ciendum est de bonis temporalibus.

C A V S A finalis eleemosynę tangitur, cum dicitur. In  
cibos pauperum. Dandum enim est pauperibus, ut non nota-  
biliter egeant, & non ut superflue abundant, ut facere solent  
multi prælati ditantes parentes suos de bonis ecclesię sus-  
titantes eos de puluere, ut sedeant cum principibus, & so-  
lium glorię teneant. Et hoc tangit officia publica, quę in-  
terdum domini prælati de patrimonio crucifixi comparant  
suis consanguineis, in hoc defraudantes ueros pauperes.

C A V S A autem materialis eleemosynę tangitur, cũ sub-  
ditur. Omnes facultates meas. Et nota quòd non dicit Apo-  
stolus facultates alienas, sed meas, quia eleemosyna debet  
fieri de facultate propria, & non de aliena, nisi in casu, ut-  
potest, in materia simonię, aut ubi ignorat, cui debeat fieri re-  
stitutio. Prouerb. 3. Honorat dominum de tua substantia. Et  
Esa. 58. Frange esurienti panem tuum. Non dicit panẽ a lie-  
nã. Quod autẽ oēs facultates proprię sint distribuendę in ci-  
bos pauperũ, hoc est perfectionis, & non necessitatis. Vnde  
Mat. 19. dixit Christus cuidã adolēscenti. Si uis pfectus esse,  
uade, & uende oĩa, que habes, & da pauperibus. Sic enim  
egit p̄ nẽ Dñicus in studio gñali degens apud Palentiam,  
Ser. Do. G. Pep. Pars Hiem. X ubi

ubi fame inualeſcente uenditis libris, & ſupelledili omnia in eleemoſynas eſt largitus. Et ſic pater de dono pietatis, quod non prodeſt abſque charitate.

**Q**UARTO Apoſtolus idem propoſitum declarat quantum ad donum fortitudinis, cum ſubdit. Et ſi tradidero corpus meum, ſupple morti, ita ut ardeam. interli. ut Laurentius, charitatem autem nō habuerō, nihil mihi prodeſt, ſup. ad uitam æternam, tū quia Diabolus habet martyres ſuos, ſcilicet, hereticos, ſicut & Chriſtus ſuos, uidelicet, ueros catholicos. Tum quia aliquis ad iactantiam poteſt ſe tradere igni. Vnde de Empedocle refert quidam in poſtilla ſua ſuper hoc paſſu, quōd proiecit ſe in ignem, ut crederetur eſſe beatus. Statimque combuſtus eſt ab eo. Patet ergo ex dictis, quōd prædicta quatuor dona, uidelicet linguarum, intellectus, pietatis, fortitudinis, non proſunt ad uitam æternam abſque charitate. Et ſimile iudiciū eſt, de alijs donis. Et ideo ſummopere, & ante omnia debemus laborare, ut in nobis habeamus ipſam charitatem. Et ſic patet de primo principali.

**S**ECUNDO principaliter Apoſtolus in præſenti epillo-  
la tangit ipſius charitatis conditionem, ſue magis conditio-  
nes, cum ait. Charitas patiens eſt, benigna eſt. Harum autem  
conditionum queſtam ſunt affirmatiue, queſtam negatiue.  
Affirmatiue ſunt ſex. Prima eſt, quōd dicitur patiens. Secun-  
da, quōd dicitur benigna, &c. Circa quod notandum, quōd  
in prædictis propoſitionibus, aut ſimilibus non eſt prædica-  
tio eſſentialis, ſeu formalis, ſic, ſcilicet, quōd ipſa charitas  
ſit patiens, ſue patientia, benigna, aut benignitas, ſed eſt ma-  
gis prædicatio cauſalis, eō quōd ab ipſa omnia bona procedunt, ita ut dicat Greg. Homil. 27. quōd non habet aliquid  
uirtutis ramus boni operis, ſi non manet in radice chari-  
tatis. Et ſicut multi rami unius arboris ex una radice pro-  
cedunt, ſic multæ uirtutes ex una charitate generantur. Si-  
militer Auguſt. de uerbis domini ſermo. 12. dicit quōd ſicut  
radix omnium malorum eſt cupiditas, teſte Apoſtol. j. Timo.  
6. ita radix omnium bonorum eſt charitas. Extirpa ergo d  
homo cupiditatem, & planta charitatem. Hæc ille. Ab ipſa  
ergo charitate procedunt omnia bona opera, & ea mediante  
cauſatur omnia mala opera. Hoc autem Apoſtolus oſtendit  
in præ-

in præſenti textu per exempla, de quibusdam ſimul deducēs  
aliquas conditiones eiusdem charitatis, tam affirmatiuas,  
quàm negatiuas, ut dictum eſt.

**C**ONDITIONES ergo affirmatiue charitatis ſunt  
iſte Prima eſt, quōd dicitur patiens, i. inducit habentem ad  
patienter ferendum mala ſibi iniuſtè illata. Vnde Auguſt. &  
recitatur in glo. ordin. Super hoc paſſu. Hęc ſunt arma, qui-  
bus miles Chriſti armatur. Cuius armature, quaſi præcipua  
arma præmiſit patientiam, & benignitatem. Cum enim homo  
mo diligit aliquem, tunc facile propter eius amorem tole-  
rat queque diſſicilia. Et ſimiliter, qui charitatiuè diligit  
Deum, tunc facile propter eum tolerat patienter omnia ad-  
uerſa. Propter quod Cantic. 8. dicitur, quōd aque multa,  
ideſt, multa aduerſa, non potuerunt extinguere charitatē.  
Secūda conditio charitatis eſt benignitas. Vnde ſubdit apo-  
ſtolus, benigna eſt. id eſt, benignos facit eam poſſidētēs. Sap.  
j. Benignus eſt ſpiritus ſapientiæ. Et iſtud eſt contra auste-  
ros, & duros. Tertia conditio eſt, quōd ipſa facit ſupporta-  
re defectus proximorum. Vnde ſequitur poſt pauca. Omnia  
ſufferet, ſcilicet, in firmitates proximī charitatiuè ſupporta-  
tando. Quarta conditio eſt, quōd imperat actum fidei. Vn-  
de ſequitur. Omnia credit, qui, ſupple, ſunt nobis à Deo tra-  
dita ad credendum, ut ſunt articuli fidei. Quinta conditio  
eſt, quōd ſimiliter ipſa imperat actū ſpei, ideo ſequitur. Omnia  
ſperat, quæ ſup. diuinitus ſunt nobis promiſſa. Sexta cō-  
ditio eſt, quōd ipſa imperat actum patientiæ, ſue longanimi-  
tatis reſpectu retributionis æternæ. Vnde ſequitur. Omnia  
ſuſtinet, i. patienter expectat quæ promittuntur à Deo,  
quantumcūque diu differantur Abac. 2. Si moram ſecerit,  
expecta eum. Et in pſ. Confortetur cor tuum, & ſuſtine do-  
minū. Et iſtud eſt contra multos infirmos, ſeu imperfectos,  
qui quaſi uidētur deſperare de Dei promiſſis. Patet ergo ſex  
conditiones affirmatiue ipſius charitatis.

**C**ONDITIONES autē negatiue charitatis deſcribunt  
ab Apoſtolo in præſenti epilloſa, cū ait. Charitas nō amu-  
lat, &c. In quibus uerbis oſtendit apoſt. qualiter per ipſam  
charitatem uitantur mala. Dicit ergo. Charitas non amu-  
latur, ideſt, non inuidet, nec triſtatur de felicitate alterius.  
Ecce prima illius cōditio negatiua, ſi ita liceat loq. Secūda

conditio est, quod non agit perperam, id est, peruersè impediendo, ne bona fiant. Tertia conditio est, quod non inicitur, supple, superbiendo de bonis. Quarta conditio est, quod non est ambitiosa, quia non appetit alijs præ poni. Quinta conditio est, quod non querit, quæ sua sunt, id est, priuata commoditatem, quinimmo, ut dicit Aug. in regula de comuni uita clericorum, communia propius non propria communibus, a reponit. Et istud est contra auaros, qui non soli citantur, nisi de proprio commodo, de quibus Philip. 2. Omnes, quæ sua sunt, querunt, nõ quæ Iesu Christi. Viciosum est ergo querere propria commoditatem, si queratur cum præcisione commoditatis communitatis, seu proximorum nostrorum. Sexta conditio est, quod non irritatur, id est, ad iram non prouocatur. Ira, n. est inordinatus appetitus uindictæ. Ad charitatem autem magis pertinet remittere offensas, quam inordinatè se uindicare, iuxta illud, Col. 3. Donantes uobis metipsis, si quis aduersus aliquem habet querelam. Septima conditio est, quod non cogitat malum, id est, non permittit cogitare, quomodo aliquis perficiat malum. Vel dicitur charitas non cogitare malum, quia non permittit hominem per uarias suspiciones, & temeraria indicia cogitare malum de proximo. Et istud est contra astutos homines, contra quos loquitur dominus Esa. 1. dicens. Auferite malum cogitationum uestrarum ab oculis meis. Octaua conditio est, quod non gaudet super iniquitate, sup. à proximo commissa, quinimmo de ea luet, in quantum, scilicet, contrariatur saluti ipsius proximi, quam optat. Vnde & Paulus dicebat. 2. Cor. 11. Quis scandalizatur, supple, per peccatum, & ego non uxor? Et istud est contra maleuolos, qui latentur, si uiderint proximos suos male agere. Contra quos scribitur Proverb. 17. Qui in ruina latatur alterius, non erit impunitus. Nonna conditio charitatis est affirmatiua, de qua subditur. Con gaudet autem ueritatis, id est, omni bono operi, quod uidet in proximo, siue fit ueritas uite, siue doctrinæ, siue iustitiæ. Nota, quod ista ultima conditio charitatis congruentius debet poni cum alijs sex conditionibus affirmatiuis, cum sit affirmatiua, quam cum præcedentibus, quæ sunt negatiuæ. Patent ergo quindecim conditiones ueræ charitatis, quas enumerat, & ponit Apostolus in præsentī epistola, qua

rum septem sunt affirmatiuæ, & octo negatiuæ. Et sic patet de secundo principali.

TERTIO principaliter Apostolus tangit ipsius charitatis durationem, cum ait. Charitas nunquam excidit, quia nec in præsentī sæculo, quantum est ex se, nec in futuro simpliciter finit, scilicet, in celo, quinimmo magis ibi perficit. Ut enim dicit gl. ord. si credèdo, & sperado, diligimus illud summu bonum, quod nondum uidetur, quanto magis diligemus, um clarè, & apertè illud uidebimus.

NOTANDVM tñ iuxta illud uerbum. Charitas nõquã excidit, quod aliqui illud uerbum male intelligentes turpiter errauerunt, ita ut dixerint, quod charitas semel habita nunquam potest amitti. Sed istud apertè ostenditur esse hereticum, per illud Apoc. 2. Charitatem ueam primam reliquisti. Memor esto itaque, unde excideris, & age penitentiam. Dicitur ergo Pauli non contrariatur dicto Iohan. quia Paulus non uult simpliciter dicere, quod charitas uitæ nõquã possit excidere per mortale peccatum, sed uult dicere, quod nõ est simile de dono charitatis, sicut de multis alijs donis, cuiusmodi sunt fides, spes, prophetia, & similia, quæ enumerantur in textu. Nã prædicta dona habent quandã annexã imperfectionem incomparabilè statui patriæ. Vnde fides habet enigmatica cognitionem sibi necessario annexã, spes habet absentiam sui obiecti, quod est summum bonum, in quod tēdit, & sic de alijs donis, quæ ibi enumerant. Non sic autē est de charitate. nihil enim habet sibi annexũ incõpossibile statui patriæ, & ideo per statum patriæ non excidit. Et hoc est, quod uult apost. cum dicit. Charitas nõquã excidit, & ideo in hoc apparet excellentia eius super alias uirtutes Theologicas, quæ sunt fides, & spes. Item super aliqua dona, quæ enumerantur in textu, cuiusmodi est donũ prophetiæ, donum linguarum, donum scientiæ, quod euacuabit, non quidẽ quãtũ ad habitũ, sed quãtũ ad actũ, quia bñ non urunt donũ scientiæ discurrèdo, siue adphantasmata se conuertendo.

Insuper potest prædictum uerbum intelligi de charitate uic confirmata, qualem habuerunt apostoli post receptionẽ spiritus sancti, item nonnulli alij in gratia, & charitate ex specialissimo Dei dono confirmati. Talium enim charitas nunquam excidere potuit, non quidem absolutè, sed ex spali

Dei munere, & quodam singulari prinitio. Et sic pater de sensu prædicti uerbi Apostoli, Charitas nunquam exiit, de alijs autem donis probat Apostolus tripliciter, quòd exiit. Tum primò propter annexam imperfectionem, cum ait. Ex parte, idest, imperfectè cognoscimus, & ex parte, &c. Tum secundò per similitudinem de etate inuenili, & de illis, quæ contingunt in dicta etate, quæ euacuantur in etate uili. Vnde ait de semetipso loquens. Cum essem paruulus, &c. Tum tertio, quia sic decident huiusmodi dona, quòd mutabuntur in melius. Vnde subdit dicens, uidemus nunc per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem. Ecce quo modo obscura cognitio mutabitur in apertam cognitionem. Et sic suo modo dicendum est de alijs donis, quæ quantam imperfectionem importat in còpòssibilem statui paritè.

**MORALITER.** Notandum, iuxta illud prædictum uerbum. Cum essem paruulus, &c. cum autem factus sum uir, euacuauit, quæ erant paruuli, quòd paruuli habent multas conditiones, quas necessariò euacuare debemus.

**PRIMA** est, quòd bonum à malo non discernunt. Hanc autem ignorantiam nos, qui perfectè gratis sumus, uitare debemus iuxta illud Esa. 7. Scier, sup. seruis domini, reprobare malum, & eligere bonum. Et in psal. Declina à malo, & fac bonum.

**SECUNDA** est, quòd falsum pro uero facile credunt. Hoc autem summopere uitare debemus, iuxta illud Ephej. Non efficiamini, sicut paruuli fluctuantes, supp. inter uerū, & falsum, & adherentes omni uento doctrinæ, quia ut habetur Eccl. 11. Qui citò credit, leuis est corde.

**TERTIA** est, quòd sepe preferunt in uilia utilibus. Vnde paruulus filius regis libenter daret ius, quòd habet ad regnum, pro uno pomo, uel pro equo plumbeo. Hoc uitare debemus uitantes delectationes uenercas, ne perdamus eternas. Vnde contrarium facientes reprehendit scriptura Prouerb. 1. dicens. Vsq̄ quo paruuli diligitis infantiam, & stulti, idest, peccatores ea, quæ sibi sunt noxia, faciunt.

**QUARTA** est, quòd sepe, & quasi assidue ludis intendunt. Hoc autem uitare debemus, ne de nobis tandem verificetur illud Iob. 21. Egrediuntur, quasi grebes, paruuli eorum, & infantes eorum exultant iusibus. Tenent tympanū, & citha-

& citharam, & gaudent ad sonitum organi. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Ita ueteres debent uiri mundani, qui diligunt choreas, & similia.

**QUINTA** conditio paruulorum est, quòd libenter dormiunt, ita ut interdum uix suscitari possint. Hanc puerilitatem uitare debemus, ne dormiamus in peccatis nostris per longam moram in ipis, sed quamtocius debemus ab illis surgere, dicente Apostolo Ro. 13. Hora est iam nos de somno surgere. Et nota, quòd loquitur ibi Apostolus de somno culpe. Vnde scriptura unumquemque talem in peccatis dormientem reprehendit dicens illud Prouerb. 6. Viquequò piger dormies? Quando consurges de somno tuo? Item Eph. 5. Surge, qui dormis, sup. in peccatis, & exurge à mortuis, idest, à morte culpæ, & illuminabit te Christus, sup. in præsentem per gratiam, & in futuro per gloriam.

**SEXTA** conditio est, quòd grauem laborem ferre nequeunt. Hoc autem uitare debemus assumentes iugum domini super nos. Item, ut nobis mādaret Christus Mat. 16. si uelimus eum sequi in cælum, necesse est, quòd portemus crucem penitentia post eum in presenti. Sed profectò pauci ita facere sunt parati, quinimo, ut habetur in decre. di. 47. omnes. Omnes huius sæculi ditatores in rebus temporalibus sunt fortes, in spiritualibus autem debiles. Patent ergo sex conditiones paruulorum, quas uitare debemus, ita ut unusquisque nostrum meritò dicere possit cum Apostolo. Quando factus sum uir, euacuauit, quæ erant paruuli.

**NOTANDUM** insuper, quòd aliquæ sunt conditiones, in quibus debemus imitari paruulos.

**PRIMA** est obedientia. Sunt enim paruuli faciles ad obediendum. Sic tales esse debemus. Vnde ad omnem talem loquitur dominus Prouerb. 9. dicens. Si quis est paruulus, idest, uerus obediens, ueniat ad me. Talis autè paruulus fuit Christus, de quo dicitur Phil. 2. quòd factus est obediens patri usque, &c.

**SECUNDA** est humilitas. Sunt enim paruuli naturaliter humiles, & absque motu superbie. Sic tales esse debemus. Vnde. Matth. decimo, octauo. ad propositum legitur, quòd Christus aduocans paruulū statuit eum in medio discipulorum suorum, & dixit eis. Amen dico uobis, nisi uenerit

fueritis, & efficiamini, sicut paruuli, non intrabitis in regnum celorum.

**TERTIA** est uitæ innocentia Sunt enim paruuli innocentes, idest, non nocentes. Sic tales esse debemus, iuxta illud Apo. uerbum. 1. ad Corinth. 14. Malitia paruuli estote, id est, estote innocentes, & immunes ab omni malitia ad instar paruulorum, iuxta illud. 1. Petr. 2. Quasi modò geniti infantes, sine dolo, &c.

**QUARTA** est amicitia. Sunt enim paruuli naturaliter amicabile, quia de facili amant, & amantur. Sic tales esse debemus amando Deum super omnia, & proximum, sicut nosmetipsos, prout nobis præcipitur à domino in utroque testamento, ut patet Deute. 6. item Matth. 12. **Qui** autem sic fecerit, amabitur à domino, iuxta illud prouerbio. Si uis amari, ama. Et sic patet de tertio principali.

**QUARTO** principaliter Apost. in fine presentis epistolæ tangit ipsius charitatis dignitatem, & excellentiam supra fidem, & spem, ita concludens. Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria hæc. Maior autem horum est charitas. Quod si ipsa maior sit fide, & spe uirtutibus theologis, consequens est dicere, quòd ipsa sit maior ceteris uirtutibus tam Cardinalibus, quam etiam intellectualibus.

**NOTANDVM** ergo, quòd maioritas, siue excellentia charitatis supra ceteras uirtutes potest tripliciter probari, uidelicet.

Authoritate, Figura, Similitudine.

**PRIMA** quidem authoritate Apostol. in præsentis textu. in super idem Apost. 1. Cor. 12. in fine cit. Adhuc excellentiorem uiam uobis demonstro, sup. eundi ad Deum, idest, charitatem, ut dicit gl. interl. Ipsa enim est uia, qua Deus uenit ad nos, & nos ad ipsum. Esa. trigesimo. Hæc est uia, ambulate in ea. Vnde de ipsa potest dici, & uerificari illud prouerbio. ultim. Multæ filia, idest, uirtutes alia congregauerunt diuitias, tu uerò, scilicet, charitas, supergressa es uniuersas.

**SECUNDO** idem propositum probatur per figuram multiplicem. Prima habetur. Gene. 2. ubi legitur, quòd terra Euilath, quam rigat fluuius de paradiso egrediens, producit aurum, & aurum terræ illius optimum est. Ad propositum

aurum

aurum optimum est charitas. Aurum enim bonum est fides. Aurum melius est spes, quæ sursum animam erigit. Aurum autem optimum est charitas, quæ nos coniungit Deo. In hoc ergo, quòd dicitur aurum optimum, denotatur excellentia eius super alias uirtutes. Sed quid est, quòd terra Euilath, quam rigat fluuius egrediens de paradiso, producit aurum? nisi quòd charitas infunditur in nobis à flumine paradisi, idest, à diuina gratia secundum illud Iaco. 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum, ecce charitas, desursum est, descendens, & cetera. Secunda figura de hoc habetur. 3. Reg. decimo octauo, ubi legitur, quòd cum Helas posuisset holocaustum super altare, descendit ignis de cælo, qui succendit ipsum holocaustum. Descendit enim tunc abundantia pluuia super terram. Insuper Propheta Baal extincti sunt. Ad propositum ignis, qui est nobilissimum elementum designat nobilitatem, & excellentiam ipsius charitatis supra ceteras uirtutes. Per descensum autem ignis super holocaustum designatur charitas informas, & perficiens actum meritorum, atque inflammas humanam mentem ad dilectionem Dei super omnia. Per extinctionem autem prophetarum Baal designatur, quòd per ipsam charitatem extirpantur uicia, atque diabolice suggestiones. Post hæc subsequitur pluuia lachrymarum, siue donum Spiritus Sancti, pariter & gratiæ, quæ omnia simul infunduntur cum charitate. Sunt, & aliæ figuræ, quæ ad hoc propositum probandum adduci possent, quas pertransseo breuitatis causa.

**TERTIO** idem propositum probatur per similitudinem de auro. Nam sicut aurum excedit in nobilitate, & preciositate, atque uirtuositate omnia alia metalla, ita etiam charitas excedit in dignitate, & nobilitate, atque perfectione, quaslibet alias uirtutes. Et breuiter istud est aurum, de quo loquitur Iohan. 1. Apoc. 4. dicens unicuique nostrum. Suadeo, tibi emere aurum, igneum, idest, feruentem charitatem, ut locuples fias. In præsentis quidem per uitæ meritum, & in futuro per cælestem, & æternum premium. Quod nobis concedat ille, qui in trinitate, &c.

*Dominica in quinquagesima Sermo secundus de euangelio.*



**A** S S Y M P S I T Iesus duodecim discipulos suos, &c. Luc. decimo octauo. Pro introductione presentis sermonis mouetur quasi talis. Vnde est, quod ecclesia in hac dominica, quæ est plena letitiæ & exultationis, ordinavit, ut in missa legeretur euangelium tra-

ctans de pietate dominicæ passionis? Hoc enim non videtur congruere tempori, maximè cum Salomon Eccles. 4. dicat, Omnia tempus habent. Tempus, inquit, flendi, & tempus ridendi. Tempus quidem flendi videtur esse referendum ad proximum tempus quadragesimale. Tempus uerò ridendi videtur congruere istis diebus uicinis prædicto tempori. Insuper quemadmodum musica in luctu importuna est narratio, ut habetur Eccles. vigesimo secundo. ita per oppositum luctus in musica, id est, in die legitimæ, importuna est narratio. Et ita videtur præsens Euangelium non bene quadrare, neque congruere præsentì dominicæ.

**R E S P O N S I O**, non absque causa ita factum est, ut præmittitur, uidelicet, quòd in hac die legatur in ecclesia euangelium tractans mysterium dominicæ passionis. Et huius ordinationis causa est triplex, uidelicet.

Moralis, Mysticalis, Anagogicalis.

**P R I M A** igitur causa est moralis, ut ecclesia doceat filios suos istis diebus temperare gaudium suum, & solatium. Solent enim homines istis diebus excedere in tribus, scilicet, in luxuria, ludis, & comestationibus. Ad refrenandum igitur luxuriam ecclesia legit in matutinis historiam de subuersione Sodomæ, & Gomorræ cum adiacentibus ciuitatibus, quæ in momento descenderunt in profundum abyssi propter nequidum peccatum carnis, ut patet Gen. decimo nono. Ad refrenandum, & compescendum dissolutos ludos legit in missa aliqua pertinentia ad Christi passionem, ad memoriam nobis reducens, qualiter fuit illusus, prout prædixerat in præsentì Euangelio, dicens. Tradetur genibus, & illudetur. Ad refrenandum autem comestationes, & ebrietates, quæ, pro dolor, plus solito abundant istis diebus apud Christianos, legit ecclesia in postcommunionem missæ

missæ punitionem filiorum Israel, qui in deserto petierunt carnes à Deo. Quas cum ad eos de cælo misisset, utpote coturnices, intantum excefferunt, quòd in uindictam gulositatis eorum mortui sunt ibi multi, ut patet. Nume. 11. Sed non obstantibus prædictis retractiuis, & penis, nihilominus multi multos perpetrant excessus, hoc procurante diabolo, ipse enim facit, sicut conductor equi, qui sciens, quòd non habet usum illius, nisi ad tempus, uexat ipsum absq; misericordia. Sic ipse diabolus uidens, quòd non habet nisi duos, aut tres dies ante quadragesimam, in quibus pro crapulâ, & ebrietatē, atq; choreas, & huiusmodi possit uti hominibus ad peccatū, & seruitium suū, quò multi retrahentur tēpore quadragesimæ, ideo plus solito eos tentat diebus istis. Et hoc est, quòd scribitur Apoc. 12. Ve terræ, & mari, id est, hominibus habitantibus longè à mari, siue in insulis illius, quia descendi diabolus ad uos habens iram magnam, sciens quòd modicum tempus habet, sup. ad tentandum, & uexandum uos in crapula, & ebrietate, atq; ludis, & dissolutionibus plurimis, & uarijs. Ve ergo pia mater ecclesia refrenet, aut saltem temperet gaudium, & solatium filiorum suorum, quasi uideatur ponere aqua in uino eorū, dum hodie legit euangelium in quo fit mentio de sponsi sui Christi pia, & dolorosa passione, ut sic ex illius recordatione discant tēperatē uiuere, iuxta illud uerbū sapientis Eccl. 11. In die bonorum, ne immemor sis malorū. Et est sensus qui ad propositū. Tu popule christiane in die bonorum. i. si in hac die, & duabus sequentibus permittatur tibi moderatè recreari, caue tamē tibi ab excessu, ad memoriam reducens quanta mala sustinuit pro te in sua dolorosa passione dominus tuus Christus. Et sic patet de prima ratione, quæ est moralis.

**S E C U N D A** ratio, cur hodie legitur dominica passio, est mysticalis, ut. s. denotetur, q; in hac instari quadragesima debemus compati Christo patienti pro nobis, atq; illi conformari portando post ipsum crucē penitentis. Nam ad hoc nos in uita Luca. 9. dicens. Qui uult uenire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Dux enim belli debet præcedere suos milites. Vnde in laudem Alexandri Magni legitur, quòd nunquam dixit suis militibus, ite, sed potius uenite. Hunc autem modum quodammodo



tenet Chr̄s in præſenti euangelio, qui v̄r quodammodo inũtare Chriſtianos milites ſuos ad eũ ſequendũ portando crucem poenitentia. Præuenit aut̄ præſens euangelium initium quadrageſime, ut mature diſponamus nos ad inchoandum feria quarta ſequenti dictam tolerationem crucis penitentię. Et ſic patet de ſecundo ratione.

**TERTIA** ratio eſt analogicalis. Multis em̄ ſimplicibus, & in doctis v̄r, quod duæ partes præſentis euangelij nõ bene ſibi cohereant, maximè cum in primis tractetur de dominica paſſione, in ſecunda uero de cęci illuminatione. Sed perfectio iſtud non caret grandi myſterio. Per cęcum enim, cui dixit Chriſtus. Reſpice, intelligitur quilibet deuotus catholicus, qui eſt in p̄nti quodammodo cęcus, eò quod non uidet Deum, niſi obſcurè, ut potè, per ſpeculũ in enigmate, ut h̄. j. ad Cor. 13. Tunc autem, ſcum fuerit in cęlo, uidebit eũ facie ad faciem, ut ſubditur ubi ſupra. Vide j. Iohan. 3. Nondum apparuit, quid erimus. Scimus qm̄ cum apparuerit, ſimiles ei erimus, qm̄ uidebimus eum, ſicuti eſt. Nam tunc dicit illi dñs. Reſpice, ſupple, diuinam eſſentiam clarè, purè, & nudè. Sed quia ad tantam uiſionem nemo poteſt peruenire, niſi in uirtute paſſionis Chriſti, iuxta illud ad Titum. 3. Non ex operibus iuſtitie, que fecimus nos, ſed em̄ ſuam miã, quam, ſupple, nobis per maximè exhibuit in paſſione ſua Ieſus Chr̄s, ſaluos nos fecit. Ideo ad hoc deſignandum in p̄nti euangelio ante cęci illuminationẽ p̄mittit, & deſcribit ſub paucis myſterium dominicę paſſionis. Et ſic patet ſolutio ad quaſitum.

In p̄nti ergo euangelio tria principaliter tangunt, que ſunt dñicę paſſionis, & reſurrectionis prænunciatio, in principio euangelij. Dicit myſterij apud apoſt. celatio tibi. Et erat uer̄ bũ iſtud, &c. Cuiuſdam cęci mendici glorioſa illuminatione, ibi. Facta eſt autem, &c.

**PRIMÒ** igitur in præſenti euangelio Chriſtus prædixit ſuam piſſimam paſſionem. Nam ut dicit euangelista. A ſum̄ pſit duodecim diſcipulos ſuos, & ait illis. Ecce aſcendimus Hieroſolymam, & conſummabuntur, &c. Circa hunc textũ mouentur aliqua dõbia.

**PRIMUM** igitur dubium eſt, cur Chriſtus prædixit ſuam paſſionem, patiter & reſurrectionem? Re ſponſio. propter

per tria. Primò quidẽ, ut ſe uerum Deũ oftenderet prædicendo futura. Solius enim Dei eſt præcognoſcere futura, q̄ non dependent à cauſis naturalibus, iuxta illud Eſa. 41. Annunciantes, que uentura ſunt in futurũ, & ſciemus, quia diſpeſtiſtis uos. Secundò uerò, ut ſe uoluntariè paſſurũ oftenderet. Eſa. 54. Oblatus eſt, quia ipſe uoluit. Tertio autem, ut cũ diſcipuli eum morientem uiderent, ipſum reſurrecturũ non dubitarent, ut dicit gl. ord. ſuper Matt. 20.

**SECUNDVM** dubium eſt, cur Chriſtus paucis uoluit reuelare ſuam paſſionem, & reſurrectionem. Hęc enim duo non reuelauit ſeptuaginta duobus diſcipulis. Nec legitur de hoc aliquid dixiſſe piſſimę ſuę matri, quamuis talia nõ ignoraerit. Non tamen cognouit tempus, neque modũ, neque locum, in quo pati debebat. Tantum ergo duo prædicta legitur in præſenti euangelio reuelari. 1. 2. diſcipulis, de quorũ numero erat Iudas, in quẽ nõdum intrauerat Sathanas. Re ſponſio. Chriſtus conuenienter non oĩbus, ſed peculiaribus eius amicis tm̄ uoluit reuelare ſuam paſſionem, & reſurrectionem, & hoc, ut nos inſtrueret paucis, & probatis amicis reuelare debere noſtra ſecreta, iuxta illud uerbum ſapiẽtis Eccl. 6. Conſiliarius ſit tibi unus de mille. Item euſdem. 8. Non omni homini manifeſtes cor tuum, ne forte inferat tibi gratiam falſam, & conuictietur tibi. Item euſdem. 11. Non omnem hominem inducas in domum tuam, multę em̄ ſunt inſidię dolofi. Item Prouerb. 25. Cauſam tuam tracta cum amico tuo, & ſecretum extraneo ne reueles, ne forte inſulter tibi, cum audierit, & exprobare non ceſſet. & Eſa. 24. Secretum meum mihi, ſecretum meum mihi. Ecce quomodo ſacra ſcriptura exemplo Chriſti in euangelio hodierno nos multipliciter admonet, ne paſſim, & indifferentem pandamus ſecreta noſtra, ſed tantum paucis, & probatis amicis, unde. Vegetius de re mili. lib. 3. cap. 29. Quid, inquit, fieri debeat, tractato cum multis. Quid uerò facturus ſis, cũ pauciſſimis, ac fideliffimis tractato, uel potius ipſe tecum. Fertur de Ludouico 12. Francorũ Rege nuper uicem uniuerſę carnis ingreſſo, quod ſolitus erat dicere. Si ſciam birrum meũ, ſiue togam ſcire ſecretum meum, mox ipſam in ignẽ projicerem. Nam multi faciles ad reuelandum ſecreta ſua, & pe iuenerunt ſe deceptos.

**TERTIUM** dubium est, quare tam frequenter locutus est Christus de passione sua eam predicando, sicut patet in presenti Euangelio, item alia uice, de qua habetur Matt. 20. Item Matt. 12. dicit, quod sicut Ionas fuit in uentre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ tribus, &c. Similiter eam prædixit sub parabola Matt. 21. ubi habetur, quod agricolæ uidentes filium patris familias, dixerunt intra se. Hic est hæres, uenite, occidamus eum. Insuper eandem passionem prædixit in fine cene, quando transiturus erat de hoc mundo ad patrem, quando dixit discipulis suis. Filius hominis uadit, sicut scriptum est de eo, Matt. 26. Ceterum multi sacerdotes sæpe celebrant sextis feriis de cruce, siue ad propriam, siue aliorum intentionem, qui ex deuotione faciunt celebrare Missam de cruce, & tunc legitur Euangelium, in quo fit mentio de dicta Christi passione. Cur ergo hoc? Responso. Istud fit propter tres rationes. Prima quidē, ut cum fuerit frequenter auribus nostris incussa memoria Dominicæ passionis, per amplius prouocemur ad equanimiter, & patienter tolerandū aduersa, iuxta illud ad Hebr. 12. Recogitate eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionē, ut non fatigemini animis uestris deficientes. Vnde & August. ad propositum de seipso loquens in suo manuali cap. 22. aiebat: In omnibus aduersitatibus non inueni tam efficacius remedium, quam uulnera Christi. Practica, qualiter iniuriatus debet recurrere ad Dominicam passionem, mente reuoluendo, quoniam, & ipse Christus per amplius iniuriatus est. Item iniuste flagellatus considerare debet, quam grauissimè, & iniustissimè ipse Christus flagellatus fuerit. Insuper si quis sitit, cui in siti sua datur potus forsitan amarus, seu acetosus, ut interdum fit pauperibus religiosi mendicantibus, talis debet mente reuoluerè, quoniam magister suus Christus, qui etiam est creator aquarum, & delicatorum poculorum, sitiuit in cruce, & in siti sua potatus est aceto. Præterea si quis conqueratur de paupertate, consideret, quam pauper fuit ille, qui cum diues esset, propter nos egenus factus est, ut illius inopia diuites effemus. Fuit enim pauper in principio, quia in præsepio natus, pauper in medio, quia non habuit, ubi caput suum reclinaret, pauper in fine, quia in alieno monumento, scilicet,

Ioscoh,

Ioseph, sepultus. Ecce qualiter inter aduersa recurrendū est ad uulnera, & aduersa, quæ ipse Christus in propria persona sustinuit. Quod ut melius fiat, sæpe reducit nobis ad memoriam ipsa Dominica passio. Et sic patet de prima ratione.

**S E C U N D A** ratio est, ut ex tali recordatione prouocemur aggredi ardua, iuxta illud. 1. Petri. 4. Christo passo, & nos eadem cogitatione armamini, ut, scilicet, ex consideratione passionis eiusdem Christi, quæ fuit opprobriosa, dolorosa, & patientissima, discamus propter Deum libenter ardua, & difficilia aggredi. Nota, quomodo antiquitus reges, & principes urebantur elephantis, cum bellandū erat. Quos ut acrius prouocarent ad pugnam, prius illis ostendebant sanguinē uua, aut mori. Sic enim fecisse legitur ille impiissimus blasphemus Antiochus, cum uoluit inire bellum contra Iudam Machabæum. Nam habebat in suo exercitu, 32. elephantes, quibus ostendit sanguinem uue, & mori, ut sic eos per amplius acueret, atq; animaret ad prælium, ut legitur. 1. Machabæ. 6. Applicatio est facilis ex dictis. Vnde ad propositum facit illud uerbum Vegetij de re milit. lib. 3. ca. 9. dicentis, quod desperantibus crescit in bello audacia ad hortationem dncis, & si nil timere ipse uideatur. Ita & nos cum audimus ducem nostrum Christum, tam spontaneè, & strenuè ingressum fuisse bellum, quod gessit contra dæmonem in monte caluarie, prout tangitur in presenti Euangelio, ex tali pugna prouocamus aggredi fortiter ardua, ut pote, ieiunium quadragesimale, aut aliquid simile. Alias non pertinemus ad exercitum, seu militiam eius, sed potius diaboli, quod certe ualde horrendum est.

**T E R T I A** ratio, cur tam frequenter repetitur nobis Dominica passio, est, ut eā iuxta cor memoriter gerentes per amplius proficiamus per uitæ meritum. Ferunt enim arbor istæ, quæ si planta, seu radix rosarij sæpe irrigaretur humano sanguine, omni tempore anni rosas ex se produceret. Ad propositum homo est arbor euerfa. Vnde legitur Marci. 8. quod cum Christus illuminasset quandam cæcum, & ille cum admiratione aspiceret homines circumstantes, interrogauit eum ipse Christus, si quid uideret. At ille: Video homines, uelut arbores ambulantes. Hæc autem arbor arefcit per peccatum. Sed quale remedium ad præseruandū eam, ne arefcat?

Profecto

Profecto summum remedium est eam in pede, idest, in affectu, & corde sepe irrigare cruore Dominice passionis per uirginem memoriam illius, & tunc afferet pulcherrimos flores uirtutum, & bonorum operum. Et sic patet solutio ad tertium dubium.

**MORALITER** in prima parte presentis Euangelij tan guntur multe pulchre conditiones uere penitentie.

**PRIMA** uocatur accelerationis, quae notatur per illud aduerbium demonstratiuum, ecce, quod demonstrat rem presentem. Per hoc ergo significatur, quod in presenti, & de presenti sine mora debemus agere penitentiam. Sic enim nos admonet scriptura Eccl. 5. dicens: Non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem, subito enim ueniet ira illius, si, supple. tardaueris conuerti ad eum, & in tempore uindictae disperdet te. Circa quod notandum, quod tempus praesens est tempus misericordiae, & ueniae, de quo in Psal. Venit tempus miserendi eius, scilicet Dei. Tempus uero futurum, scilicet, mortis, & iudicii generalis, erit tempus uindictae. Nam, ut dicit Psal. tunc faciet Dominus uindictam in nationibus, idest, in infidelibus, increpationes in populis, idest, in malis Christianis. Item idem alibi: Cognoui, quia faciet Dominus iudicium inopis, & uindictam pauperi, supple, iniuste oppressorum. Item prouerb. 6. Zelus, & furor uiri, idest, Christi, non parceret, supple, malis, in die uindictae, idest, in die iudicii. Peccator ergo sine mora (quia periculum est in mora) debet quotocies conuerti ad Dominum in toto corde, in ieiunio, & fletu, & planctu, & scindere cor suum ex uehementi contritione. Scindere, inquam, non corporaliter, sed spiritualiter. Sed, proh dolor, multi peccatores sunt similes corui, qui semper clamant, cras, cras, de quo Sophoniae. 2. Vos cantatis in fenestra, & coruus in superliminari. Audiant ergo tales, quid dicat magnus ille doctor Ecclesiae August. ad fratres in eremo sermo. 13. qui intitulatur de confessione peccatorum. Promisit Dominus ueniam penitenti, sed non promisit usque in crastinum differenti. Hae ille.

**SECUNDA** conditio uere penitentiae dicitur uoluntariae assumptionis. Debet enim uoluntarie assumi. Et hoc notatur per hoc uerbum actiuum. Ascendimus. Ac si aperire diceretur: Non

Non inuitè trahimur. Hoc enim generale est in omni actu uirtutis, quod fiat uoluntarie, seclusa omni coactione. Vnde Psal. Voluntarie sacrificabo tibi. Et istud est contra multos, qui nunquam consentunt, nisi in duobus casibus. Primus est in paschate, ne uideantur cõtemnere ecclesiae generale statutum, de quo extra de poenitent. & remis cap. omnis utriusq; sexus, & ne ex consequenti trahantur ad iudicium Ecclesiasticum. Secundus est imminete mortis periculo. Tunc enim regulariter omnes catholici consentunt, quidam propria instantia, & petitione, ut boni. Quidam uero instantia aliorum, utpote, amicorum, aut aliorum uirorum religiosorum, seu Ecclesiasticorum, non propter Iesum tantum, sed quasi passiuè se habentes, aut ne post mortè sepeliantur cum athenis, & canibus. Sed attendat omnes tales, quod ut dicit August. ad fratres in eremo sermo. 13. qui usq; ad ultimū diem quadragesimae, uel uite suae distulerit cõfiteri, dat signum, qd hoc non libenter facit, non gratiosè, non puro corde, sed coactus hoc facere uidetur. Coacta autè seruitia, quantum Deo, uel hominibus placeant, cõsiderate. Nō ergo de die in diē differamus pandere cordis nostri secreta in confessione. Hae ille.

**TERTIA** conditio uerae penitentiae, seu potius proprietatis illius dicitur introductionis. Ipsa enim finaliter introducit animam prius peccatricem in caelestem Hierusalem, quae per Hierusalem materialè designatur. Hoc autè uoluit innuere Christus, cum in persona uere poenitentium dixit figuratiuè loquens: Ecce ascendimus Hierosolymam. Vnde in Psal. Introite portas eius in confessione. Talem etiam introductionem in caelestem Hierusalem, quam operatur uera poenitentia, uidit in spiritu Iohan. Apoc. 21. dicens: Sustulit me angelus in spiritu in montem magnū, & altū, & ostendit mihi ciuitatem sanctam Hierusalem, habentē portas duodecim, ab oriente portę tres, ab aquilone portę tres, ab austro portę tres, & ab occasu portę tres. Hae ibi. Ad propositū Hierusalem designat ciuitatē caelestē, iuxta illud Psal. Hierusalem, quae edificatur, ut ciuitas, cuius participatio eius in idipsum, idest, cuius beatitudo consistit in uisione diuinae essentiae. Tres dictae ciuitatis portę ab oriente designat tres partes uere penitentiae, quae sunt cordis cõtrictio, oris cõfessio, operis satisfactio, per quas illuc intrat ueri penitentes decedentes in flore suę iuuentutis

Ecce oriēs. Tres portę ab aquilone frigida regione designat similiter prædictas tres partes penitentię, per quas intrat cęlum illi, qui prius fuerat frigidus per defectum ignis charitatis. Tres portę ab austro regione calida designat similiter tres partes penitentię, per quas intrant cęlum veri penitentes decedentes in seruore suę atatis. Tres portę ab occasu designat, id quod prius. Et per has portas intrant cęlum veri penitentes morietes in decrepita atate. Ecce, quomodo penitentia introducit in cęlestem Hierusalem omnes homines, & omnis ætatis, quantumcunque prius peccatores extiterint, dummodo velit eam cordialiter amplecti.

**Q**UARTA conditio verę penitentię dicitur integratio nis. Debet enim esse integra, & non diuisa. Hoc autem innuitur, cum in euangelio subditur, Et consummabuntur oĩa. Tunc autem consummatur penitentiã, quãdo est integra. Vbi uero quis uult penitere de uno peccato, & perseuerare in alio, tunc perdit laborem suum. Vnde Aug. lib. de penitentia & similiter recitatur de pe. di. 3. sunt plures. Sunt, inquit, plures, quos peccasse penitet, sed non omnino, reseruantes sibi quedam, in quibus delectentur, non animaduertentes Dominum simul mutum, & surdum ad demonio liberasse. Luc. 11. Item septem demonia simul eiecisse. Luc. 8. Item ab alio legione totam simul eiecisse Marci. 5. Si enim uellet peccata ex parte reseruati, habenti septem demonia potuit proficere sex expulsi. Expulsi autem septem, ut omnia crimina simul eijcienda doceret. Legionem autem ab alio eiciens, ne minem reliquit de omnibus, qui liberatum possideret, ostendens, quod etiam si peccata sunt mille, oporteret de omnibus penitere. Et breuiter nunquam aliquem sanauit, quem omnino non liberauit, Totum enim hominem sanum fecit in sabbatho Iohann. 5. quia corpus ab infirmitate, & animam ab omni contagione liberauit, indicans penitentes oportere simul dolere de omni crimine orto in anima, & in corpore. Hęc ibi. Ecce, quomodo penitentia debet esse integra.

**Q**UINTA conditio penitentię dicitur afflictio nis. Penitentia enim idem est, quod penam tenere, ut dicit August. lib. de penitentia, & similiter recitatur de pe. disti. 3. penitentia. Et nota, quod ibi est etymologia nominis. Dicit etiam

Ambro.

Ambro. in quodam sermone quadragesimę, quod penitentia est mala præterita plangere. Ecce, quomodo penitentia dicit esse afflictua. Hoc autem innuitur in prædicti euangelio cum figuratiuę de uero penitente dicitur: Tradetur gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur. Huiusmodi tamen penitentiã afflictio debet esse discretã, ita, scilicet, ut de grauiori delicto plus doleat homo, & de minori minus, dicente Domino Deuterono. 25. Pro mensura delicti erit, & plagarum modus. Item Apoca. 2. 7. Quantum glorificauit se, & in delictijs fuit, tantum date ei tormentum, & luctum.

**S**EPTIMA conditio uerę penitentię dicitur uiuificationis. Facit enim iterum uiuere merita, & opera, quę per sequens peccatum fuerant mortificata. In cuius figuram legitur. Iob ultim. Addidit Dominus omnia, quęcunque fuerant Iob duplicia. Et nota, quod dicit duplicia. Nam charitas, per quam peccator resurgit, potest esse adeo seruens, quod erit in duplo maior, quã prior esset, & qua cecidit. Aliquando dicta charitas potest esse equalis. Et tunc uerificatur illud parabolicę dictum de filio prodigo redeunte ad patrem. Citò proferte stolam primam. i. date charitatem, & gratiam & induite illum, &c. Luc. 15. Aliquando etiam potest esse minor secundum quod conatus, per quem quis resurgit, esse remissior. Nihilominus siue sic, siue sic, semper stat, quod uera penitentia est uiuificatiua, quia facit hominem prius spiritaliter mortuum per peccatum, uiuere per gratiam, & charitatem. Et sic patet de primo principali.

**S**ECONDÒ principaliter in prædicti euangelio tangitur celatio mysterij Dominicę passionis quod ad Apostolos, cum subditur. Et ipsi nihil horum intellexerunt. Erat autem uerbum istud absconditum, &c. Quare autem Apostoli non intellexerint prædicta Christi uerba, quadruplex est ratio. Prima, quia illi adhuc rudes, & imperfecti erant. Secunda, quia cū Christus frequenter illis parabolicę loqui solitus esset, ne sciebant etiã tunc quod parabolicę eis loquebatur. Tertia, quia adeo tenerunt ipsum Christum diligebant, quod eorum aures ipsum mortem sustinere non poterant. Quarta, quia ipsum uerum Deum esse credebant, & ideo uix poterant credere ipsum moriturum. Et sic patet de secundo principali.

**TERTIO** principaliter in presenti Euangelio tangitur cuiusdam cęci mendicę gloriosa illuminatio, cum subditur. Factum est autem, cum appropinquaret Iesus Hierico, cęcus quidam sedebat sęcus uiam mendicans. Multa hic essent dicenda, quę breuitatis gratia pertransio, tum quia textus est clarus, tum quia uitanda est prolixitas, tum quia ad sensum moralem transeundum est. Moraliter ergo per predictum cęcum intelligitur quilibet peccator, qui patitur illos defectus spiritualiter, quos alter patiebatur corporaliter.

**PRIMO** enim de predicto homine dicitur, quod cęcus erat. Sic & peccator spiritualiter cęcus est. Vnde de peccatoribus dicitur. Sap. 2. Exceperunt eos malitia eorum, & nescierunt sacramenta Dei, neque sperauerunt mercedem iustitię, id est, retributionem, quę retribuetur in futuro. Item Sopho. 1. Ambulabunt, ut cęci, quia Domino peccauerunt. Et Esa. 42. Quis cęcus, nisi seruus meus? Ista interrogatio, siue admiratio fit propter multos Ecclesiasticos, qui sunt specialiter serui Domini, eorum illi ministrant in altari, inter quos multi sunt cęci per ignorantiam eorum, quę scire tenentur, & precipuę, qui habent curam animarum. Practica de multis pręlatis, tam maioribus, quàm minoribus. Sed hoc malum est, & cõmune in filiis Adam, quod nullus feruē uult recognoscere suam cęcitatem, aut se male egisse, sed quasi omnes uolunt defendere suam culpam. Et in hoc sunt quodammodo similes uxori Senecę, quę Harpastes dicebatur. De ea enim narrat ipse Seneca Epistola. 50. quod quamuis realiter esset cęca, nullus tamen poterat hoc sibi persuadere, sed dicebat se inhabitare domum obscuram, & tenebrosam. Vnde propter hoc uocat eam fatuam. Deinde subdit dicens. Hoc quod in uxore meam ridemus, multis accidit. Nemo enim se auarum intelligit, nemo cupidum, sed dicimus: Non ego ambitiosus sum, sed, nemo aliter Romę uiuere potest. Nō ego sumptuosus sum sed urbs ipsa magnas exigit impensas. Non est meū uitium quod iracundus sum, quia hoc complexio operatur, &c. Deinde reprehendit talem cęcitatem, & dicendi modum, dicens. Non est extrinsecus malum nostrum, inera nos est. Et ideo difficulter ad sanitatem peruenimus, quia nos egrotare nescimus. Hęc ille: Patet ergo, quod peccatum est cęcitas spiritualis, seu mentalis causatiuum. Propter quod de

bemus.

bemus instanter orare Dominum dicentes cum cęco, de quo agitur in presenti Euangelio: Domine, fac, ut uideam. Vnde in litanijis oramus dicentes. A cęcitate cordis, &c.

**SECUNDO** dicitur de predicto homine, quod sedebat. Sic spiritualiter peccator sedet per debilitatem, quam operatur in eo ipsum peccatum, adeo quod ex se surgere non potest ab eo, nisi ex speciali Dei auxilio. Psal. Ibi cęciderunt, qui operantur iniquitatem, expulsi sunt, nec potuerunt stare. Et Osee. 13. Perditio tua Israel ex te, tantummodò in me auxilium tuum. Non mirum autem, si peccator sedet prę debilitate, quoniam peccatum uulnerat ad mortem, prout pulchre figuratiuè ostendit Christus Luc. 10. in homine descendente ab Hierusalem in Hierico, qui incidit in latrones, qui spoliauerunt eum, & plagis impositis abierunt, semiuuuo relicto. Et notanter dicitur, semiuuuo relicto. Homo enim plene uiuit, quando cum uita naturę uiuit uita gratię. Cum ergo per peccatum auferatur sibi principalis uita, scilicet, uita gratię, non plus uiuit, nisi uita naturę. Ex quo patet, quod non plus uiuit, nisi semiuuita. Et ideo non mirum, si sedet per debilitatem, quia est grauiter uulneratus. Da exemplum de corporaliter uulnerato ad mortem.

**TERTIO** predictus cęcus sedebat, non quidem in uia publica, sed sęcus uiam. Sic peccator iam est extra uiam, quę ducit ad uitā aternā, per quam soli iusti ambulant. Nec mirum, quia peccatum facit hominē errare, & hoc dupliciter. Primò quoniam aliquando per ignorantiam. Secundò uerò aliquando per prauam electionem, etiam stante scientia de opposito. Et iste error est multo grauior, & deterior primo. Quod autem peccatū faciat hominē errare ad rectā uia salutis, patet per figuram de filiis Israel, qui per quadraginta annos errauerunt in deserto tam corporaliter, quàm spiritualiter, prout de ipsis conqueritur Dominus dicens in Psal. Quadraginta annis offensus fui generationi huic, & dixi, semper hi errant corde, & ipsi non cognouerunt uias meas, &c. De hoc habes aliam figuram Nume. 22. de asina Balaam sed diuerrente ab itinere. Ad propositum asina est sensualitas: Balaam ratio. Tunc ergo asina si diuertit a recto itinere, quando raro querit suas delicias: Sed tunc debet Balaam, id est, ratio laborare ad hoc, quod rectē incedat, & calcari-

Y 3 bus,

bus, id est, disciplinis, uigilijs, ieiunijs, & abstinentijs, eam percutere, ut obediat.

QUARTO sæpe dictus cæcus mendicabat, in quo patet eius paupertas. Sic & peccator est ualde pauper, eo quod p peccatum spoliatur eum gratia, & charitate, atque omnibus prioribus meritis, quia ut habetur Eccl. 19. Qui peccauerit in uno, multa bona perdet. Figura de filio prodigo, q̄ dissi pauti toram substantiam suam uiuendo luxuriose, intantū quòd tandem præ inopia coactus fuit pascere porcos. Et tunc cupiebat implere uentrem suum de siliquis, quas porci comedebant. Luc. 15. Ecce in hoc apparet maxima paupertas, ad quam deducit peccatum. Sed pauci considerant hanc spirituales paupertatem, ut sunt diuites huius sæculi, qui non sollicitantur, nisi de rebus temporalibus, & nullo modo de spiritualibus. Vnde de unoquoque tali loquitur Ioh. Apoc. 3. dicens. Dicis. Diues sum, & locupletatus, & nullius ego, & nescis, quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. Ecce magna fatuitas, & inanis gloriatio mundanorum hominum. Patet ergo quatuor mala, quæ operatur peccatum, quæ designantur per illa quatuor quæ fuerunt in homine cæco, de quo dicitur in præsentī euangelio. Cæcus quidam sedebat secus uiam mendicans. A quibus quidem uisus nos præseret dominus, largiendo gratiam in præsentī, & gloriam in futuro. Amen.

*Dominica prima Quadragesimæ, Sermo primus de Epistola.*



ECCE tempus acceptabile. 2. ad Corinth. 6. Quamuis tempus possit multipliciter distinguī, & accipi, præcipuè tres sunt illius differentię, secundum quòd est tempus.

Miserabile, Formidabile,  
Acceptabile.

PRIMUM igitur tempus uocatur miserabile, & illud est tempus, quod nos expectat, s̄ tempus mortis n̄ræ. Quod quidem tempus rationabiliter uocatur miserabile. Tū primò, quia spoliat hominem omnibus bonis huius sæculi, iuxta illud Psalm. Diues cum interierit, non sumet omnia, neque

neque descendet cum eo gloria eius. Vnde Apost. j. ad Tim. 6. Nihil, inquit, intulimus in hunc mundum, haud dubium, quia nec auferre, quid possumus. Propterea dicebat sanctus ille Iob, cum scilicet, uidisset se spoliatum omnibus diuitijs suis. Nudus, inquit, egressus sum ex utero matris meę, & nudus reuertar illuc. Eiusdem. 1. Idem Ecclesiast. 5. Nihil auferet secum homo de labore suo. Miserabilis propterea infirmitas. Quomodo uenit, sic reuertetur. Tum secundò quia resoluit hominem quantumcumque fortem, aut formosum in cinerem. Vnde dictum est à domino primo parenti, & in eo omni posteritati suæ. Puluis es, & in puluerem reuerteris. Propterea admiratiuè loquitur Sapiens Ecclesiast. 10. dicens. Quid superbis terra, & cinis? De hac etiam miserabili resolutione loquebatur Apostol. 2. ad Timoth. 4. cum dicebat, Tempus meæ resolutionis instat, id est, est mihi incertum. Et ideo debeo illud expectare, ac si de propinquo instaret. Vnde Ecclesiastic. 9. Nescit homo finem suum, sed sicut pisces capiuntur hamo, & aues laqueo, sic, &c. Tum tertio, quia in tali tempore uix potest homo disponere de sua salute, nisi prius de hoc cogitauerit. Vnde Aug. dicit, quòd difficile est, ut tunc uera sit penitentia, quando sera uenit. De hoc uide decretum. Nullus, de peñit. dist. 7. habet enim tunc homo multa, quæ impediunt eum à consideratione suæ salutis. Ecce quare tempus mortis dicitur miserabile.

SECUNDVM tempus uocatur formidabile, & illud est tempus finalis iudicij. Quod quidem tempus dicitur formidabile, tum primò, quia post illud non dabitur homini peccatori tempus penitentię, sicut in præsentī. Vnde Apost. 10. Iurauit angelus, quòd post hoc tempus non erit tēpus, scilicet, misericordię. Erit tamen post hoc tēpus aliud tēpus, scilicet uindictę, & iustitię. Tum secundò, quia tunc peccata, quæ prius latuerant, apertè omnibus manifestabuntur ad infamiam actorum suorum. Naum. 3. Reuelabo, inquit, dominus misero peccatori, pudenda tua, & ostendam gētib. nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam. Tunc etiam aperientur libri, scilicet conscientiarum, & iudicabunt mortui ex his, quæ scripta erunt in libris s̄m opera ipsorum, ut s̄ Apoc. 22. Tum tertio, quia tunc reprobi, & peccatores

Nullum inuenient aduocatum, aut procuratorem, sive auxiliatorem psal. Non sit illi adiutor. Quinimo omnes electi dabunt tunc contra reprobos, quærentes à domino ultionem de ipsis Sap. 5. Accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturam ad ultionem inimicorum. Sed quam creaturam armabit dominus in die iudicij ad ultionem inimicorum suorum peccatorum? Certè multiplicem. Primo quidè creaturam angelicam. Nam tunc sancti Angeli dicent, illud Hie. 51. Curauimus Babylonem, & non est curata, idest, secinus, quod potuimus procurando salutem huius miseri peccatoris, sed noluit reuerti à malicia sua. Secundò armabit creaturam humanam, idest, collegium omnium sanctorum regnatum in celo Sap. 5. Stabant iusti in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt. Tertio armabit creaturam infensibilem, tam superiorem, quam inferiorem. Iob. 20. Reuelabunt celi iniquitatem eius, scilicet, peccatoris, & terra aduersus eum cõsurgit, & hoc præcipuè propter eiusdem peccatoris ingratitudinem. Quis ergo erit tunc de numero peccatorum tam securus, qui non formidabit? Et sic patet de tempore formidabili.

**TERTIVM** tempus vocatur acceptabile. Et istud est propriè tempus quadragesimale, de quo Apo. in presenti epistola. Ecce, inquit, tempus acceptabile. Et hoc propter tria, uide licet, propter campsores, mercantias, monetas.

**P R I M O** quidem propter campsores. In magnis enim nudinis solent sedere campsores in banco suo ad cambium dum monetas, quæ forsan non habent ibi cursum suum, eò quòd sunt autoritate Principis declamare, & quòd deserantur banchiero Italicè. Pro quibus dant ipsi campsores bonas monetas usuales, & currentes in patria illa. Applicatio est facilis, dummodo per campsores intelligantur domini confissores, qui tempore quadragesimæ solent plus solito sedere in bancis suis, expectantes, quòd pauperes peccatores deserant ad eos falsas monetas, & quæ non habent cursum suum in hoc mundo, idest, habere non debent, eò quòd sunt declamatae autoritate Principis, etiam frequenter, & hoc in sacra scriptura. Huiusmodi autem monetæ non sunt aliud, quam peccata, quæ prohibet dominus, præcipiens, quòd deserantur campsores, idest, domi-

nis

nis confessoribus, & præcipuè tempore quadragesimæ, quia de illo tempore intelligitur decretalis, quæ præcipit semel in anno confiteri, de pœ & re. c. omnis utriusque sexus. Qui autem sic sicut in corde contrito, indubiè reportabunt bonam monetam de suo Principis Iesu Christi, uide licet, gratiam spiritus sancti. Vnde in figuram huius legitur. i. Regum. vigesimo secundo. Quòd conuenerunt ad Dauid, idest, ad confessorem, omnes, qui erant in angustia constituti, idest, omnes peccatores corde contriti, & oppressi æ alieno, idest, moneta peccati, & factus est eorum princeps. Per quod intelligitur, quòd confessio est faciendâ suo principi, idest, proprio curato, aut cuiusque iurisdictionem habenti. Et sic patet de prima ratione.

**S E C V N D O** tempus quadragesimale dicitur tempus acceptabile propter mercantias, quæ copiosius, & abundantius comparari solent tali tempore, quam in toto decursu totius anni. Huiusmodi autem mercantiæ sunt peccatorum remissio, gratiæ Dei collatio, uirtutum, & præcedentium meritorum restauratio, indulgentiarum acquisitio, futuræ gloriæ repromissio. Et ista est principalis, & præcipua mercantia, pro qua etiam comparanda Apostoli reliquerunt omnia. Petrus, & Andreas dederunt nauem suam cum rebus, Bartholomeus dedit pellem suam, Iacobus caput, Laurentius thesauros ecclesiæ sibi à Xycto commissos dedit pauperibus. Alexius in domo patris, tanquam pauper incognitus mansit, & sic de alijs. Nouerint ergo uniuersi, quòd dictam mercantiam nullus adultus gratis habebit, sed oportet eam comparare aliquo precio, utpote, elemosynis, ieiunijs, peregrinationibus, ac similibus sanctis operationibus. Si enim oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam, ut habetur Luc. vigesimo quarto. quanto magis nos peccatores necesse habemus multa pati, & multa opera iusta, recta, & sancta peragere, priusquam perueniamus in illam celsæ Hierusalem, ubi adest omnium bonorum copia? Ecce uenale, quòd habet dominus.

**T E R T I O** tempus quadragesimale dicitur tempus acceptabile propter monetas, quibus comparari possunt mercantiæ illæ cælestes, de quibus immediatè supra dictum est, quæ quidem monetæ peramplius currunt, & abun-

dant

ant tempore ipso quadragesimali, quam ceteris partibus totius anni. Sunt autem huiusmodi moneta: opera de genere bonorum. Pro quo notandum, quod aliqui credunt emere mercantias illas celestes cum moneta cuprea, seu plumbea, ut sunt illi, qui faciunt iustitiam suam coram hominibus, ut uideantur ab eis. Et tales perdunt penam suam cum moneta iuxta illud Christi testimonium Matt. 6. Amen dico uobis, receperunt mercedem suam, scilicet, gloriam hominum in presenti, ita quod nullam aliam recipient in futuro a Deo. Alij credunt comparare dictas mercantias celestes cum moneta argentea, ut sunt illi, qui faciunt multa opera de genere bonorum, tamen in mortali peccato. Et tales sunt in maximo numero, sicut patet de ieiunantibus in mortali peccato, aut orantibus, siue peregrinantibus in tali statu. Ad quos loquitur dominus Esa. 1. dicens. Audite uerbum domini Principes Sodomorum, percipite auribus legem Dei uestri populus Gomorre. Quo mihi multitudinem uictimaru uestrarum? dicit dominus. Plenus sum. Holocausta arietum, & adipem pinguium, & sanguinem uitulorum, & agnorum, & hircorum nolui. Et post pauca. Cum extenderitis manus uestras, sup. ad pauperes, auertam oculos meos a uobis. Et cum multiplicaueritis orationes, non exaudiam. Et omnium istorum ratio assignatur, cum subditur. Manus enim uestrae sanguine plene sunt. id est, opera uestra de genere bonorum mixta sunt peccatis. Ecce quare tales impediuntur, ne cum bonis, quae faciunt, possint mereri regnum coeleste. Alij uero laborant, quantum possunt, comparare sibi illas ineffabiles mercantias aeternas cum moneta aurea, ut sunt illi, qui faciunt opera de genere bonorum in gratia, & charitate. Et cum talibus solis mercatur dominus, quia ut habetur Roma. 6. Gratia Dei uita aeterna. Quam nobis conferre dignetur ille, qui in trinitate perfecta uiuit, & regnat. Amen.

ITEM de eadem epistola require alium sermonem in expositione epistolarum quadragesimalium, ubi ad longum exponitur praesens epistola.

*Dominica prima Quadragesima, Sermo secundus de Euangelio.*

UCTVS est Iesus in desertum, ut tentaretur. Matth. 4. Pro introductione praesentis sermonis mouetur quaestio talis. Quare Christus tentari uoluit? ad hanc quaestionem respondet Beatus Thom. 3. par. quest. 41. ar. 1. ad hoc assignans tres rationes. Sed praeter illas aliquas alias assignabimus.

PRIMA igitur ratio est, ut prophetias, quae de eo scriptae erant, impleret, ut est illa Abacuch. 3. Egredietur diabolus ante pedes eius. Item illa Zacha. 3. Ostendit mihi dominus, inquit Zacharias, Iesum Sacerdotem magnum stantem coram Angelo domini, & Sarhan stabat a dextris eius, ut aduerfaretur ei. Ecce Christi tentatio a Diabolo. Sequitur. Et dixit dominus ad Sarhan. Increpet dominus in te Sarhan. Ecce Christi uictoria de tentatore, de quo etiam dicitur in fine Euangelij, quod reliquit eum diabolus.

MORALITER. Per hoc instruimur firmiter credere prophetias, quae sunt de futuro, utpote de die iudicij, & consummatione saeculi, ex quo uidemus illas, quae erant de praeterito, iam impletas. Non enim propheta potest subesse falsum, eo quod ut habetur. 2. Petr. 1. non uoluntate humana allata est aliquando propheta, sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines.

SECUNDA ratio est, ut ipse Christus tentatus confortaret. Multi enim simplices timoratum habentes conscientiam, dum tentantur, credunt se quasi a Deo derelictos, estimantes nullum iustum posse pati, qualia, & quanta patiuntur. Sed tales debent consolari ex Christi facto, qui tentatus est. Si. n. tentari a demone malum esset, ipse nequaquam tentari uoluisset, aut tentatus fuisset. Nec est in deserto, ut tentaretur, ductus fuisset a spiritu sancto, maxime cum ipse spiritus sanctus, non nisi ad bonum aliquem inducere potest. Qui ergo tentantur, non debent propterea credere se minus a Deo diligi, sed potius magis, dummodo tentationi non consentiant, sed resistant. Nam sic agentes promerentur celestem coronam, dicente scriptura Iaco. 1. Beatus uir, qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, sup. in certamine, cum diabolo, accipiet coronam



uitæ. Insuper tales habent in se quodammodo signum, quod uirtutes, & Dei dona in ipsis latent. Vnde Chrysoſto, super Matth Homil. 13. super illo uerbo præſentis euangelij. Ductus eſt Ieſus in deſertum à ſpiritu, ut tentaretur à Diabolo, dicit, quod Deus in tentationes, & tribulationes irruere permittit, ut capias grande documentum theſaurorum tibi creditorum. Nunquam enim aduerſus te diabolus irrueret, niſi te in maiori honore poſitum conſpiceret. Hinc enim aduerſus Adam inſurrexit, quia multa illi dignitate conſpicuū uidit. Propterea & contra ſanctum Iob nequitia ſuæ arma commouit, quia utique uidebat illum à Deo miris laudibus coronatum, ita ut non eſſet ei ſimilis in terra.

**TERTIA** ratio eſt, ut omnes peruigiles, & cautos contra diabolū redderet, etiam quantuncunque ſint perfecti, Si enim Chriſtum aggredi non timuit ipſe Dæmon, quem aliorum hominum impugnare formidabit? maxime, cum de eo ſcriptum ſit Iob. 4. 1. Factus eſt, ut nullum timeret. Quinimmo quanto plus ſentit hominem uelle proficere, tanto magis eum tentat, & tela ſua aduerſus eum parat. Hinc ſcriptura nos admonet Eccleſiaſt. 2. Fili accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in iuſtitia, & timore, & præpara animam tuā ad tentationem. Vnde, 3. quaſt. 1. nulli dicitur, quod diabolus maxime illos tentat, qui ſunt Deo familiariores, & in eius ſeruitio ſeruentiores. Dicit etiam Hiero. 3. par epistoliarum ſuarum epif. 85. quod qui tentat eſt, & ſpiciōr, plus habet timere inſidias diaboli, eō quod talis eſt eſſe eius electa. De malis non curat, quia ſui ſunt. Propterea legitur, quod quidam uir ſanctus ingreſſus quandam ciuitatem nō uidit in ea niſi unum Dæmonem, portam illius cuſtodientē. Poſtea autem intrans quoddam monaſterium ſanctorū uirorum, ibi conſpexit innumeros dæmones. Cumque ſuper hoc ualde miraretur, audiuit uocem dicentem ſibi, quod in illa ciuitate omnes faciebant uoluntatem dæmonum, & ideo ſufficiebat unus ad eam cuſtodendam. Econtra autem in prædicto monaſterio omnes fratres aduerſabantur ipsis malignis ſpiritibus. Propter quod maximum exercitum contra eos parabant ad eos pro uiribus impugnandum. Et ſic patet de tertia ratione.

**QUARTA** ratio, cur Chriſtus tentari uoluit, eſt, ut nobis reſiſtendi tentationibus diaboli modum præberet. Eſt enim commune prouerbium, quod clauus clauo reſiſtitur. Quia ergo diabolus tentando Chriſtum allegauit ſacram ſcripturam, & ſignanter illum textum Pſalm. Angelis ſuis mandauit de te, &c. ideo etiam ipſe Chriſtus reſpondit ſibi ex dictis ſacræ ſcripturæ, ut patet intuenti textum euangelij. In hoc ergo dedit nobis exemplum, & modum reſiſtendi tentationibus ipſius diaboli. Verbi gratia ſi tentat nos de ſuperbia, debemus illi reſpondere illud ſæpe repetitum uerbum Chriſti dicentis. Omnis, qui ſe exaltat, humiliabitur. Item illud Eccleſiaſtici decimō. Quid ſuperbis terra, & cinis? Item ſi tentat nos de auaritia, debemus illi reſpondere per illum textum Iob primō. Nudus egreſſus ſum de utero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Item per illum textum Apoſtoli. 1. Timoth. ſextō. Nihil intulimus in hunc mundum, nihil pariter nobiſcum auferemus. Item ſi tentat de luxuria, debemus illi reſpondere per illum textum. Ephesios quinto. Omnis fornicator, aut immundus non habet partem in regno Dei, & Chriſti. Et ſic de alijs tentationibus ſuo modo dicendum eſt. Et ſic patet modus reſiſtendi prædicti tentationibus Diaboli, ſcilicet, per textum ſacræ ſcripturæ ſaltem æquialenter, quod dicitur propter indoctos, & ſimplices.

**QUINTA** ratio prædictæ tentationis Chriſti eſt, ut repa ratio humanæ naturæ eſſet quodammodo correſpondens eius præuariationis, in præuariatione enim diabolus aſſumpſit ſpeciem uiſibilem, ſcilicet ſerpentis, cum tentauit Euam, ut patet Gene. 3. Et ut dicit magiſter hiſtoriarum, dictus ſerpens habebat uultum uirginem, ideſt, dulcem, & affabile, ut cautius deciperet ipſam Euam. Sic etiam imminente humanæ naturæ reparationis fine Diabolus aſſumpſit ſpeciem uiſibilem, cum uenit tentare Chriſtum. Veriſimile em eſt, quod tunc aſſumpſerit ſpeciem hominis deuoti, utpote, heremita, ut ſic facilis ſuo iudicio poſſet Chriſtum decipere. Et per hoc inſtruimur cauere nobis non ſolum à tentationibus maniſeſtis, uerumetiam ab occultis, & ſignanter ab illis, quæ latent ſub ſpecie boni. Da exem-  
plum

plum de aliquo uiro, qui iurat alicui mulieri, quòd eam maxime amat, sed non nisi castè, & in Domino. Cui illa credens credit se illi familiarem. Sed talis familiaritas plerunq; uergit in deteriorè exitum. Da eam exempli de illis bigottis mulieribus, quæ sub specie sanctitatis de facili allicunt animos uirorum spiritualium, & de uotorum ad carnales concupiscentias, etiam quandoq; usque ad actum nepharium. Ex quibus omnibus sequuntur multa scandala.

**S E X T A** & ultima ratio sepe dictæ tentationis Christi à diabolo est, ut ex modo dictæ tentationis homines peccantes inexcusabiles redderet. Sunt enim pleriq; qui allegantes excusationes in peccatis afferunt se non potuisse resistere tentationi, eò quòd nimium uehemens esset. Et hanc excusationem cõmuniter allegant uiri lubrici, cholericis, & iracundi, & similes. Sed excusatio talium in hoc aperte demonstratur falsa, & friuola, quòd diabolus non cogit Christum, ut de alto se precipitem daret, sed tantum hoc suauis dicens illi: Si filius Dei es, mitte te deorsum. Nam ut dicit August. super psalterium. Psal. 63. alligatus est diabolus, ne faciat, quantum potest, aut quantum uult. Tamen tantum illi à Deo tentare permittitur, quantum meredit proficientibus. Item Amb. lib. de paradiso. ca. 2. Non metuas, inquit, diabolū, qui adeo infirmus est, ut & ipse casurus sit in terram. Accepit quidem tentandi licentiam, sed non accepit subruendi copiam, nisi sua sponte labatur infirmus affectus, qui sibi auxilium nõ nouit accersire. Hoc ille. Patet ergo sex rationes, propter quas uoluit Christus tentari. Et sic patet responsio ad quæsitum.

**I N** presentii sermone non intendo prosequi Euangelium huius diei, eò qd ipsium exposui in expositione Euangeliorum quadragesimalium, sed intendo prosequi materiã de tentatione, quæ est à demone, & hoc sub certis quæstionibus.

**P R I M A** igitur quæstio est, cur tam auidè tentat diabolus homines? Responsio. Hoc non facit propter aliquã utilitatem, quam inde speret, quinimo scit, quòd quanto plures suis tentationibus ad peccatum, & consequenter ad damnationem traxerit, tanto maiorem cruciatum in inferno sustinebit, sicut per oppositum, qui plures suo exemplo, aut uerbo ad cœlum traxerit, maius premiũ habebit. Sola ergo causa, propter quam tam diligenter, & assiduè tentat diabolus homines,

est illius peruersa inuidia. Nouit enim, quòd homines per humilitatem assumuntur in cœlum, unde cecidit per superbiam, iuxta illud Luc. 1. Deposuit, supple, Dominus, potentes de sede, & exaltauit humiles. Cum itaq; considerat ipse spiritus malignus humanã naturam ordinari, & deputari supposita Dei gratia ad illam summã felicitatem, quam peccando irreparabiliter amisit, illi inuidet, & eam suis tentationibus impedire laborat à perceptione tanti boni. Unde per hoc ostenditur, quàm damnabile sit peccatum inuidiæ. Propterea August. libro de disciplina Christiana, de inuidia loquitur dicens: Auertat Deus hanc pestem ab animis omnium hominũ. Inuidia enim uitium diaboli est, cum quo solo ipse diabolus reus est. Non enim dicitur diabolo, ut damnetur, adulterium cõmissisti, furtum fecisti, uillam alienam rapuisti, sed homini stanti inuidisti. Itacelle. Idem dicit ser. 2. Dominicæ uigesimæ post Trinitatem.

**S E C U N D A** quæstio est, cur Deus permittit homines infestari tentationibus diaboli. Non enim uideatur licitũ duellum inter fortissimũ militem, & puerũ inermem. Modò diabolus fortissimus est, & robustissimus, ut habetur Iob. 9. Homo autem ualde debilis. Unde de utroque uideatur rectè posse intelligi illud uerbum Christi Matt. 2. 6. Spiritus promptus est, caro autem infirma. Responsio. Hoc permittit Deus ualde rationabiliter, & hoc signanter propter tria.

**P R I M O** quidem, ut sic magis honoretur ipse Dominus ab eo, qui tentatur. Nam cum quis tentatur, uidens qd non potest ex se tentationi resistere, cogitur ad Deum recurrere pro auxilio, & dicere illud Psal. Iniqui, id est, demones persecuti sunt me, adiuua me. Paulominus consummauerunt me in terra, id est, serè me redegerunt in nihilum. Propter quòd dicebat Iosaphath rex Iuda. 2. Paralip. 20. Cum ignoremus, quid agere debeamus, hoc solum residui habemus, ut oculos dirigamus ad te Domine Deus. Da exemplum de capitaneo custodiente castrum sibi à rege cõmissum. Contra quem si insurrexerit alius rex aduersarius, tunc statim mittit cursores ad Dominũ suum regem pro auxilio. Ad propositũ, castrum me est tam corpus, quàm spiritus, quæ duo nobis cõmissit Dominus fideliter custodienda, iuxta illud Deut. 4. Custodi te ipsum, & animã tuam sollicitò. Cum igitur sentimus tentat io-

sequitur. Sed ut dicit idem Grego. & recitatur in decre. 111: q. 3. præcipuè, scire debent huiusmodi prælati, quòd tot moribus digni sunt, quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt. Præcipuè autem dictos prælatos tentat diabolus de superbia, & presumptione. Nam, ut dicit ipse Greg. li. 34. moral. ca. 18. Tentator prælato in cogitationibus suggerit, quòd solo uite merito super ceteros excreuit, & si qua ab eo aliquando bene gesta sunt hæc eius importunè animo obijcit, loquitur quoque cordi suo dicens. Nisi omnipotens Deus te omnibus his meliorem cerneret, omnes hos sub tuo regimine non dedisset, sicque mentem eius erigit, & uiles, at que inutiles eos, qui subiecti sunt, ostendit, ita ut nullum iam quasi dignum respiciat, cui equanimiter loquatur. Vnde mox mentis tranquillitas in iram uertitur, atque cunctos despicit. Hęc Gre. ubi supra.

**Q**UARTI, quos præcipuè tentat diabolus, sunt ociosi, & torpentes. Cum enim uidet aliquem se non exercitantem in bono opere, mox tentat eum, ut ipsum occupet in malo opere, quia nescit animus hominis esse ociosus. Vnde ociosi dant locum, & ingressum diabolo in animas suas, cum tamen hoc prohibeat Apostolus ad Eph. 4. dicens. Nolite locum dare diabolo. Quamdiu enim Dauid in arte militari se occupauit, castrè uixit, sed postquam quieti se dedit, adulterium perpetravit. 2. Reg. 11. Similiter Salomon filius eius, quamdiu occupauit se in edificatione templi, & domus regie, laudabiliter uixit, postea uerò quiete data, multis fatuitatibus se dedit. 3. Regum. 11. Ecce quomodo ociosus plus tentantur à demone, quam qui alicui sancto exercitio se applicant. In cuius figuram legitur Marth. 13. quòd cum dormirent homines, uenit inimicus homo, idest, diabolus, & superseminauit Zizania in medio tritici. Ecce peccatum, quod oritur in corde ex negligentia boni operis. Propterea Hiero. ad Rusticum Monachum, & similiter recitatur de eò se. dist. 5. nunquam, dicit. Facito aliquid operis, ut semper diabolus inueniat te occupatum. Neque (ut ait quidam) faciliè capitur à tentatore, qui alicui bono uacat exercitio. Nam, ut dicit Iohannes Cassianus in colla. pa. Ociosus à pluribus demonibus infestatur. Qui autem bene operatur, solum ab uno. Quinimo nec talis de facili infestatur bene operantem

tem. Nota exemplum, quod refert idem Cassianus, ubi sup. uidelicet, de quodam sancto patre, qui cum transiret ante cellam cuiusdam Eremitæ incipientis Deo seruire, uidit diabolum manentem ante ostium cellæ suæ. Qui cum aliquandiu ibi stetisset, tandem illuc introiuit, sed non multo post inde exiuit, & paulo post iterum introiuit, sicque pluries alternatim idem operatus est. Demum sanctus senex cellam iuuenis fratris ingressus, eum interrogauit, quid prius egisset, & inuenit, quod causa, quod aliquid boni operabatur, diabolus tunc exhibat, quasi non ualens eum tentare. Cum autem ocio uacabat, tunc diabolus ad eum intrabat, & diuersimodè ipsum tentabat. Propter quod senex monuit eum, ut semper aliquid boni ageret, uisionem, quam uiderat, sibi narrans. Patet ergo, quomodo diabolus singulariter tentat ociosos.

**Q**UINTI, quos signanter diabolus tentat, sunt penitere uolentes, & ad Christum recurrere deliberantes. Vnde Hieron. 2. parte epistolarum suarum epistola. 51. Nos, inquit, quia diabolus scit uelle, filios Dei fieri, propterea expugnare nititur, & quasi serpens lubricus nostros laborat inuoluere pedes, ne ualeamus ascendere in cælum. Hęc ille. Item idem Hiero. ubi sup. Statim, inquit, ut diabolus senserit oues suas uelle recedere de proprio grege, fremit, furit, irascitur, & totius aduersus eas uiribus commouetur, perire sibi existimans, quicquid Christo saluatur, & mori synagoga suæ, quicquid ecclesiæ uiuificatur. Da exemplum de custode carceris, qui quamprimum sentit aliquem captiuum uelle recedere, aut iam in uia constitutum, ut abeat, mox currit post ipsum. Quem si capere possit, eum arctius recludit, ne iterum euadat. Da etiam exemplum de cane corrente post prædam suam. Item de cato post murem. In cuius figuram legitur. Exod. 14. quòd Pharao cum omni suo exercitu persecutus est filios Israel de Aegypto exire disponentes. Applicatio est facilis.

**S**EXTI, quos præ ceteris tentat diabolus, sunt moerentes. Nam cum homo ad extrema uenit, tunc diabolus fortius contra eum insurgit, sciens, quòd si tunc laqueos suos euaserit, nunquam deinceps rapere ipsum poterit. Et ideo tunc insidiatur, quasi leò absconditus in spelunca sua,

ut rapiat pauperem hominem . Facit enim tunc diabolus , sicut bonus dux belliq(ut dicit Vegetius de re militari lib. 3 . c . 10 .) collocat armatos suos ad transitu fluminum , ad precipitia montium , ad angusta loca siluarum , & ad ceteros quosque difficiles viarum exitus , ut sic facilius possit aduersarios suos oppugnare . Ita in proposito ad mortem cuiuslibet regulariter venit unus Magnus Capitaneus de regione inferni cum multitudine aliorum demonum , quos constituit hincinde , ut rapiant pauperem animam . Quam igitur angustę tunc sunt vię reproborum , ita ut illis sit impossibile euadere loqueos , & insidias malignorum spirituum . Sed quale tunc remedium morientibus contra insidias , & militiam diaboli ? Certę opus est bono tempore armare se ecclesiasticis sacramentis , quę solent morientibus dari , quę sunt confessio , eucharistia , & extrema unctio . Item opus tunc habere in suo comitatu tres egregias dominas regi Christo acceptissimas , contra quas totus exercitus demonum preualere minimę potest , quę sunt fides , spes , & charitas . Practica singula .

QUARTA quęstio est , quę sunt remedia contra tentationes diaboli . Responso . Remedia sunt tria .

PRIMUM est humilitas . Nam per veram cordis humilitatem , qua quis recognoscit se insufficientem , absque Dei gratia ad resistendum impugnationibus antiqui hostis , propter quod recurrit ad diuinum adiutorium , superantur huiusmodi impugnationes , sive tentationes . Hoc autem probatur tripliciter , uidelicet , auctoritate , figura , exemplo . Primõ quidem auctoritate Psalm . dicentis : Custodiens paruulos , idest , humiles , dominus . Humiliatus sum , & liberauit me , supp . a tentatione diaboli . Secundo uerõ figura . 1 . Reg . decimosextimo . de Dauid , de quo ibidem legitur , quod quamuis esset corpore exiguus , nihilominus uicit gigantem fortissimum . Applicatio est facilis . Tertio autem probatur idem exemplo . Legitur enim de Beato Antonio Eremita sanctissimo , quod cum semel uideret totum mundum laqueis plenum se inuicem conuocantibus , per quos designabantur tentationes diabolicę , cepit exclamare dicens . O quę euadet laqueos istos ! Et statim audiuit uocem de cęlo dicentem . Sola humilitas .

SECUNDVM remedium est deuota oratio . Quod uerem deuota oratio profit ad repellendum tentationes diaboli , probatur tripliciter , ut prius , uidelicet , auctoritate , figura , exemplo . Primõ quidem auctoritate saluatoris Matth . decimosexto . dicentis . Vigilate , & orate , ut non intretis in tentationem . Nam , ut dicit Isido . de sum . bo . lib . 3 . c . 7 . frequens , & feruens oratio uitiorum impugnationem extinguit . Vegetius de re milita . lib . tertio . c . decimo octauo . dicit , quod milites inter pugnandum debent clamare , eõ quod hostes terrentur clamoris horrore . Ita in proposito , cum tempore tentationis clamamus ad dominum per orationis suffragium , terremus hostes nostros demones . Secundo idem probatur figura Exod . decimosextimo . ubi legitur , quod orante Moysę , & eleuante manus in cęlum , populus Israeliticus uincebat Amalechitas . Vbi autem declinabat manus , tunc Amalechitę uincebant Israel . Ad propositum Amalechitę designat demones nos suis tentationibus infestantes , quos facillę superamus , dum ad orationis suffragium recurrimus . At uerõ dum pigri , & indetoti sumus , ab eis superamur . Tertio idem probatur exemplo Beati Petri Martyris Ordinis Fratrum Prędicatorum , de quo legitur , quod cum semel discipularet de fide contra quendam acutum Hęreticum , dictus quoque Hęreticus fornasset contra eum argumentum satis subtile , ille caprata honesta occasione euehrit ad quandam Ecclesiam uicinam . Quam cum fuisset ingressus , & coram imagine beatę Virginis orationem cum lachrymis fudisset , audiuit uocem , quasi ex dicta imagine procedentem , & dicentem . Ego rogaui pro te Petre , ut non deficiat fides tua . Moxque rediit ad locum certaminis , & argumentum prædicti Hęretici luculentissimę soluit . Ecce quomodo dictus sanctus uirtute orationis superauit tentationem Diaboli , quã sibi proposuit , medio dicti Hęretici .

TERTIUM remedium contra tentationes diaboli est diuę passionis deuota recordatio , & cõtēplatio . Hoc autem probatur tripliciter . a auctoritate , figura , exemplo . Primõ quidẽ auctoritate Apost . ad Ro . 12 . dicentis . Recogita eũ , qui tale sustulit a peccatoribus aduersus semetipsum cõtēditionem , ut

non fatigimini animis uestris deficientes. Nec solum ualet dicta recordatio dominicę passionis contra tentationes demonis, uerum etiam carnis. Propter quod dicebat Augustinus suo Manuali. c. 22. Cum me pulsata aliquę turpis cogitatio, recurro ad uulnera Christi. Cum Diabolus parat mihi insidias, fugio ad uiscera misericordię dñi mei, & recedit à me. Si ardor libidinis moueat membra mea, recordatione uulnerum domini mei Iesu Christi extinguuntur. In oibus aduersitatibus non inueni, tam efficacē remedium, quàm uulnera Christi. Hęc ille. Secundò idem propositum probatur figura. Legit em̄ Num. 21. quòd ad aspectum serpentis enei in palo erecti hoies sanabantur à moribus serpentium, ita in proposito sanantur homines à moribus serpentium, id est à tentationibus Demonũ per aspectum i. recordatione Chri in cruce pendentis, quę habuit formam serpentis, i. hoies, quia habitu uenenus est, ut homo, ut habet ad Phil. 2. non tñ habuit uenenum peccati. Tertiò idem propositũ probat exemplo Beatę Catharinę Senens̄ Ordinis sanctorũ B. Dñici. Hęc enim Chri sponsa interdum patiebat multas tentationes, & illusiones diabolicas, etiam uisibiles. Sed quàm primũ reuertebat ad Chri passionem, siue ad effigiem Chri in cruce pendentis, omnis talis phantastica illusio mox euanescebat, & inueniebat se dicta uirgo interius ualde consolatam. Armetus igitur nos charissimĩ prædicto triplici remedio contra insidias inimici, si uelimus euadere laqueos ipsius, & uictores cęlum tandem conscendere. Quod nobis concedat, quę in trinitate perfecta, uiuit & regnat. Amen.

*Dominica secunda Quadragesimę, Sermo primus de Epistola.*



**R**A T R E S, rogamus uos, & obsecramus in dño. Iesu, ut quemadmodum, &c. 1. ad Thess. 4. Quamuis rogare, & obsecrare pro eodem interdum capiuntur, nihilominus differunt. Nam rogare est aliquid, siue à Deo, siue ab homine simplici modo petere. Sed obsecrare est aliquid petere ob reuerentiam alicuius rei sacre. Vnde obsecrare idem ualet sicut ob sacra rogare, iuxta nominis Ety-

Ety-mologiam. Exemplum de primo, sicut cum oramus dominum dicentes. Pater de cęlis Deus miserere nobis. Filius redemptor mundi Deus miserere nobis. Exemplum de secundo, sicut cum oramus eundem dominum dicentes. Per mysterium sanctę incarnationis tuę, libera nos domine, Per passionem, & crucem tuam, libera, &c. Et quia cum petitur aliquid per modum obsecrationis, i. ob reuerentiam alicuius rei sacre, magis debet prouocari ille, à quo petitur ad illud dandum, quàm cum tñ simplici modo petitur, ideo talẽ modum obseruat apostolus in uerbis præmissis, dicens. Fratres, rogamus uos, & obsecramus, i. ob sacra rogamus in domino Iesu, i. ob reuerentiam domini nostri Iesu Christi, ut quemadmodum accepistis, &c.

**I**N præfenti ergo epistola apostolus tria facit.

Primò hortatur nos ad uitę perfectionem, in principio epistola.

Secundò hortatur nos ad mali uitationem, ibi.

Vt abstineatis, &c.

Tertiò prædictę uitationis subdit rationem, ibi.

Quoniam uindex est, &c.

**P**R I MÒ igitur Paulus hortatur unumquęq; nostrum ad uitę perfectionem, dicens. Fratres, rogamus uos, & obsecramus in domino Iesu. Vbi notandum, quòd dñs est nomẽ timoris. Vnde dominus uno modo idem ualet, sicut dñs minas, ut est illud, Luc. 13. Nisi penitentiam habueritis, oēs simul peribitis. Iesus autem est nomen amoris, Nam ut dicit, deuotus Ber. ser. 6. de Natiuit. Dñi. Hoc nomen Iesus est mel in ore, melos in aure, iubilus in corde. Item idem ser. 2. in cęna Domini. Ipse Iesus dulcis est in uoce, dulcis in facie, dulcis in nomine, dulcis in opere, dulciior apparebit in Deitatis uisione. Hęc ille. Ecce quomodo Iesus est nomen amoris. Cum ergo Apostolus ista duo nomina Dominus Iesus, simul iungit dicens. Obsecramus in domino Iesu, uult dicere. Si dominum timetis, & Iesum amatis, facite, quod obsecramus, ut, scilicet, dignè ambuletis placentes Deo, ut abundetis magis.

**C**I R C A quod notandum, quòd homines se habent in multiplici differentia circa ambulationem spiritualem. Nam aliqui retrocedunt, alij pausant, alij ambulant damna-

biliter, alij uerò ambulant salubriter.

**PRIMÒ** igitur aliqui non ambulant proficiendo per uitæ meritum, sed potius retrocedunt per uitæ demeritum, ut sunt illi, qui semel inchoauerunt bonam uitam, & semitam iustitiæ, quæ ducit ad uitam æternam, quasi iam alteri pedem habentes in cælo, sed postmodum relicta dicta uia redeunt ad uitam, quæ ducit ad perditionem, per quam fortè aliquando inceperant, ita ut de Mirabilia redeant ad defectum in salutare tuum anima mea. Et tales comparat Augustinus serpenti, ut patet ad fratres in eremo serm. 4. qui intitularur de prudentia, ubi dicit, quòd cum serpens uult descendere ad aquam, tunc uenenum suum reponit in loco tutissimo, quo ab aqua recedente, iterum ipsum uenenum resumit. (Sic, inquit, ipse Augustinus.) multi faciunt, ut sunt illi, qui post renunciationem mundanæ conuersationis, & uitiorum reuertuntur ad uenenum prauæ consuetudinis, quibus melius esset ueritatem non agnouisse, quam post agnitionem retrorsum abire. In hoc enim uno debemus imitari serpentes, quod uenenum deponit, sed non quia iterum uenenum resumit. Hęc ille. Audiant ergo tales retrocedentes, & corde intelligant, quid ueritas dicat, Luc. ix. Nemo, inquit, mittens manum ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei. Practica, quomodo per recidiuum, Deus efficit discipulum ad remittendum, Diabolus fortior ad inuadendum, homo debilitat ad resurgendum.

**SECUNDÒ** aliqui paulant in presenti uita, ut sunt illi, qui confidunt in multitudine præcedentium bonorum operum, arbitrantur illa sufficere eis ad salutem, propter quod negligunt à cætero ieiunare, orare, pauperibus subuenire, ecclesiis frequentare, peregrinari, & huiusmodi. Sed tales malè attendunt, quòd Dauid octogenarius quamuis multa bona egisset nihilominus dicebat. Dixi, nunc cepi sup. bene operari. Item legitur in uitis patrum de beato Arsenio, quòd interdum orabat dominum dicendo, Domine non me derelinquas, quia nihil boni feci coram te, sed præsta mihi secundum magnam benignitatem tuam, saltem modo dè habere bene uiuendi principia. Non est ergo paulandum in presenti uita per cessationem boni operis, sed continuè ambulandū, quia ut dicit Ber. ser. 2. in purificatione beatorum uirginis.

uirginis. In uia nitè non progredi, regredi est, cum nihil in presenti in eodem statu permaneat.

**TERTIÒ** aliqui in presenti ambulant damnabiliter, ut sunt multi miseri peccatores, qui ruunt dieitum de peccato in peccatum, apponentes iniquitatem super iniquitatè, de quibus loquitur Apost. ad Phil. 3. dicens. Multi ambulant, quos sepe dicebam uobis, nunc autem & mens dico inimicos crucis Christi, quorum finis interitus, quorum Deus uenter est. Practica de illis, qui currunt ad lupanar, ad tabernas, ut inebrientur, ad spectacula, & choreas, ad ludos prohibitos, & hmoi. Omnes enim tales ambulant damnabiliter, quia finis eorum est interitus. æterna damnatio. Vnde postquam fuerint cum mille demoniis in inferno, dicent illud Sap. 5. Lassati sumus in uia iniquitatis, & perditionis, & ambulauimus uias difficiles, uiam autem dñi ignorauimus. Quid nobis profuit superbia per quem sup. ambulauimus cum adhuc in seculo essemus. Aut diuitiarum iactantia, quid contulit nobis? Trā fuerunt omnia illa tam quam umbra.

**QUARTÒ** aliqui ambulant salubriter, ut sunt iusti perseverantes in bono uirtutis, atque in eo proficientes, & crescentes per uitæ meritum. Quibus etiam loquitur Apostol. in presenti epistola dicens. Sic ambuletis, ut abundetis magis. Et de tali abundantia loquitur Christus Matt. 5. dicens. Nisi abundauerit iustitia uestra, plusquam scribarum, & pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum. Non ergo sufficit ad salutem, ut boni simus, nisi etiam studeamus meliores fieri de die in diem, tendentes de imperfecta uirtute ad perfectionem. Quod ubi fecerimus, proculdubio ad regnū cælorum tandem peruenimus, iuxta illud Psal. Ibunt, id est, in presenti boni de uirtute, in uirtutem, & tandem in futuro ab eis, clarè & nudè uidebitur Deus Deorum in Siō, id est, in cælo. Videat ergo unusquisque, quomodo ambulet, an scilicet, proficiendo, an desciendo, quia necesse est alterum fieri, nec est medium dabile inter profectū, & defectum. In cuius figuram legitur Genesis 28. quòd Iacob, uidit in somnis scalam sursum erectam, atque angelos per eam ascendentes & descendentes. Non autem dicitur ibidem, quod ipse Iacob uiderit aliquos angelos, in scala sedentes, siue stantes, sed ascendentes, aut descendentes,

ut per hoc denotetur, quod necesse est, ut ascendamus per uitę meritũ, aut descendamus p Culpę demeritum. Sic em̄ exponit dictam figuram Bern. epistola 91.

**P R A E T E R E A** Apostolus in presenti epist. hortat nos ad uitę perfectionem propter aliã rōnem, cū ait. **Q**uā hęc est uoluntas Dei, sanctificatio uestra, id est, ut sancti sitis.

**P R O** quo notandum, quod debemus sancti esse propter quatuor. Primò quidem propter diuine uoluntatis adimpletionem. Ex quo enim Deus ita uult, ut dicit Apost. cōsequēs est, ut tales esse debeamus, eò quod ipse nihil præcipit, nec uult, nisi quod est bonum, iustum, & sanctũ, cuius etiam uoluntas, cum nobis signo innotescit, talis, ac tanta est, ut illi contradicere minimè liceat. Ro. 9. Voluntati eius quis resistit? Secundò propter diuinitatis inhabitationem, Deus em̄ uult habitare nobiscum per gratiam, iuxta illud Prouerb. 8. Delicię meę esse, cum filiis hominum.

**C**um ergo ipse sit sanctus sanctorum, iustus est, ut & nos simus sancti, si modò dignè uelimus eum intra nos recipere. Hinc ipse ait Leuit. 20. Sancti estote, quia ego sanctus sum. Tertiò propter officij dignitatem. Et istud tangit uiros ecclesiasticos, quorum officium est celebrare diuina, & ideo debent summa sanctitate pollere. In cuius figuram legitur. 2. Paralip. 30. quod Lęquitæ sanctificati immolauerunt Phale domino. Item Exo. 19. præcipit dominus dicens. Sacerdotes, qui accedunt ad dominum, sanctificentur, ne percutiat eos. Parisus olim cōstrui fecit Iulius Cęsar pallatium quoddam, quod usque in hodiernum diem palatium thermarum dicitur, ubi nunc est dōmus Claniacen. Thermę autem est dictio gręca, quę balnea latinè dicitur. Forfan ergo hmoi palatium thermę dicitur, eò quod sacerdotes idolorum ibi se lauarent, priusquam idolis immolarent, in cuius rei signũ sunt ibi canalía lapidea, per quę currebat forsan aqua balnearis, prout proprijs oculis conspeximus. Si ergo sacerdotes idolorum se lauabant, priusquam idolis suis immolarent, ut sic mundi essent corpore, quanto magis sacerdotes legis gratiæ debent se lauare in aqua confessionis, & penitentię, priusquam offerant Deo patri summum sacrificiũ, quod est altaris sacramentum? **Q**uartò propter penę uitatio nem. Et istud similiter tãgit dominos ecclesiasticos, ad quos

clamat

clamat scriptura Exod. 19. dicens. Sacerdotes, qui accedũt ad dominum, sup. celebraturi diuina, sanctificentur, ne percutiat eos. Si enim ipse dominus percussit Ozam morte subita, eò quod irreuerenter tetigisset arcam domini, quamuis pio affectu, ne, scilicet, caderet in terram, ut legitur. 2. Regum. 8. quanto magis timere debent iudicium domini ecclesiastici, cum culpa mortali tangentes dignissimũ Christi corpus in altari, maxime cum sit infinitis dignius arca ueteris testamenti? Præctica similiter de laicis indignè accedentibus ad altaris sacramentum. Patet ergo, quare debemus esse sancti. **Q**uod etiam innuit Apost. in presenti epistola, cum ait. Hęc est uoluntas Dei sanctificatio uestra. Et sic patet de primo principali.

**S E C U N D O** principaliter idem apostolus hortatur nos ad mali uitationem, cum ait. Hęc est, supple, uoluntas Dei, ut abstineatis uos à fornicatione, ut sciat unusquisque, &c. Circa quod aduertendum, quod Paulus uolens multis prodesse, multos hominum status hortatur in hac epistola ad mali uitationem, ne ullus prætendat ignorantiam dicens. Nesciens feci.

**P R I M O** igitur loquitur Apostol. his, qui lege matrimonio nij non alligantur, nec uoto continentię astringuntur, dicens. Hęc est uoluntas Dei, ut abstineatis uos à fornicatione, quę est solui cum soluta. Et hanc uoluntatem nobis insinuat dominus in datione mandatorum decalogi, cum ait. Non mechaberis. Exod. 20. Vnde ad maiorem expressionem, eandem uoluntatem reperit Deutero. 5. dicens. Non mechaberis. Vbi per prohibitionem Mechię prohibet dominus secundum doctores Theologos omnem actum carnalem, qui est extra limites matrimonij. Illi ergo solui turpiter se decipiunt, qui reputant simplicem fornicationem nullum, aut leue esse peccatum, dicentes per hoc nulli facere iniuriam. Sed in hoc aperte mentiuntur, quia fornicando Christo iniuriantur, prout probat August. de uerbis Apostoli ser. 18. exponens illud 1. ad Corinth. 6. Nescitis, quia corpora uestra membra sunt Christi, ubi sic ait. Corpus tuum est mēbrum Christi. Agnosce ergo in te Christum, & parce in te Christo. Hęc ille. Dicit etiã Apostol. ad Rom. 8. quod corpora nostrã templum sunt, spiritus sancti.

Qui

Qui ergo fornicatur, polluit templum Spiritus Sancti. Ecce quam grauius talis iniuriatur Christo, & Spiritui Sancto, Propterea Iſido. de summo bono lib. 2. dicit fornicationem esse grauiorē morte, quia melius est mori, quam fornicari. Hęc ille. Est ergo abstinentium ad fornicationem, iuxta consilium Apost. in presenti Epistola.

SECVNDÒ idem Apost. loquitur in hodierna Epistola coniugatis, dicens. Hęc est, supple, uoluntas Dei, ut sciat unusquisq; uestruū uas suū possidere in sanctificatione, & honore. Sed quod est istud uas, de quo loquitur Apost. gl. interl. dicit, q̄ est corpus humanū, quod est uas animæ, huiusmodi ergo uas debet unusquisq; possidere in sanctificatione uirtutum, & honore, non inhonoretur aliqua turpitudine. Cuius, proh dolor, contrarium faciunt omnes fornicatores, & adulteri, ita ut de unoquoque talium possit rectē dici illud Psal. Homo cum in honore esset, quia ad imaginē, & similitudinē Dei factus secundum animam, non intellexit, comparatus est iumentis, brutaliter uiuendo, & similis factus est illis, secundum corpus. gl. autem ord. dicit, quod per uas in proposito intelligitur uxor, quę est uas, in quo fit generatio. Et de hoc uase loquens Apost. ad coniugatos hortatur eos dicēs. Sciat unusquisq; uestrum uas suum, id est, uxorem, possidere in sanctificatione, ab ea abstinentes pro loco, & tempore, & honore, ut non abutatur matrimonio, cum ea turpiter agendo. Unde sequitur. Nō in passionibus desiderij, sicut gentes, quę ignorant Deum. Propterea Tobie. 6. legitur, q̄ Asmodeus habet potestatem super eos, qui conubia suscipiunt, ut libidini uacent, sicut equus, & mulus. In opere ergo matrimoniali queratur principaliter finis matrimonij, qui est procreatio prolis ad Dei honorē, & naturę humanę multiplicationem, atq; celestium mansionū repletionem, & reparationem. Quod si queratur libido effrenata, tūc mortale peccatum est. Si autē talis libido queratur infra limites matrimonij, ueniale peccatum est, dummodo aliud non ponatur. Unde August. lib. de bono coniugali. Coniugalis, inquit, concubitus, qui fit generandi gratia, nō habet culpā. Si uerō fiat gratia concupiscentię satiantis, sed tamen cum coniuge, propter fidem thori ueniale habet culpam. Adulterium uerō, siue fornicatio letalē habet culpā. Et post pauca: Reddere,

inquit,

inquit, debitum coniugale, nullius est criminis, exigere autē ultra generandi necessitatem, culpę est uenialis. Hęc ille.

TERTIÒ Apostolus in presenti Epistola loquitur diuitibus, & nobilibus, atque potentibus huius seculi, dicens, Hęc est uoluntas Dei, sup. ne quis uestrum supergrediatur fratrem suum, id est, proximiū suum ipsum iniuste opprimendo, sine uiolentiam illi inferendo. Sed magis ipsum supportet, consideras apud se, q̄ Dominus pauperes fecit, sicut & diuites, & pro utriusq; equē sanguinē suum fudit in remissionem peccatorū. Item considerare debet diues, aut nobilis, q̄ multi pauperes erunt in cœlo supra multos reges, ac principes. Similiter q̄ Christus in suo primo aduentu non elegit multos potētes, aut multos nobiles, ut habetur. 1. ad Cor. 1. Sed pauci ista attendunt, & considerat, sed fermē omnes tales despiciunt, cōtemnunt, & cōculcant, quātū in eis est, pauperes, iuxta illud Iac. 2. Nonne diuites per potentiā opprimunt uos? Sunt enim p̄dicti similes simi, quę libenter, si potest, ascendit super recta domorum, & tunc discooperit domos, projiciens hincinde regulas. Sic & diuites, ac nobiles huius seculi frequenter discooperiūt pauperes, iuxta eos habitates modica possessione sua. siue per usuram, siue per fraudem, rapinam, aut iniquā palliationē equitatis, & iustitię. Bene ergo ad propositū loquitur Hiero. 3. parte Epistolarū suarum Epistola. 75. dicens. Vbi hodie auaritia? ubi superbia? Nonne in diuitibus, nobilibus, & potentibus huius seculi. Nonne & latrones sunt, qui & pauperum mercedem uiolenter deprecantur, & eos deprimunt, atq; necant? Hęc ille. Tales ergo meritō possunt appellari Pharaonistę, quasi Pharaonem crudelissimū regem imitantes in hoc, scilicet, q̄ pauperes filios Israel grauius opprimebat oneribus, ut patet Exo. 1.

QUINTÒ Apostolus loquitur in hac Epistola negotiatoribus huius seculi, dicens. Hęc est, supple, uoluntas Dei, ne quis circunueniat in negotio fratrem suum, scilicet dolendo in negotio ipsum decipiendo, uel iniustis debitis illaqueando, ut dicit, glo. interl. Sed profectō maxima pars negotiatorum, non obstante gratiosa admonitione Apostoli etiam ex parte Domini, agit totum contrarium. Nonne hodie multi circunueniunt in negotio fratres suos, uendendo cum iniusto pondere, numero, & mensura. Similiter



eos circumueniunt frequenter in substantia rei uenalis, Item in qualitate. Similiter in tempore, quia non solum statuto tempore, & sic de multis alijs deceptionibus, quas in dies adueniunt humana malitia. Propter quod Hier. 9. dicitur. Vnusquisq; se à proximo suo custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam, quia omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet, & uir fratrem suum deridebit postquam, supple, cum circumuenerit in negotio. Sequitur: Docuerunt linguam suam loqui mendaciam, scilicet, inter mercandum. Et breuiter, ut scribitur de pe. dist. 5. qualitas. Difficile est inter uendentes, & ementis commercium sepe non interuenire peccatum. Patet ergo qualiter Apostolus in præsentī Epistola instruit quatuor hominū genera ad mali uitationem. Et sic patet de secundo principali.

**TERTIO** principaliter idem Apostolus prædictæ uitationis assignat rationem, cum subdit dicens: Quoniam uindex est Dominus de his omnibus. Pro quo notandum, quod sunt aliqua mala, quæ in præsentī ab homine puniuntur, qualia sunt illa, per quæ turbatur, & impeditur bonum reipublicæ. Et huiusmodi sunt furta, homicidia, stupra, & si qua sunt similia. Alia uerò sunt, quæ referuntur diuino iudicio, ut sunt fornicatio, adulterium, & signantur occultum. Item peccata nobilium, & potentium, quæ cōmuniter terreni iudices formidant punire, & talibus dicere: Cur ita facis? Similiter in contractibus, & negotiationibus multa permittuntur ab humanis legibus, quæ tamen uetat lex diuina, ut est illa lex, id est, causæ cognitione. ff. de minoribus. 2. 5. annis, quæ dicit, quod in precio emptiois, & uentiois licitum est naturaliter contrahentibus se circumuenire. Cuius tamen contrarium hic dicit Apost. cum ait: Neq; quis circumueniat in negotio fratrem suum. Quia ergo prædicta peccata non puniuntur à iudice terreno, ideo referuntur Dei iudicio. Et hoc est, quod ait Apost. Quoniam uindex est de his omnibus. Hoc autē patet sic inductiue. Primò quidem de simplici fornicatione, & adulterio loquens Apost. Heb. 13. dicit, quod fornicatores, & adulteros iudicabit Deus. Quanta etiam pro illis delictis ultionē olim fecerit Dominus, sacræ historiæ ueteris testamenti apertè demonstrant. Secundò quod uindex sit de

oppressione,

oppressione, quam solēt potentes pauperibus inferre, liquet apertè in ultione, quam fecit de Pharaone, qui oppresserat filios Israel. Exo. 14. Tertio, quod uindex sit idem Dominus de fraude, & dolo, quæ cōmittere uolent negotiatores circumueniendo proximos suos, patet per illud Apoc. 18. Mercatores terræ flebunt, & lugebunt, supp. in inferno, & hoc propter abusus, quos in mercando cōmiserunt. Qui ergo cupit uitare diuinā uindictā in alio seculo subeundā, caueat sibi à prædictis peccatis, & uniuersaliter ab omnibus. Quod ubi fecerit, tandem accipiet benedictionem à Domino, & misericordiam à Deo saluari suo. Qui non uocauit nos in immunditiam, sed in sanctificationem. Quam nobis tribuat, qui in Trinitate perfecta uiuit & regnat. Amen.

*Dominica secunda Quadragesima, Sermo secundus de Euangelio.*



**MULIER** magna est fides tua. Matth. 15. Pro introductione præsentis sermonis mouetur quæstio talis.

Quæ sunt conditiones ueræ fidei, propter quam mulier chanaanica in hodierno Euangelio tam excellenter commendatur à Christo?

Respondetur, quod huiusmodi conditiones sunt multæ.

**PRIMA** dicitur necessitatis. Nam iuxta Apostoli testimonium Heb. 11. Sine fide impossibile est placere Deo. Et post pauca: Credere, inquit, oportet accedere ad Deū, accedentem, inquit, passibus mentis, quia est, sup. uniuersalis creator uniuersorum. Item quia est remunerator omnium bonorum, ideo sequitur. Et inquirētibus se remunerator sit. Sine enim istis duobus articulis nemo unquā saluari potuit. Qui quidē articuli semper fuerunt necessarij ad credendum explicitè, etiā ante dationē legis scriptæ, & hoc cū fide implicita aliorū articularū. Tempore autē legis scriptæ tenebantur Iudæi ad plura explicitè credendū, quam tempore legis naturæ, secundum reuelationes illis factas. Vnde tunc temporis maiores eorum tenebantur habere fidem explicitam de mysterio incarnationis, simplices autem tantam fidem implicitam, secundum beatum Thom. 2. 2. quæst. 2. art. 7. Tempore autem legis gratiæ omnes uniuersaliter tam maiores, quam minores

Es tenentur habere fidem explicatam de mysterijs Christi, & præcipue de illis, quæ communiter solennizantur, & publicantur in ecclesia, ut puta, quod ipse Christus sit incarnatus, natus, passus, & sic de alijs articulis, qui continentur in symbolo Apostolorum, quod incipit. Credo in Deum patrem omnipotentem, &c. Ecce quam necessaria est fides formata ad salutem, etiam ante lapsum sicut post lapsum, sed non eodem modo, sicut declarat idem beatus Thom. ubi supra. Vnde de huiusmodi necessitate loquens Athanasius in principio symboli sui, ait. Quicumque vult saluus esse, ante omnia opus est, ut teneat catholicam fidem. Et ideo, ut nullus ab ipsa fide excusetur, symbolum ipsius est publicè in ecclesia laicis prædicandum, ut dicitur de conse. dist. 4. symbolum. Et sic patet de prima conditione fidei.

**S E C U N D A** conditio fidei dicitur integritatis, de qua subditur in prædicto symbolo. Quam nisi quisque integram serauerit, ab ipse dubio in æternum peribit, Qui enim adhæret aliquibus articulis fidei, & non alijs, fidem non habet, sed potius hæreticus censendus est, & presertim si sit pertinax. Et ideo ipsa fides rectè figuratur per tunicam inconsultilem Christi, quæ diuisa non fuit. Vnde Ambro. super Lucam. lib. 10. dicit, quod dicta tunica inconsultilis, quæ diuidi non potuit, nobis significat, quod fides non debeat diuidi, sed solida permanere. Ad hanc etiam fidei integritatem probandam beatus Thom. 2. 2. q. 5. articulo 3. facit talem rationem. Articulus fidei non creditur, nisi quia Deus illos nobis reuelauit, & quia ecclesia illos nobis tradidit, tãquam de necessitate credendos. Modò sic est, quod ille, qui pertinaciter discretè uni articulo fidei, non vult se submittere reuelationi à Deo factæ, sed potius vult sequi proprium, & erroneum intellectum. Relinquitur ergo, quod talis non habet fidem infusam. Ex quo patet, quod ipsa fides debet esse integra.

**T E R T I A** conditio fidei dicitur puritatis. Debet enim esse pura absque permixtione cuiusque erroris, secundum, quod innuitur in prædicto, symbolo. cum dicitur. Quam nisi quisque inuiolatam. i. immaculatam, & puram serauerit, absque dubio in æternum peribit. Hanc autem fidei puritatem non habent inuocatores dæmonum, qui in suis infirmitatibus

tabibus, & necessitatibus, ubi deficit eis ars medicinalis, recurrunt ad sortilegos, & sortiarias mulieres, item ad diuinos, & diuinatrices. Nam multi sunt, qui se perdidierint aurum, vel argenteum, ouem, aut bouem, sicut agricolæ, potius recurrunt ad huiusmodi damnatissimas, & reprobatissimas personas, quàm ad Deum, uel sanctos eius, quasi diabolus sit potentior, aut paratior eis auxilium ferre, quàm Deus, siue sancti eius, cum tamen Dominus hoc prohibeat Deut. 18. dicens. Non sit in uobis maleficus, nec incantator, neque qui phitones consular, nec diuinos. Omnia enim hæc abominantur Dominus. Talis etiam secundum iura sunt excommunicandi, ut patet. 26. q. 5. c. 1. quod incipit. Quod autem sortilegi, & diuini. Vnde curati in suis prorsus dominicalibus tales solent excommunicare. Prædicti ergo non habent fidem puram.

**Q U A R T A** conditio fidei dicitur firmitatis. Nam, ut dicit Bernardus de consideratione ad Eugenium papam lib. 5. Fides ambigua non habet, aut si habet, non est fides, sed opinio. Fidelis ergo absque quacumque dubitatione debet firmiter adherere his, quæ sunt fidei, ut quod Deus sit trinus, & unus. Item, quod filius in diuinis sit incarnatus, passus, & quod resurrexit, & huiusmodi. Quamuis enim talia non uideamus, nec naturali ratione probari possint, firmius tamè illis adherere debemus, quàm his, quæ ad oculum uideamus. Oculus enim corporalis potest decipi, ut patet in Iudificatione, qua interdum utuntur ioculatores, Italicè bagatelieri, ita ut homo Iudificatus iudicet de oue, quod sit lupus, aut de homine, quod sit asinus. Aliquando etiam ex uehementi egritudine commouentur humores, ita ut homini multa appareant, quæ non sunt, ut patet in phreneticis, amentibus, & arreptitijs. At uero circa ea, quæ fidei sunt, tales illusiones non possunt accidere. Cuius ratio est, quia Deus, qui talia reuelat, non potest fallere, nec falli. Nihil ergo firmius fide.

**Q U A R T A** conditio fidei dicitur operositatis. Non enim sufficit ad salutem habere fidem in corde: nisi sequantur bona opera tempore, & loco, quia ut haberetur. Iaco. 2. Fides sine operibus mortua est. Nam sicut sola uerba pietatis nudum, uel effluentem non recreant, si non uestis, & cibus præbeantur, ita fides uerbo tenus seruata non saluat. Vnde Greg. homil. vigesima nona. expo-

mens illud Mar. 16. **Qui** crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. dicit. Fortasse aliquis apud semetipsum dicit. Ego credo, ergo saluus ero. Talis uerum dicit, si modò fidem operibus tenear. Vera enim fides est, quæ in hoc, quod uerbis dicit, moribus non contradicit. Hinc est, quòd de uerbis falsis fidelibus Paul. dicit ad Titum. 1. Confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Et 1. Iohan. 2. **Qui** dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est. Tunc ergo ueraciter fideles sumus, cū qd uerbis promittimus, operibus complemus. Hæc Greg. ad idem etiam propositum loquitur Hier. 3. parte epistoliarum suarum epistola. 8 5. ita dicens. Dicas mihi ò homo, qui solum nomine, & uerbo Christianus es. Fidem Christi habes, & prædicas. Hoc bonum est, sed ubi opera? Nefici, quòd fides sine operibus mortua est? Certè dicam tibi. **Qui** Christum tantum ore, & non opere laudat, ipsum negat. Si ergo, quæ dicis, firmiter crederes, Deum timeres, & de peccatis tuis uerecundaberis. Et si credis, & malafacis, centuplo puniendus es. Nonne peccatum, quòd fit ex certa malitia, infinito peius est peccato, quòd fit ex ignorantia? peccauit Angelus, peccauit homo. Alter ueniam potuit inuenire, alter non. **Quare?** Quia ille ex propria malitia. Homo ex suggestione diabolica. Hęc ille. Patet ergo, quòd fides debet esse operosa, iuxta illud uerbum Apostoli ad Gala. 5. dicentis. In Christo Iesu ualeat fides, quæ per charitatem operatur.

**Sexta**, & ultima conditio fidei dicitur simplicitatis. Nam ea, quæ sunt fidei, non sunt curiosè inuestiganda, aut discutienda, utpote, inquirendo, quare sic, uel sic factum est, uel quemodo sic, uel sic fieri potest, sed simpliciter, & absolute sunt credenda. Si enim Mahumetus in alcorano suo prohibet quæstiones, & dubia moueri circa legem suam plenam fabulis, & mendacijs, quanto minus licet curiosè inquirere de his, quæ ueræ fidei sunt? Et quàmuis Doctores Theologi circa articulos fidei plures moueant quæstiones, ut uidere est in summis suis, hoc tamen non faciunt ex curiositate, aut dubietate, sed ut plenius elucidetur ueritas, & ostendatur, qualiter respondendum sit rationibus aduersariorum. Cum enim ea, quæ sunt fidei, sint supra capacitatè naturalis humani intellectus, ualde fatuum est, & temera-

riam uelle per humanas rationes de illis discutere, aut curiosè illa inuestigare. Nam, sicut in speculabilibus prima principia probari non possunt, sed debent supponi, tanquàm uera, ita in proposito. Vnde talem curiositatem prohibet scriptura Eccles. 3. dicens. Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris, sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. Non enim est tibi necessarium ea, quæ abscondita sunt, uidere oculis tuis. Hæc ibi. Propterea narratur de magistro Alano uiro doctissimo, quòd cum proposuisset in quodam egeri solennissimo nimis curiosè de ijs, quæ fidei sunt loqui, & definire, quando uentum est ad rem, ita obtulit, ut aliud dicere non posset, nisi hoc uerbum. Sufficiat uobis uidisse Alanum. **Quod** etiam ex tunc in proverbium dici solet, cum alicui dicto fides indubia est adhibenda. Patent ergo sex conditiones ueræ fidei, quas non dubium in se habuit mulier Chanaëa. Et ideo non mirum, si de eadem fide fuerit à Christo commendata ualde excellenter, cum ait ad eam. **O** mulier magna est fides tua. Et sic patet ad quæsitum.

In Præsenti sermone tria principaliter tractabuntur, secundum quòd præsens Euangelium secundum triplicem sensum exponetur, uidelicet.

Historialiter.

Moraliter.

Allegoricaliter.

**PRIMÒ** igitur quantum ad sensum historicum in ipso Euangelio fit mentio de tribus personis aliter, & aliter se habentibus, uidelicet.

De muliere Chanaëa humiliter supplicante, quia. **Miserere** mei, &c.

De eius filia grauiter ægrotante, quia. **Male** à dæmonio uexatur.

De Christo misericorditer succurrente, quia. **Fiat** tibi, sicut uis.

**PRIMÒ** igitur quantum ad prædictum sensum historicum fit mentio de muliere, &c. Nam, ut refert Mattheus. **Regressus** Iesus, sup. de terra Genesâr, in qua, ut legitur eius-

dem Matth. decimoquarto. ipse curauerat omnes male habentes, & præcipuè fimbriam uestimenti eius tangentes, fecit in partes Tyri, & Sidonis. Vbi notandum, quòd Tyrus, & Sidon nomina sunt ciuitatum in terra promissionis sitarum, quas inhabitabant gentiles, de quibus comminatione loquebatur dominus duabus alijs ciuitatibus in eadem terra promissionis sitis, quas tamen inhabitabant Iudei, dices illud Matth. 11. Ve tibi Corozaim, ue tibi Bethsaida, quia si in Tyro, & Sidone facta fuissent uirtutes, quæ in uobis factæ sunt, olim in cinere, & cilicio pœnitentiam egissent. Verumetiam dico uobis, Tyro, & Sidoni remissus erit in die iudicii, quàm uobis. Profecto similia uerba possunt hodie in properari peruersis christianis, & signanter malis clericis, & religiosis, atque prelatis, & rectoribus populi, de quibus se potest dici illud Mat. duodecimo. Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum uobis generatione ista, supp. pessima, & condemnabunt eam, quia egerunt pœnitentiam ad prædicationem Ionæ. Prædicti autem peruersi christiani, nec pœnitentiam agere uolunt, nec prædicationem audire, quinimo maximo odio persequuntur eos, qui illis ueritatem dicunt, iuxta illud Amos. 5. Odio habuerunt corripientem in porta. id est, apertè, & publicè, eò quòd peccatum eorum est publicum, sicut segesse legitur beatus Iohannes Baptistam quando redarguit Herodem. Marc. 6. Et loquentem perfectè, id est, ueraciter, & constanter, abominati sunt detrahentes de eo. Sed de hoc hætenus.

**SEQUITUR** in textu. Et ecce mulier Chananaea à sinibus illis egressa clamabat dicens. Miserere mei domine fili Dauid, si. m. &c.

**QVÆRIT** potest. Vnde mota fuit mulier Chananaea uenire ad Christum rogatura pro salute filiae suae? Nunquid eum prius uiderat miracula facientem? Certè uerisimile est, quòd non, quia non legitur aliàs Christum in partes Tyri, aut Sidonis excessisse. Vnde ergo mota fuit? Certè duobus. Primò quidem ex fama publica. Vnde legitur Marc. 3. quòd multitudo magna eorum, qui circa Tyrum, & Sidonem morabantur, audientes signa, quæ faciebat ipse Christus, uenerunt ad eum. Secundo mota fuit à spiritu sancto, qui uocauit eam interiori mouendo, & intellectu illum illuminando de

de diuinitate Christi, quam expressè credit, cum ait illi. Domine adiuua me. Vnde etiam tandem laudauit eam Christus de excellentia fidei suae, cum ait illi. O mulier magna est fides tua.

**NOTANDUM** ergo, quòd hæc mulier non uenit sola ad Christum, quinimo pro illius reuerentia adduxit secum tres pulchras domicellas ipsi Christo acceptissimas, & quæ exprimuntur in præsentiu Euangelio. Quas etiam debemus habere in nostro comitatu, quoties accedimus ad ipsum Christum aliquid petitori.

**PRIMA** igitur domicella fuit humilitas, quia adorauit Christum, dicens. Domine adiuua me, habuit ergo humilitatem in signo, quia adorauit eum. Item in uerbo, quia uocauit eum dominum. Se autem non est ausa uocare ancillam tanti domini, sed caetallam, cum ait. Nam, & caetelli, &cqr. Sic, & nos instar huius mulieris debemus habere humilitatem, quoties rogaturi sumus dominum, quia ut dicit psalm. Ipse respicit in orationem humilium, & non spernit preces eorum. Quinimo eam libenter ad se uenire permittit per exauditionem. Vnde Eccl. trigesimoquinto. Oratio humiliantis fe nubes penetrabit, & donec propinquet, sup. ad dominum, non consolabitur, & non discedet, donec altissimus aspiciat. Talis fuit oratio illius publicani, de qua dicitur Lucæ decimo octauo, quòd cum uenisset in templum oraturus dominum, præ ingenti humilitate terra fecit. Primò à longe stetit, reputans se indignum propius accedere. Et multi grauissimi peccatores non erubescunt hodie stare prope sacerdotem diuina celebrantem. Secundo nolebat. oculos ad cælum leuare, sed ipsos inclinabat uersus terram, dicens ad dominum cum filio prodigo illud Lucæ decimo quinto. Pater peccaui in cælum, & coram. Et hodie multi brantes in ecclesia uertunt oculos nunc sursum respicientes tectum ecclesie, nunc ante, nunc retro, nunc à dextris, nunc à sinistris, nunc ridendo, & colloquendo cū isto, nunc cū illo, & sic de multis, ac penè in finitibus dissolutionibus, & ideo hò mirum, si non exaudiantur à domino. Tertio percutiebat pectus suam; clamans se peccatorem, & dicens. Deus propicius, &cqr. Et multi hodie uolunt se iustificare cum pharisæis dicentes: Ieiunamus, decimas soluimus; elemos

synas facimus, multas orationes ad Deum fundimus, & se de alijs. Sed audiant tales de operibus suis bonis se iactantes, Dominum Luc. 17. dicentem: Cum feceritis omnia, quae praecipita sunt vobis, dicite, serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus.

SECVNDA domicella, quam secum adduxit mulier Chananaea fuit patientia. Hanc autem domicellam secum habere ostendit tripliciter. Primò quidem, quia cum uidisset, quòd Christus prima fronte non respondisset ei uerbum, non est turbata per impatientiam, dicens ad eum, Quare mihi non loqueris? Nonne sum deterioris conditionis, quam illa mulier turpis in adulterio deprehensa, cui tam gratiose, & benignè locutus es dicens, Mulier ego te non condemnabo: Iohan. 8. Neque similiter dixit ei, Non sum abiectionis conditionis, quam illa mulier Samaritana, quae uenit haurire aquam, & cum qua tam familiariter, atque benignè locutus es: Iohan. 4. Hæc ergo, aut similia non est locuta mulier Chananaea ad Christum, tacentem, sed patienter tale silentium Christi tulit. Secundò uerò, quia cum audisset ipsum Christum discipulis pro eorogantibus dicentem: Non sum missus, nisi ad oues, quæ petierunt domus Israel, tunc dixit eum acceptorem personarum esse, aut quòd ipse nimis durus esset, quippe qui pro discipulis suis nihil facere uellet, sed patienter tale responsum audiuit. Tertio autem, quia cum secundò ad eundem Christum accessisset adorans, & dicens: Domine adiuua me: illeque illi respondisset non esse bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus, uelato sermone uocans eam canem, suscepit patienter prædictum uerbum, siue conuiuium. Nec tamen conuiuium illud dicendum erat, quòd à Domino dictum erat. Nam sicut dicit August. super psal. psal. 58. seruus si aliquid tale Domino suo dicat, conuiuium est. Dominus autem cum aliquid tale dicit seruo suo, dignatio potius dici potest, quam conuiuium. Hæc ille. Huius ergo mulieris exemplo docemur habere patientiam, cum aliquid durum, aut amarum nobis dicitur. Similiter etiam ad idem prouocamur exemplo eiusdem Christi, de quo dicitur. 1. Per. 2. quòd cum malediceretur, non maledicebat. Sed profectò pauci ita facere uolunt, sed omnes seruè reddunt maledictionem pro maledictione, iniuriam pro iniuria, & conuiuium pro conuiuium, cum tamen

tamen dicat August. ad fratres in eremo ser. 9. qui intulerat de ira fugienda. Si, inquit, tantæ perfectionis non sumus, ut bonum pro malo non soluamus, saltem malum pro malo non reddamus. Hæc ille.

TERCIA domicella, quam in suo comitatu habuit mulier Chananaea, quando uenit ad Christum, fuit perseverantia, quam realiter secum habere ostendit, quandoquidem à Christo, quasi ter repulsa, à petitione tamen sua non desistit, sed continuè perseverauit, quousque adiuuit illud Christi responsum, quod summopere affectabat: Fiat tibi, sicut uis. Sic & nos huius mulieris exemplo debemus perseveranter petere, si quid à Domino petimus. Non enim semper in promptu exaudit deprecantem, nisi forsitan cum orat pro remissione peccatorum suorum, quæ sine mora confertur, iuxta illud Ezech. 18. In quacunq; hora ingemuerit peccator, omnium, &c. Cur autem differat alia petita citò conferre, est, ut dicamus in petendo perseverare, & in perseverando meritum, & gloriâ augere. Et hoc est, quod loquitur Greg. lib. 20. mora. ca. 25. Deus, inquit, differre solet uoces petentium, ut merita crescant patientium, quatenus eò magis exaudiantur ad meritum, qui citius non exaudiantur ad uotum. Hæc ille. Et sic patet de prima parte literalis presentis Euangelij.

SECVNDÒ quantum ad sensum historicum presentis Euangelij fit mentio de filia mulieris Chananae grauitæ ægotante, quia male à demonio uexabatur, prout dixit mater ad Iesum. Qui enim à demonio uexantur, spumant, clamant, & nisi impediuntur, uolunt se precipitare in aquam, & ignem, & de alto in abyssum. Item præ dolore aliquando discerpunt seipsos, sicut legitur de quodam, qui adductus fuit ad Christum. Mar. 1. Similiter tales insurgunt in homines, ut illis noceant, si possunt. Vnde Matth. 8. legitur, quòd semel occurrerunt Christo duo homines habentes demonia, exeuntes de monumentis seui nimis, ita ut nemo posset transire per uiam illam.

QUAERITUR circa hoc, quare Dominus permittit alijs quos homines uexari à spiritibus immundis? Hanc questionem quære solutam in expositione Euangeliorum quadragesimalium in presenti Dominica, ubi assignantur sex rationes. Vide ibi.

**TERTIO**, quantum ad prædictum sensum historicum præsentis Euangelij fit in eo mentio de Christo misericorditer succurrenti filiæ mulieris Chananeæ, cum ait dictæ matri. Fiat tibi, sicut uis. Et sanata est filia eius ex illa hora. Sanauit ergo eam Christus quatuor modis. Primò uelociter, quia ex illa hora. Non sic autem sanant Medici egrotos suos, sed per tempus. Quos etiam interdum malitiosè tenent diu in ægitudine, & præsertim, si fuerint diuites, ut peramplius salarium recipiant. Secundò integraliter, quia sanata est. Si enim expulsiuit Christus diabolum eam uentrem ab uno membro sui corporis, & non ab alio, nequaquam diceret Euangelista absolutè, quòd sanata est, sed cum additione, utpote, secundum talè, uel talè partem sui corporis. Non sic autem semper sanant Medici, aut Chirurgici suos patientes, sed tantum secundum partem, siue ex malitia, siue ex imperitia, siue ex morbi incurabilitate. Tertio liberaliter, quia fiat tibi, sicut uis. Nihil enim exegit Christus pro tanto beneficio, nec ante, nec post, quia bonorum nostrorum non indiget. Non sic autem agunt Medici, aut Chirurgici, sed interdum componunt de precio dando, priusquam aliquid agant circa patientem, etiam immoderatum salarium exigentes. Quarto faciliter, quia solo uerbo Psal. Dixit, & facta sunt. Item Gen. 1. Dixit Deus, fiat lux, & factum est ita. Non sic agunt prædicti, sed necesse est eos applicare actiua passiuos, quibus etiam applicatis non semper sequitur sanitas. Ecce, quam misericorditer Christus succurrit filiæ mulieris Chananeæ. Et sic patet de prima parte præsentis Euangelij, in qua tractatur sensus historicus eiusdem.

**SECUNDÒ** principaliter quantum ad sensum moralem, siue tropologicum notandum, quòd per dictam filiam mulieris Chananeæ, quæ uexabatur à spiritu maligno designatur anima peccatrix, quæ intra fe tor habet demonia, quor uicia mortalia, quia ut dicit Chrysol. homi. 12. magnus demò est peccatum. Quòd autem huiusmodi demò, id est, mortale peccatum uexat animam peccatricem, patet ex illo textu Esl. 57. Impij, quasi mare feruens, quod quiescere non potest. Sequitur. Nonne est pax impijs, dicit dominus. Item Hier. duodecimo. Non est pax uniuersæ carni, id est, carnalibus homi-

hominibus. Et eiusdem. 16. Seruicis dijs alienis dic, ac nocte, qui non dabunt uobis requiem. Dicit etiam August. lib. 1. confess. Iussisti domine, & est, ut pœna sibi sibi omnis inordinatus animus. Ecce quomodo peccatum ad modum demònis uexat animam peccatricem. Sed quale remedium, ut expellatur huiusmodi demònis ab humana conscientia? Certè imploranda sunt suffragia matris ecclesiæ triumphantis, utpote, dicendo. Sancta Maria ora pro nobis. Sancte Petre ora pro nobis, & sic de alijs. Vel dic ad literam, quòd prædicta mulier Chananeæ orans pro filia sua demoniaca significat, quòd parentes carnales debent orare dominum pro filijs, & filiabus suis male agentibus, ut dignetur eos emendare dominus, aut de medio tollere, priusquam deteriores fiant. Nota de Beata Monica, quæ ualde instanter, & perseveranter orabat dominum pro conuersione filij sui Augustini, prout ipsemet refert lib. 3. confess. dicens, quòd ipsa orando dominum plus, & abundantius flebat pro illius conuersione, quòd flere soleant aliæ matres corporca funera filiorum suorum. Refert etiam lib. 5. de eadem, quòd omni die bis, scilicet, mane, & uespere offerebat oblationem ad dominum in ecclesia pro illius conuersione. Quia ergo in sic agendo diu perseverauit, ideo tandem meruit à domino exaudiri.

**POST QUAM** ergo uisum est, quomodo anima peccatrix est demoniaca, & quomodo orandum est pro illius liberatione, consequenter uidentum est, quomodo sanatur à domino. Vbi notandum, quòd sanatur spiritualiter à domino quatuor modis conformiter ad illos quatuor modos, quibus sanauit filiam mulieris Chananeæ corporaliter, de quibus prius dictum est. Primò igitur sanat uelociter, ipse enim paratior est ad remittendum peccata, quam homo ad petendum. In cuius figuram legitur Luc. decimo quinto, de patre filij prodigi, quòd occurrit filio suo ad eum reuertenti. Secundò sanat eam integraliter. Psalm. Propitiatur dominus omnibus iniquitatibus tuis, & sanat omnes infirmitates tuas, supple, spirituales. Tertio sanat eam liberaliter nihil exigendo, quia domini est terra, & plenitudo eius. Quarto sanat eam faciliter, quia solo uerbo restaurat uniuersa.

**Q**UÆRITVR circa hoc quomodo sanitas spūalis uocari potest? Respondetur, quod per multa media.

**P**RIMÒ per uerbum Dei, iuxta illud Psal. Misit uerbum suum, & sanauit eos, & Sapient. 16. dicitur. Sermo tuus dominè sanat omnia. Item Matth. 8. Tantum die uerbo, & sanabitur puer meus. sic enim dicebat ille Centurio Christo. Vnde in figuram huius legitur de beato Barnaba, q̄ ponebat euangelium beati Matthei super infirmos, & sanabant continuò. Modus autem, quo per uerbum Dei sanitas spūalis acquiritur, talis est. Nam per ipsum uerbum dei, quod proponitur populo, incipiunt peccatores ipsum audientes compungi, & de salute sua cogitare. Et ideo debent predicatorum frequenter loqui de illis materijs, quæ possunt pauperes peccatores ad compunctionem inducere. Nota de illa peccatrice, quæ ad uerbum cuiusdam feruentis predicatoris adeo compuncta est, quod scissum est cor eius medium. De qua postea reuelatum est, quod anima eius uirtute talis contritionis ascendit in cælum. Ecce quantum prodest auditio diuini uerbi.

**S**ECONDÒ sanitas spūalis acquiritur per elemosynam. Luc. 11. Date elemosynam, & ecce omnia munda sunt uobis. Vnde dictum est à Daniele propheta regi Nabuchodonosor. Peccata tua elemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum, forsità ignoscet Deus delictis tuis. Dicit autem forsitan, propter libertatem arbitrii. Similiter Tob. 4. dicitur q̄ elemosyna ab omni peccato, & à morte, supple, spūrali, & æternali liberat. Vnde de hoc figuratè legitur Matth. 12. de homine habente manum aridam, cui dixit Christus, Extende manum tuam. Quod cum fecisset, restituta est sanitati. Sic dicit dominus diuini. Extende manum tuam ad pauperem, &c.

**T**ERTIÒ sanitas spūalis acquiritur per ueram cordis contritionem. Vnde in psal. sana contritiones eius, quia commota est, uidelicet anima. Propter quod de Christo scribit Esa. 61. Spūs domini misit me sanare contritos corde. In figuram etiam huius legitur. 4. Regum. 20. Item Esa. 38. de rege Ezechia, qui cum ægrotaret ad mortem, conuertit faciem suam ad parietem, & fleuit amarè. Propter quod dñs restituit eum pristinæ sanitati. Applicatio est facilis.

**Q**UÆR

**Q**UARTÒ prædicta sanitas spūralis acquiritur p̄ deuotam, & feruentem orationem. Vnde Dauid post commissum adulterium, & homicidium orabat dominum, dicens. Domine Deus meus clamaui ad te, supple, pro remissione peccatorum meorum, & sanasti me. Similiter Hieremias in persona peccatoris loquebatur ad dominum, dicens: Sana me domine, & sanabor: saluum me fac, & saluus ero. Eiusdē. 17. Causa autem cur dictus propheta dicit ad dominum. Sana me domine, & sanabor, scilicet, ab infirmitate spūali, est, quod ipse solus potest conferre dictam sanitatem. In cuius figuram legitur Marc. 5. de quadam muliere hemorrhoiſſa, id est, quæ sanguinis fluxum patiebatur ann. 62. & quæ omnia sua erogauerat in medicos, nec tamen quicquam pro fecerat, sed magis deterius habebat, quod tandem uenit ad Christum, à quo plenam sanitatem consecuta est. Applicatio est facilis.

**Q**UINTÒ prædicta sanitas spūralis acquiritur per ueram oris confessionem. In cuius figuram legitur. 4. Reg. 5. quod Elisæus dixit ad Naaman leprosum, per quem designatur peccator, Vade, inquit, & laua te septies in Iordane, & recipiet sanitatem caro tua. Qui cum sic egisset, plene sanatus est. Sic Deus præcipit peccatori à peccato desistere uolenti, & sanitatem animæ suæ cupienti, ut uadat ad fluum Iordanis, id est, ad sacramentalem confessionem, & ibi lauet se septies, scilicet, se accusando de singulis mortalibus peccatis, per eum commissis. Quod ubi fecerit, indubiè sanitatem spūalem recipiet anima sua. De hoc etiam aliam figuram habes, Luc. 17. de decem leprosis. Hi enim cum ad præceptum Christi irent ad sacerdotes legis, ut se illis ostenderet, subito in uia mundati fuerunt. Applicatio est facilis.

**S**EXTÒ, & ultimo, sepe dicta sanitas spūralis acquiritur per meritum passionis Christi, iuxta illud propheticum uerbum Esa. 53. In uisore eius sanati sumus. Idem dicitur. 1. Pet. 2. In cuius figuram legitur Nume. 21. quod percussis à serpentibus uenenosis, aspicientes ad serpentem æneum sanabantur. Vbi nota, quod serpens æneus habens quidem figuram, & similitudinem serpentis mortiferi, rectè designat Christum, qui habuit similitudinem carnis peccati, caruit tamen ueneno peccati. ad Philip. 2. In similitudinem hominum

faciunt

factus, & habitu inuentus, ut homo. unde Aug. super Ioh. dicit, quod sicut, qui intuebantur serpentē equeum in deserto, non peribant moribus serpentum, sic qui intuentur Christi mortē, sanantur a moribus peccatorū. Patet ergo, qualiter fanitas spiritalis procurari potest, & acquiri sex modis. Et sic patet de secundo principali.

**TERTIO** principaliter quantum ad sensum allegoricum præsentis euangelij, notandum quod mulier Chananea fletis dolentis filie sue, & de eius salute sollicita designat ecclesiam militantem, quæ est mater Christianorum. Hæc igitur mater uidens filios suos, aut filias à dæmone possideri per peccatum, flet, & dolet, rogat quoque sponsum suum Christum, ut dignetur eos liberare. Hoc autem specialiter facit in quadragesima. Vnde utrumque in fine cuiuslibet missæ de ieiunio legit ecclesia speciale collectam pro populo Christiano, ut dignetur possessos à Dæmone per peccatum liberare, in præsentem quidem per gratiam, & in futuro per gloriam. *Quam* nobis concedat, qui in trinitate peccata uiuit, & regnat. Amen.

*Dominica tertia Quadragesima, Sermo primus de Epistola.*



**E**STOTE imitatores Dei, sicut filij charissimi, ad Eph. 5. Commune est, ut homo in uia constitutus ignorans, quam uiam tenere debeat, dum est in biuio constitutus, quærat uiam, quã tenere habet ab illis, qui sunt de patria, & qui eam optimè nouerunt, eo quod sæpe per eam ambulauerunt, aut eos sequatur. Ad propositū nos sumus in hoc mundo, tanquam alienigenæ peregrini, & uia-tores tendentes in cælum, tanquam ad terminum, & domū habitationis nostræ perpetuæ, quia ut dicit Aposto. ad Heb. 13. Non habemus hic manentē ciuitatē, sed futuram inquirimus. Nos autem ignoramus dictam uiam, Christus autē eam optimè nouit, maximè cum sit de patria illa cælesti & diuinitatem. Vnde in sua incarnatione de ea descendit, carnem humanam assumendo. Et iterum ad eam rediit in sua ascensione, illuc eandem naturam sursum eleuando. Vnde

ad Ephes. 4. Qui descendit, ipse est, & qui ascendit super omnes cælos, ut adimpleret omnia. Relinquitur ergo, quod debemus sequi ipsum Christum, si uelimus tenere rectam uiam, quæ ducit ad ipsum cælum. Ad quod etiam faciendum nos hortatur Apostolus in uerbis præmissis dicens, Estote imitatores Dei, supple, humanati, sicut filij charissimi.

**IN** præsentem ergo epistola Apostolus hortatur nos ad imitationem Dei, si uelimus esse filij eius charissimi. Pro quo notandum, quod debemus pro posse nostro imitari istos tres uidelicet.

Omnipotentem Deum, Iesum Christum, Virum iustū.

**PRIMO** igitur debemus imitari omnipotentem Deū, non quidē in omnibus. Voluit enim hostis antiquus in cælo esse, ut Deus, propter quod inde fur expulsus, & ad inferos detracta est superbia eius, ut hī Eia. 14. Similiter Adam, & Eua uoluerunt Deū imitari in scientia, dicente eis antiquo serpente. Eritis sicut dii scientes bonū, & malū, & de paradiso terrestri electi sunt cum omni posteritate sua, atque humiliati sunt penē infinitis miserijs animæ, & corporis. De quibus ait Aug. uoluerunt rapere diuinitatē, & perdidit felicitatē. Ite Nabuchodonosor uoluit Deū imitari in gloria potētæ suæ, & mutatus est in beluam in imaginationem suā. Dan. 4. Item. 16. q. 1. miror. Quia ergo prædicti indecenter uoluerunt Deum imitari, ideo grauius puniti sunt. Nun cressat ostendere, in quibus debeamus ipsum dñm Deum imitari. Illi autem sunt tria, uidelicet, charitas, liberalitas, pietas.

**PRIMO** igitur debemus eū imitari in dilectione. De eo enim scribitur Sap. 11. Dilige omnia, quæ sunt, & nihil odisti eorum, quæ fecisti. Eius ergo dilectio non est particularis, sed generalis. Sic & nos debemus illius exemplo omnes diligere, ita ut nemo uiuentium excludatur à dilectione nostra, etiam quantumcunque nobis nocuerit. Sic enim eum imitatus est Ioseph, qui liber, & ex corde peperit fratribus suis uenditionem suam, quoniam descendit in Aegyptū, ut cibos emerent. Vnde ut legitur Gen. 45. cum se illis manifestasset dicens. Ego sum Ioseph frater uester, quem uendidistis in Aegyptum, illique nimio timore terreuerunt, ait. Nolite pauere, neque durum nobis esse uideatur, quod uen-



Adidisti me in his regionibus. Pro salute enim uestra misit me Deus ante uos in Aegyptum. O immensa benignitas. O indicibilis charitas. Nedum enim ille pepercit fratribus uestrametiam benignissimè, & humanissimè consolatus est eos. Similiter in huiusmodi dilectione imitatus est dominum ipse Dauid, qui cum interdum in potestate sua haberet Saul querentem eum occidere, illi tamen pepercit. Vnde de eo legitur. 1. Regum. 24. quòd dicit militibus suis. Propitius sit mihi dominus, ut non mittam manum meam in Christum domini. De eodem etiam legitur. 2. Reg. 16. quòd cū Semei multa opprobria, & contumelias illi diceret, uelletque ob hanc causam Abisai eum percutere, & occidere, hoc prohibuit pius rex dicens. Dimitte eum, ut maledicat mihi. Quid ultra referam de dilectione Apostoli Pauli. Nonne optabat anathema esse à Christo pro fratribus? prout ipsemet ait ad Rom. 9. Nonne etiam legitur Act. 7. de beato Stephano, quòd positus genibus orauerit dominum pro se lapidantibus? horum itaque sanctorum uiuorum exemplo debemus esse imitatores Dei in dilectione inimicorum. Ad quod etiam faciendum nos admonet Christus Matth. 5 dicens. Diligite inimicos uestros, benefacite his, qui oderunt uos, & orate pro persequentibus, & calumnantibus uos, ut sitis filij patris uestri, uidelicet, per imitationem, qui solem suum otini facit super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos. Super quo dicit Chrysostom. Homil. 20. quòd nihil est, quod sic nos Deo similes faciat, ut malignis, atque lædentibus esse placabiles.

SECUNDO debemus imitari Deum in liberalitate. Nā de eo scribitur Iacob. 1. quòd dat omnibus affluenter, & non improperat. Non facit ergo Deus more hoium mundanorum, qui si alicui quantumcumque; parū benefecerint, ille autem in omnibus illis non complacuerit, mox ei improperant præstitum beneficium, iuxta illud Eccl. 20. Exigna dabit, & multa improperabit. De prædicta etiā Dei liberalitate, & magnificentia loquens Apost. ad Ephe. 2. ait, Deus qui diues est in misericordia, &c. Ipse enim adeo liberalis est, & magnificus, quod semper plus dat, quàm ab eo petatur iuxta illud uerbum Apost. ad Ephe. 3. dicentis. Ei autem, qui potens est omnia facere superabundanter; quàm petimus, aut intellegimus,

petimus, &c. In cuius rei signum Salomoni petenti à domino sapientiam ad regendum populum suum, dictum est, Iuxta illud Tob. 4. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue. Si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impartiri stude. Super quo dicit gl. interl. quòd uoluntas à Deo pensatur, non dati quantitas. Propter quod saluator plus reputauit duo minuta, quæ in templo obtulit mulier uidua, & paupercula, quàm multa, quæ multi diuites illic obtulerunt, ut habet Mar. 12. Sed profecto hodie pauci diuites uolunt imitari dñm Deum in liberalitate, & magnificentia, quinimmo multi dñm sunt tenaces, & auari, alij uerò prodigi. Sūt em̄ inter diuites, & nobiles huius sæculi plerique, qui in bāquetis, histrionibus, & ludis multa exponere sunt parati, qui uix minutas elemosinas faciunt pauperibus, cum tamen dicatur distinct. 86. donare. & c. sequenti, quod dare histrionibus, & prohibitis uenatoribus, ac personis turpibus, non est largitas, sed uitium.

TERTIÒ debemus imitari Deum in pietate, seu misericordia, iuxta illud Christi uerbum Luc. 6. Estote misericordes, sicut & pater uester cælestis misericors est. Dicit autem patris misericordia ostenditur in tribus. Primò quidem in longa expectatione hominum peccatorum ad penitentiam. Esa. 1. Expectat Deus, ut misereatur uestri. Hoc patuit in Pharaone, quem diu expectauit, priusquam eum cum suo exercitu demerit in mari rubro. Exod. 14.

SECUNDO uero in offensionibus, & culpæ remissione. Nā de eo dicit Iohel. 2. quod est multæ misericordie, & præstabilis super malitia populi sui. Tertiò autem in temporalium largitione. Et ad hunc sensum uidetur esse intelligendum illud Psal. Misericordia domini plena est terra.

IN istis tribus debemus imitari patrem nostrum cælestem. Primò quidem in longa expectatione eorum, qui sunt nobis debitores, & præsertim, qui non possunt præinopia debita soluere. Et istud est contra diuites, qui opprimunt pauperes sibi debiteres absque ulla misericordia, cogentes eos soluere in terminis præfixis absque dilatione. Et huius generis erat ille nequissimus, de quo legitur Mat. 18. quòd postquā dñs

eius dimisit ei oē debitū, tandem inuenit unum de cōseruis suis, qui erat apud eū in modico debito, cui ait., Redde, qđ debes. Cui alter. Patientiam habe in me, & oīa reddā tibi. Ille autem noluit, sed misit eū in carcerē, donec redderet debitum. Secundō debemus imitari mīam eiusdem patris celestis in offensarū, & iniuriarum remissionē, iuxta illud uerbū monitoriū. Apost. ad Eph. 4. dicētis. Estote inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem, sicut Deus in Christo donauit uobis. Item ad Colossens. 3. Supportantes inuicem, & donantes uobismetipsis, si quis aduersus aliquem habet q̄relam, sicut & dominus donauit uobis, ita & uos. Tertiō debemus imitari misericordiam prādicti patris celestis in temporalium largitione. Istud tamen concernit seculares possidentes diuitias huius seculi, quibus loquitur dominus Luc. 16. dicens. Facite uobis amicos de mammona iniquitatis. Et quia diues epulo noluit in hoc imitari patrem celestem, ideo sepultus est in inferno. Luc. 16. Caucaut ergo sibi diuites huius seculi ne sint immisericores ad pauperes, quia ut habetur Iacob. 2. Iudiciū sine misericordia fiet eis, qui nō fecerit misericordiam. Patent ergo tria, in quibus debemus imitari Deum, prout nos admonet Apostolus dicens. Estote imitatores Dei.

**S** E C U N D Ō principaliter debemus imitari dñm nostrū Iesum Christū. Et quāuis ipse secundū quōd Deus, & p̄ unū sint, ut habetur Iohan. 8. & per consequens, qui imitat unū imitetur reliquum, tñ iste terminus Christus aliud connotat, quōd ille terminus Deus, assumptam humanitatē. Est ergo in presenti quaestio de imitatione Christi secundum, quōd omni modo. Et in quantum huiusmodi debemus cum imitari in tribus, uidelicet.

In humilitate, In patientia, In perseuerantia.

**P** R I M Ō igitur debemus imitari Christū in humilitate, prout ipsemet nos admonet Matth. 11. dicens: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Notanter, autē dicit humilis corde. contra eos, qui in exteriori p̄tēdunt maximā simplicitatē, & humilitatē, cum tñ interioris plerunq̄e sint pleni superbia, & p̄sumptione. Ecclesiast. 19. Est qui nequiter humiliat se, & interiora eius plena sunt dolo: De p̄dicta ergo imitatione humilitatis Christi loquens. Augu. ad fratres in

in eremo serm. 46. qui intitulatur de angelis, & hospitalitate, dicit sic, Discamus fratres à Christo non mundum fabricare, non cuncta uisibilia, & inuisibilia creare, nō in ipso mūdo miracula facere, non mortuos suscitare, non siccis pedibus super aquas ambulare, non hęc omnia, sed tantum, quia mitis est, & humilis corde. Hęc ille. Idem etiam dicit de uerbis domini sermo. 10. ubi exponit prādictam autoritatem, Discite à me, &c. Nec solum certē docuit nos ipse Christus uerbo imitari eum in humilitate, uerum etiam factō, & opere. Tum quia uoluit in humili loco nasci, quia in p̄sepio, Lucæ. 2. Tum quia uoluit à Iohanne baptizari Marthæ tertio. Tum quia in cęna pedes discipulorum suorum lauit. Iohannis decimotertio. Et breuiter, ut dicit Cypriaus, & recitatur distincto 93. dominus noster, omnia à Christo facta sunt humiliter, ut nos humilitatis haberemus exemplum,

**S** E C U N D Ō debemus imitari magistrum nostrum Christum in patientia. De eius enim patientia, quanta fuerit aperte propheterando ostendit Esa 54. dicens. Oblatus est, quia ipse uoluit, & non aperuit os suum. Sicut ovis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondeute se obmutescet, & non aperiet os suum. Item de eius patientia loquens Petrus ait. Cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur. 1. Petri. 2. Iudæi nempe illi quandoque iniuriati sunt uerbo, ut potē uocando eum peccatorem, samitanum, dēmoniacum, & hmōi. Item quandoq̄ signo, ut uelando faciem eius in passione, & dicendo. Prophetiza nobis Christe, quis est, qui te percussit? Similiter induendo eum ueste purpurea, & dando sibi pro sceptro baculum arundineum, cum gestaret coronam spineam in capite, & dicendo illi cum genuflexione. Aue rex Iudæorum. Item quādoque factō, ut potē, ipsum percutiendo, flagellando, coronando, crucifigendo. Et tamen in his omnibus piissimus Iesus patientiam perfectissimē seruauit. Vade, & tu fac similiter. Scriptum nempe est Lucæ vigesimoprimo. In patientia uestra possidebitis animas uestras. Et ut dicit Gregor. super Ezech. 8. Nemo sanctorum ad caelestem gloriam nisi patientiam seruando peruenit. Practica, quomodo pauci patientiam seruando contra iniurias uerbales, reales, & Ser. Do. G. Pep. Pars Hiem. B b illuso-

illuforias, sed oēs volunt se vindicare, siue in propria psona, clauū clano retundēdo, siue per uīa iuris. Et ideo non mirū, si pauci saluantur. Similiter ut dicit Ambros. super Pf. Beati immaculati, exponendo illum uersum. Paratus sum, & non sum turbatus, Raras Iob hodie inuenitur in terris, qui est diuitias amiferit ex toto, in super & filios, uermes, quique ex toto corpore suo fluerent, à Dei tamen charitate separari non potuit. Hęc ille.

**TERTIÒ** debemus imitari Christum in perseuerantia. De eo enim dicit Apost. ad Phi. 2. quòd factus est obediens patri usque ad mortem. Ecce illius perseuerantia. Sic, & nos illius exemplo debemus perseuere in bono incepto usque ad mortem, quia ut dicit. Greg. li. 1. moralium, & similiter recitatur de pe. dist. 3. incassum. Incassum bonum opus agitur, si ante uitę terminum deseratur, quia frustra uelociter currit, qui priusquam ad metas ueniat, deficit. Item Seneca de uerborum copia. Nihil, inquit, prodest didicisse beneficere, si cesses. Et Isidorus de summo bono. libr. 2. c. 5. Non, inquit, inchoantibus pręmium promittitur, sed perseuerantibus. Scriptum est enim. supp. Matth. 10. Qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit. Et per oppositum de cessantibus à bono incepto, dī Eccl. 2. Ve his, qui perdididerunt sustinentiam. i. perseuerantiam. Multi enim beate in ceperunt, & pro tempore perseuerauerunt, ita ut iam uiderentur penetrare cęlos, qui tandem turpissimē ceciderunt. Vnde Aug. ad fratres in eremo ser. 8. Non est, inquit, magnum bonum inchoare, quod bonum est, sed consummare, hoc solum perfectum est. Multi enim magna aggrediuntur, sed deficiunt in uia. Multi exeunt in desertum, sed pauci perueniunt ad terram promissionis. Hęc ille. Patet ergo, in quibus. Christum imitari debemus, & per consequens de secundo principali.

**TERTIÒ** principaliter debemus imitari uirum iustum, siue uiros iustos. Hi enim dati sunt à Deo in exemplum bonę operationis, & totius uirtutis. Nam ut dicit Greg. in prologo super. c. 10. Ad ostendendam uirtę innocentiam uenit Abel. Ad insinuandam spei, & operis longanimitatem uenit Noe. Ad manifestandam obedientię uenit Abraham. Ad demonstrandam liberalis uirtę castimoniam uenit Isaac. Ad declarandam laboris tolerantiam uenit Iacob. Ad repetendam

Jendam pro malo retributionem uenit Ioseph. Ad ostendendam mansuetudinem uenit Moyses. Ad insinuandam contra flagella tolerantiã uenit Iob. Hęc Grego. ubi supra. Sed forsitan aliqui dicant, ut ait. Chryl. lib. 1. de compunctione cordis. Non sumus talis, ac tanti meriti, ut illi, nec tantis gratiis à Deo dotati, ut possimus dictos dei amicos in predictis imitari, atque regulas gestorum eorum custodire, siue uirtutis eorum mēsuras tenere, dicentes. Ille Paulus erat. Ille Petrus. Ille Iohannes. Quid est, ille Paulus erat, dic mihi, quid est, ille Petrus erat? Nonne eiusdem nature erant, cuius, & nos Nonne eadem uia ingressi sunt hunc mundum, qua, & nos? Nonne eisdem cibis utebantur, atque eundē respirabant aerē? Nonne aliqui eorum etiam coniugia experiti sunt, & liberos procreauerunt? Quidam uero ipsorum etiã opifices tantum artium erant. Alij uero, & lapsus perpeffi sunt peccatorum. Sed multum, inquis, gratię illi acceperit à Domino. Sed quid dicis? Si enim mortuos suscitare iubemur, aut aperire oculos cęcorū, seu leprosos curare, aut claudos erigere, uel de mones effugare, alias quoque similes egritudines sanare, si operatio uirtutum quęreretur, locum uti que tua responsio haberet. Sed si uita, atque conuersationis obseruantia à nobis requiritur, quid facit ad hęc tua responsio? Tu enim accepisti gratiam per baptismum, & si nō ad hoc uti signa faceres, tantum tamen, quantum sufficit ad hoc, ut rectē uita innocentiam custodias. Et ideo perditionis tuę nulla causa est alia, quàm negligentia, atque desidia tua. Christus enim in die iudicij remuneraturum se dicit, nō eos, qui signa, & prodigia fecerunt, sed eos, qui sua pręcepta seruauerunt, dicens. Venite benedicti patris mei, possidete, &c. Nec illis dicit. Ideo uobis dare uolo regnum meū, quia miracula fecistis, sed quia esuriui, & dedistis mihi manducare, sitiui, & dedistis mihi bibere, &c. Deinde concludit ibi idem Chryso. dicens. Sancti, qui miracula fecerunt, non proponuntur nobis in exemplū imitationis hac ratione, quia signa fecerunt. Hoc enim totum gratię Dei fuit, sed in hoc, quòd uirtuosi extiterunt. Hęc ille. Patet ergo, quomodo, & in quo debemus imitari uiros iustos, & sanctos, si cupimus eos sequi ad regnum glorię. Quod nobis concedat, qui imitaturate, &c.



R A T I E s u s e i j c i e n s d æ m o n i u m . L u c . I I . P r o  
introductione præsentis sermonis mouetur  
quæstio talis. Quare in ecclesia legi hodie-  
rum euangelium, in quo fit mentio de dia-  
bolo, & similiter in alijs duabus dñicis præ-  
cedentibus? Rñsio. Istud rationabiliter ordi-

nauit ecclesia propter quatuor rationes.

P R I M A est ad ostendendum, & diabolus non reueret  
temporis sanctitatem. Quinimmo quanto tēpus fuerit san-  
ctius, tanto tentat, & infestat hoīes actius: scilicet peccatum  
aggrauari propter tēporis circumstantiā, siue sanctitatem,  
sicut patet de peccato commisso in die Dominico, aut festo,  
quod propter prædictā circumstantiā reddi ceteris pan-  
ibus grauius. Quemadmodum ergo homicidiū perpetratum  
in loco sacro est grauius rōne circumstantiæ, & sanctitatis lo-  
ci, qui inde prophatur, ita in proposito. Quod autem tem-  
pus quadragesimale habeat quandā specialē sanctitatē præ-  
ceteris partibus totius anni, patet per hoc, quod est decima  
illius, quæ offert dño per debitum ieiunium, ut patet de con-  
secra. dist. 1. 5. quadragesima. Vnde pp illius sanctitatē spe-  
cialiter præcipit cauendum esse tunc à peccato, ut patet in  
decr. dist. 4. denique. Et sic patet de prima ratione.

S E C U N D A ratio prædictæ ordinationis est ad ostēden-  
dum magnam malitiam, & inuidiam diaboli. Inuidet enim  
humane salutem. Et ideo cum uidet, homines ad bona opera  
intentos, aut intendere uolentes, sicut cōm uniter fit in qua-  
dragesima, tanto plus illis aduersatur, & retrahere conatur.  
Nam sicut dicit Alexander Papa, ut notatur. 3. q. j. nulli. Diabo-  
lus non cessat circuire, quærēs quæ deuoret, & quærere quos  
ex fidelibus perdat, & maxime illos quos ardentiores in ser-  
uitio saluatoris, ei; familiares iuenerit. Hinc scriptura nos  
admonet Ecclesiast. 2. dicens. Fili accedens ad seruitutem  
Dei sita in timore, & prepara animā tuā ad tentationē. Da  
exemplum de custode carceris uelocissimē corrente post ea  
prium exeuntem locum carceris. Figura etiam ad hoc pro-  
positum

positum habetur Exodi. 14. de rege Pharaone cum maxi-  
mo exercitu insequente filios Israel exeuntes de Aegypto.  
 Applicatio est facilis.

T E R T I A rō prædictæ ordinationis est ad ostendēdū,  
quod diabolus est tempore quadragesimæ tentat hoīes de tri-  
bus peccatis, uidelicet, cordis, oris, & operis. Primò quidē de  
peccato cordis, ut potē, concitādo eos ad irā, & impatientiā.  
Ipse enim optimē nouit, q̄ per ieiuniū aliquantulū debilita-  
tur cerebrū. Itē q̄ cholera facilius tunc incendit. Et hinc est,  
quod cōmunitur hoīes, in die ieiuniū efficiunt magis choleri-  
ci, & ad iram, & impatientiā promptiores. Quod attendens  
spūs illē malignus maxime eos tentat de prædictis. Et hæc tē-  
tatio figurat per filiā mulieris Chananeæ, quæ in domo ma-  
teris à dēmonio possidebat, & ab eodē male uexabat. Mat. 15.  
Ecce pētū cordis, quod interdū male uexat hoīem, ita ut in  
terdū perdat appetitū, & quietē corporalē. Secūdo tētat spe-  
cialiter diabolus hoīes tempore quadragesimæ de peccō oris,  
faciendo eos mentiri, inaniter iurare, peietare, de proximis  
detrahere, alijs ex impietatiā maledicere, & hmōi. Et hæc tē-  
tatio, figurat per illū dēmoniacū mutū, de quo legi in p̄nti  
euangelio. Peccator enim habet os mutum ad Deum laudan-  
dū, sed apertū usq; ad aures (ut uulgo dī) ad ipsū blasphem-  
mandum, & de alijs maledicendum, hoc agente tentatione  
Diaboli. Tertio tentat sp̄aliter Diabolus tempore quadra-  
ge-  
simæ homines de peccato operis, prout illis improprietat dñs.  
Esa. 58. dicens. Ecce ad lites, & contentiones ieiunatis, & per  
cutitis pugno impiē. Et hæc tentatio figuratur per tentatio-  
nem Christi in deserto. Matth. 4.

Q U A R T A ratio sepe dictæ ordinationis est ad ostēden-  
dum, qualiter debeamus liberari à prædicta triplici tentatio-  
ne diabolica. Nā à prima tentatione liberamur per cordis  
contritionē clamando ad Dñm, & dicēdo cū muliere Cha-  
naneæ: Miserere mei dñe fili Dauid. Item dicendo. Dñe ad-  
iua me. Item à secunda tentatione liberamur per apertam  
uobis confessionē. In cuius rei signum dī in præsentī euang-  
elio, q̄ cū ciecisset Ch̄s dēmonū, locutus est mutus. Item à  
tertia tentatione liberamur per operis satisfactionem, & si-  
gnantur per ieiuniū. In cuius rei signum legi in euangelio  
Primē dñicę quadragesimæ, q̄ Ch̄s, q̄ tētatū est in deserto  
ieiunauit

## Dominica III. Quadragesima

scitū nauit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, & post hoc reliquit eum tentator. Patet ergo quadruplex ratio, quare in præcedentibus duabus Dominicis, & similiter in hodierno Euangelio fit mentio de diabolo, cum dicitur: Erat Iesus eiciens demonium.

In presenti Euangelio summarie fit mentio de potestate Christi, quam habuit super demones, quos ab obsessis corporibus propria uirtute expellebat, sicut specialiter patuit de quodam. Sed quia nonnulli emulorum suorum prædictam potestatem attribuebant principi demoniorum, quem Beelzebub uocabant, ideo ipse Christus multipliciter probat eos falsum dixisse, & signanter sic arguendo: Omne regnū in seipsum diuisum desolabitur, & domus supra domū cadet. Si autē Sathanas in seipsum diuisus est, quomodo stabit regnū ipsius? Id est, si in Beelzebub principe demoniorum eicio demonia, ut dicitis, quomodo stabit potestas demoniorum? Sed quia in expositione Euangeliorum quadragesimalium prolixè exposui præsentis Euangelii, ideo in presenti iuxta prædictā Christi propositionē: Omne regnū in seipsum diuisum, & decreui loqui de bello. De quo tria principaliter uidebunt, quæ sunt.

**Distinctionis. Originationis. Remediationis.**

**QUANTVM** igitur ad primum notandum, quod triplex est bellum, uidelicet.

**Intestinum. Angelicum. Humanum.**

**PRIMUM** igitur bellum uocatur intestinum, quod, scilicet, intra nos est, de quo Apostolus ad Galat. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Hæc enim sibi inuicem aduersantur. Spiritus enim ratione celestis est, caro autē natione terrestris. Et ideo dum utrunque ad suam patriam tendere satagit, fit intra nos uehemens pugna, ita ut diceret idem Apost. Rom. 7. Video aliam legem in membris meis repugnantē legi mentis meæ, & captiuam me in lege peccati, quæ est in membris meis. Deinde exclamat dicens. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Merito autem sic exclamat Apostolus, quia huiusmodi bellum intestinum est ualde periculosum, quod patet ex tribus. Primum quidem, quia insidiosus, & occultè perstratur, & per consequens minus caueri potest. Vnde August. ad fratres in eremo serm. 5. qui intulatur de obedientia:

Frequenter,

Frequenter, inquit, peiora sunt intestina bella, à quibus non cauetur, quàm forinseca, quæ prauidentur, & quæ prope exercerentur. Cum enim tentat deus animas per incantum aspectum, quasi à longe pugnat contra hominē, quasi contra eum iacens sagittam. At uerò cum ipsum animat per carnis illecebram, quasi manu ad manum contra ipsum dimicatur, & per consequens periculosius, quia intra cōmune proterbium, iacula, quæ prouidentur, minus feriunt. Vnde Hiero. 3. parte epistolarū suarum Epistola. 8. 5. Ensis, inquit, diaboli est luxuria. Hec quot milia hominum illa interficit romphæa? Non est aliquod peccatum, quod toties diabolus uictor existat. Hæc ille. Tertio, quia continuè deducitur, quia ut dicit Augustinus in libello de honestate mulierum, inter omnia Christianorum certamina sola dura sunt prælia castitatis, ubi quotidiana pugna, & rara uictoria. Et sic patet de bello intestino.

**SECUNDVM** bellum uocatur angelicum, id est, quod inter angelos bonos, & malos perpetratū est, de quo Apoc. 12. Factum est prælium magnū in cælo: Michael, & angeli eius præliabantur cum dracone, & angelis eius, & non ualuerūt, neque, &c. De isto ergo bello notat beatus Iohannes tria. Primum est locus, quia in cælo, id est, in Ecclesia triumphante. Et istud bellum fuit primum, & ultimum, quod ibi factū est. Nam ex tunc summa, & consummata pax ibi uiget. Vnde de unoquoque beato dicitur in Psal. quod in pace factus est locus eius. Secundū est certamen, siue cōflictus, quia Michael, qui est princeps Ecclesie, ut dicitur Dan. 10. & angeli eius, id est, minores angeli, præliabantur cum dracone, id est, cum lucifero, & angelis eius, id est, minoribus demonibus. Circa quod aduertendum, quod huiusmodi bellum fuit totaliter spirituale, scilicet, per contraria iudicia, affectus, & consensus, qui fuerunt inter angelos bonos, & malos, postquam creati sunt. Nam lucifer cū sibi adhaerentibus dicebat illud Esai. 14. Ascendam in cælum, & similis ero altissimo. Ecce affectus, & consensus in superbiam. Econtra autē Michael, & ceteri boni angeli, habuerunt humilem affectum, & consensum. Voluerunt enim semper subijci Deo, & peruenire ad summā felicitatē, non ex dono, & perfectione naturalī, sed ex gratia Dei solum. Et quia iuxta Domini sententiā omnis, qui se

humiliat, exaltabitur, & contra, omnis, qui se exaltat, humiliabitur, ideo boni angeli exaltati sunt usque ad Dei uisionē, mali autem demersi sunt in profundum abyssi infernalis. Vnde de ipsis malis subditur: Neque locus inueniuntur est amplius cōstiti in cœlo. In quo notatur de isto bello tertium, quod est uictoria, quam per gratiā Dei habuerunt angeli boni de malis. Vnde canit Ecclesia. Michael pugnauit cum diabolo, gratia Dei ille uictor extitit in cœlis, & illi hosti antiquo patuit ruina magna. Et sic patet de defectu belli angelici.

**TERTIVM** bellum dicitur humanum, quod exercitur inter homines, aliquando quidē uirtuosē, aliquō uerō uitiosē. Virtuosē quidē, quando exercitur cum auctoritate illius, qui potest ipsum inducere, cuiusmodi est princeps. Itē cum causa legitima, siue cū iusto titulo, ut pore, repetendo sūt, quod aliās recuperari nō pōt, siue seipsum, & sua iustē defendendo, & protegendo, siue cum illi, qui impugnātur, propter aliquā culpā meruerunt impugnari. Item cum intentione recta, quā scilicet, intenditur, uel ut bonū promoneatur, uel ut malum uiteatur, uel sub alijs uerbis, ut boni subleuentur, & mali coercentur. Vbi autē alterum prædictorū trium deest, tūc bellū est iniustū, & uitiosum. Nam ut dicit beatus Thom. 2. 2. q. 40. art. 1. pōt cōtingere, ut sit auctoritas legitima in eo, qui inducit bellū, & similiter causa iusta, & tñ propter prauam intentionē bellum reddatur illicitū. Nam ut dicit August. contra Faustum: Nocendi cupiditas, ulciscendi crudelitas, implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, & si quæ sunt similia, hæc sunt, quæ in bellis iare culpantur. Hæc ille. Sed de hoc per amplius dicitur in sequenti puncto.

**SECUNDÒ** principaliter uidentum est, unde originē habent tot, & tanta bella, quæ tam diu perseverant, & per quæ tanta mala fiunt super terrā. Notandum ergo est circa istud, quod bella originantur ex diuersis causis, uidelicet.

- Ex diuina dispensatione.
- Ex cœlesti inclinatione.
- Ex humana ambitione.
- Ex terrena affectione.
- Ex superiorum offensione.
- Ex inferiorum culpatione.

**PRIMÒ** igitur bella quoadquē oriuntur ex diuina dispensatione

fatione. Frequenter enim omnipotens Deus uidens populum suum aliquibus uitijs coinquinari, suscitatur contra eum bellum, tum ut retrahat eum à multis peccatis, tum ut recognoscat suam fragilitatem, & cogatur implorare diuinam clementiam, ut ipsum releuet. Vnde de filiis Israel scribitur in Psal. Clamauerunt ad Dominum, cum tribularentur, & de necessitatibus eorum liberauit eos. Item in eodem: Ad Dominum, cum tribularer, clamaui, & exaudiuit me. Propterea rex Iosaphat dicebat, ut legit. 2. Paralip. 20. Cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum residui habemus, ut oculos nostros dirigamus ad te Domine Deus. Tum ut puniat eum pro cōmissis delictis in presenti, ne eundem populum puniat perpetuò in futuro: Hinc August. super Psal. exponens illud uerbum: Auertisti captiuitatem Iacob, dicit, quod cum populus Iudeorum peccabat in Deum suum, dabatur in captiuitatē, non ad interitū, sed ad disciplinam, nō dampnante patre, sed flagellante: Quod autem ex diuina dispensatione cōtingant bella, ut sic retrahatur populus à peccatis, patet per Augustinum, qui lib. 16. de ciuita. Dei ca. 43. dicit, quod temporibus iudicium, sicut se habebāt, & peccata populi, & misericordia Dei, alternauerūt prospera, & aduersa bellorū: Nam quam primum populus Hebræorū relinquebat Dominū, & adorabat idola, tunc Dominus suscitabat eis aduersarios, qui eos impugnabant, quousque recognoscerent suā culpam. Vnde ad propositum dicit idem August. lib. 1. de ciui. Dei ca. 30. quod Carthago, quæ erat caput Imperij Grecorum, seu Africano rum, magis profuit Romanis aduersa, quam uersa. Nam ea deleta, timor expulsus est à Romanis, propter quod dederunt se ocio, atque uoluptati, & bellis intestinis, ex quibus, & in quibus multo plures extincti sunt, quam ex bellis puni- cibus, id est, quam ex bellis prius ductis contra Aphros, seu Carthagenes, qui olim Poeni dicebantur.

**SECUNDÒ** contingunt interdum bella ex cœlesti inclinatione, seu influenza. Corpora enim superiora influunt in hæc inferiora, ita ut quandoque commoueat humanum sanguinem: Et quia homines, & præcipue principes commu- niter insequuntur suas passionēs, eò quod non habent, qui eis audeat dicere, cur ita facis? ideo astrologi cognita eorum complexionē, de facili prognosticant de futuro bello in

Io in tali, uel tali regno. Hinc est, quod uidemus principes procliuiores, & paratiores ad bella sole ascendente, quam descendente. Vide. 2. Regum. 11. sic legitur. Factum est uertente anno eo tempore, quo solent reges ad bella procedere, misit Dauid ad Ioab, &c. Quod exponit de Syria de principio estatis, quando, scilicet, terræ nascencia incipiunt uirescere.

**TERTIO** confringunt bella ex humana ambitione. Volunt enim reges, & principes etiam catholici, quod deterius est, ampliare, & dilatare dominia sua per fas, & nefas, ut magni appareant, & ab alijs reuerentur, & timeantur. Nam ut dicit Augustinus. lib. 3. de ciuita. Dei. cap. 14. libido dominandi magnis malis agitatur, & conterit genus humanum. Nota de Nabuchodonosor rege Syriae, de quo legitur Iudith. 2. quod adeo ambitiosus fuit, ut proponeret totam terram suo subiugare Imperio. Et ut hoc perficeret, constituit prælia multa. Item ut ibi legitur: uocauit Holofernem principem militiae suæ, dicens ei. Egredere aduersus omnem regnum. Occidentis, & omnem urbem munitam subiugabis mihi. Ecce illius ambitio. Nonne etiam ualde ambitiosus erat rex Assuerus, de quo legitur Hester. 1. quod regnabat super centum uigintiseptem prouincias? Verisimile est autem, quod prius duxerat grandia bella, ut tot prouincias sibi subiugaret.

**QUARTO** contingunt bella ex terrena affectione. Sicut enim plerique principes insatiabiles, quibus non sufficeret totus mundus, & in hoc sunt similes Alexandro Magno, de quo refert Valerius lib. 8. c. 15. quod cum peruenisset ad imperium, & audisset plures esse alios mundos, etiam ampliores, & ditiores isto, ingemuit, & ait, Heu me miserum, quod ne uno quidem adhuc sum potitus. Terrena ergo affectio, siue nimis temporalium amor plerumque suscitatur bella. Et de hoc historia legitur. 4. Reg. 20. & 24. de rege Nabuchodonosor, qui cum misisset seruos suos ad regem Ezechiam ægrotantem, ut consolarentur eum, inde lætatus dicitur Ezechias ostendit illis omnes thesauros suos, sed hoc in mala hora. Nam cum dicti serui retulissent domino suo regi Babylonis, quæ, & quanta uidissent in domo regis Ezechie, ille auaritia ductus uenit post mortem dicti regis

cum

cum maximo exercitu in Hierusalem, & capta ciuitate accepit omnes thesauros templi, & domus regie, & transtulit omnia in Babylonem, unâ cum rege Ioachim, qui tunc regnabat in Hierusalem. Similiter refert Augustinus. lib. 3. de ciuitate. Dei. ca. decimono, de Hannibale Imperatore Carthaginiensium, quod cum semel congressus fuisset contra Romanam militiam, obuenta uictoria repleuit tres modios annulorum aureorum, nobilium occisorum ex parte Romanorum, quos misit Carthaginem. Verisimile est autem cum animasse prius suos milites ad strenuè bellandum propter spem futuræ prædæ. Sic etiam agunt moderni Duces, & Capitanei militum, qui cum in eundem est bellum, dicunt suis. Filij agite fortiter. Hodie enim omnes erimus diuites ex præda aduersariorum. Nam rex dat uobis spolia eorum, & omnium, quæ sunt in ciuitate. Ad quæ uerba milites efficiuntur animosiores, & fortiores. Ecce quomodo terrena affectio inducit frequenter tam principes, quam milites ad præliandum. Hoc etiam apertè uidere est in Sutenibus, de quibus fertur, quod seruunt in remilitari plus offerenti, nullo habito respectu ad æquitatem belli.

**QUINTO** contingunt bella ex superiorum offensione. Saepe enim subditi puniuntur à Deo, siue temporaliter, siue corporaliter propter peccata principum. Et de hoc habemus notissimam historiam de Dauid. 2. Reg. uigesimo quarto. Nam cum peccasset per superbiam in numerando populum, interierunt peste de populo suo septuaginta milia uirorum. Similiter in libris historialibus ueteris testamenti, utpote, Iudicum, Regum, atque Paralipomenon, saepe legitur, quod ubi Duces, & Principes populi fuerunt boni, dominus dedit eis pacem, & pugnauit pro eis. Vbi uerò conuerterunt se ad idola, dominus suscitauit eis aduersarios. Similiter legitur Gene. trigesimo quarto, quod postquam Sichem Principes Sichimorum oppressit Dinam filiam Iacob, filij eiusdem Iacob occiderunt plurimos de Sichimis. Insuper propter blasphemiam Sennacherib Regis Assyriorum perierunt de populo suo una nocte. 185. milia uirorum. Ecce quomodo bella quandoque accidunt propter peccata principum.

**Sexto** contingunt bella ex inferiorum culpa. Solet enim populus tempore pacis uacare multis insolentijs, & ui-

tij,

tij, ut potè, crapulæ, & ebrietati, choreis, luxurijs, ludis, ocio, & sæculi uanitatibus, propter quæ mala prouocatur Dei ira, qui tandem in pœnam solet suscitare bella, famem, pestilentiam, & huiusmodi flagella, ut notatur decimo sexto quæst. 1. reuertimini. Dicit etiam August. lib. 1. de ciui. Dei. cap. 1. quodd diuina prouidentia solet corruptos hominum mores bellis, emendare, atque contere. Similiter Hieron. 3. parte epistolarum suarum, epistola. 84. ad Heliodorum episcopum scribens ait. Olim offensum sentimus Deum, nec placam eum. Nos tris quippe exigentibus peccatis barbari fortes sunt. Nos tris uitij Romanus superatur exercitus. Infelices nos, qui tantum displicemus Deo, ut per rabiem barbarorum illius in nos ira desquiat. Quodd autem peccata populi sint causa bellorum, sequens declarat historia. Legitur enim in proemio pragmaticæ sanctionis, quodd cum Robertus rex Franciæ filius Hugonis Capeti oraret in ecclesiâ sanctæ crucis Aurelianensis pro pace filij regni, diuinitus ab imagine crucifixi exiit uox dicens, regnum Franciæ, pacem non habiturum, nisi primum cessarent blasphemiæ, & notoria peccata, quæ in eo regnabant. Non ergo mirum, si quasi assidue uideamus ipsum regnum bellis quassari, quia in eo regnat detestanda blasphemia, & pleraque alia grauissima peccata, quæ extinguerè, & delere dignetur dominus. Patet ergo unde oriuntur bella, & per consequens de secundo principali.

**TERTIO** principaliter uidendum est de remedijs ad diuidentia bella, & ad procurandam pacem. Huiusmodi autem remedia sunt principaliter tria, uidelicet.

Mandatorum Dei obseruatio.

Peccatorum humilis recognitio.

Deuota, & frequens oratio.

**PRIMUM** igitur remedium ad obtinendum pacem dicitur mandatorum Dei obseruatio. Vnde Psalm. Pax multa diligentibus legem tuam. Et notanter dicitur Pax multa, quia obseruatores legis, & mandatorum Dei primò consequuntur pacem interiorem, idest, tranquillitatem mentis. E contra autem transgressores mandatorum Dei habent continuum bellum in conscientia, iuxta illud. Esa. quadragesimo octauo. Non est pax impijs, dicit dominus. Secundo

ad consequentur pacem exteriorem, non quidem semper, sed ut in pluribus. Soli enim peruersi solent agitare iustos, quibus etiam quandoque parcunt propter bonum patientiæ, & uirtutis. Tertio tales consequuntur finaliter in alio sæculo pacem superiorem, quam à domino perimus in misa dicentes. Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem. Practica, quomodo electi post resurrectionem generalem habebunt pacem ex omni parte, scilicet, cum Deo, cum proximo, & cum seipsis. Ecce quare dicit Psalm. Pax multa diligentibus, &c. Quod etiam obseruatio mandatorum Dei profit ad obtinendum pacem, patet in uerbis Moysè Deute. uigesimo octauo, dicentis. Si audieris uocem domini Dei tui, ut facias, atque custodias omnia mandata eius, quæ ego præcipio tibi hodie, dabit dominus inimicos, qui conflurent aduersum te, corruentes in conspectu tuo. Sed dices hanc auctoritatem magis ualere ad obtinendam uictoriam, quàm ad impetrandam pacem. Ideo audi, quid dominus dicat Leui. uigesimo sexto. Si (inquit) mandata mea seraueritis, dabo pacem in finibus uestris. Dormietis, & non eratis, qui exterreter, &c. E contra autem transgressio mandatorum Dei impedit pacem, & suscitatur bellum, Deo sic ordinante, & disponente. Propter quod ibidem subditur. Si spreueritis (inquit, dominus) leges meas, & contempseritis iudicia mea, ut non faciatis ea, quæ à me cõstituta sunt, & ad irritum perducatis pactum meum, ego hæc faciam uobis. Ponam faciem meam contra uos, & corruetis coram hostibus uestris, & subijciemini ijs, qui oderunt uos, fugietis nemine persequente, &c.

**SECUNDUM** remedium ad impetrandam pacem, dicitur peccatorum humilis recognitio. Er de hoc habemus historiam. 4. Reg. uigesimo. de rege Ezechia, qui cum fleuisset, & coram domino se humiliasset corde contrito, deleta sunt de exercitu Assyriorum centum octoginta quinque milia uirorum. Quibus deletis dictus Ezechias mansit in pace. Similiter legitur. 2. Reg. vlt. de rege Dauid, quodd obtinuit pacem contra Angelum domini flagellantem populum suum seipsum humiliando, & dicendo. Ego sum, qui peccauit, ego sum, qui iniquè egi, &c.

**TERTIUM** remediũ dicitur deuota oratio. Hinc in litanij oramus



moralis, allegoricus, anagogicus: Vnde de sensu literalī, siue historiali fit mentio in principio epist. hodiernę, cum dicit, Scriptum est, quoniam Abraham, &c. Similiter de sensu allegoricali, ibi. Hęc sunt per allegoriam dicta.

IN presenti sermone non intendo deducere textū pñtis epist. prout iacet, eò maximè, quòd ipsum quantū potui, exposui in tractatu epistolarū quadragesimaliū. Intentionis ergo meę est in presenti procedere per quasdam questiones.

PRIMA igitur questio est circa illud primum uerbum epistolę, Abraham duos filios habuit. Queritur ergo, quō potest hęc litera stare, maximè eodē legatur de eodem Gen. 25, quòd habuit plures filios, quibus largitus est munera, & quos separauit ab Isaac, cui dedit omnem possessionem suam? Responso duplex ad hoc datur. Primò potest dici, quòd Paulus dicens Abraham habuisse duos filios, non negat eum habuisse plures. Secūdo dē, quòd Apostolus de pluribus tantum facit mentionem de duobus, ex hoc propter significationem mysterij, quod deducit in presenti episto. Nā Abraham, qui interpretatur pater multarum gentium, significat Deum patrem, qui est pater omnium gentium per creationem, sed spāliter iustorum per adoptionem. Hic ergo pater duos filios habuit, unū de ancilla, qui significat Iudeos, quorum mī est synagoga, alterum de libera, qui designat Christianos, quorum mater est ecclesia Christi sponsa, & per consequens libera. Sed de istis duobus filiis in sequentibus per amplius dicerur.

SECUNDA questio mouetur circa id, quod sequitur in epistola. Vnum de ancilla, & alium de libera. Querit ergo, si licuit Abraham habere ancillam stante mrimonio cum Sara? Videtur quòd non, quia non solum lex diuina uetat adulterium, uerumetiam lex naturalis, sub quā degebat Abraham. Responso. In prædicto facto non peccauit Abraham, nec fuit adulter, quia etsi diuiserit carnem suam commiscendo cum duobus simul uiuentibus, non tamen hoc fecit affectu carnali, sed potius prolis procreandę, & hoc ex diuina dispensatione, quę illi concessit, ut simul haberet duas uxores. Quod si queratur, ubi legitur, quòd dominus cum eo in hoc dispō fauerit, dicendum, quòd non hī expressus textus. Nihilominus uerisimile est, quòd talis, ac tantus patriarcha, cui etiam dixit

dixit dñs. Ambula coram me, & esto perfectus. Gen. 17. nunquam accessisset ad ancillam suā, nisi super hoc habuisset. Et dño reuelationem interiorē, per quā facta est illi uxor. Et similem credit habuisse Sara uxor eius, quę dixit ei. Ecce concludit me dñs, ut non parerē. Ingredere ergo ad ancillam meam, si forte saltē suscipiam ex illa filios. Gen. 16. Super quo gl. ord. allegans Abyssa. dicit quòd Abraham cognoscens Agar stante matrimonio cū Sara, non peccauit. Tū primò, quia lex de unica uxore nondum erat promulgata. Sed hæc rō uidet parui momenti, maximè cum dicat doctores, quòd post sufficientem propagationē generis humani nunquam licuit cuiunque simul habere duas uxores, nisi ex diuina dispensatione. Tum secūdo, quia Abraham nō cognouit Agar affectu libidinis ductus, sed potius affectu prolis procreandę. Audierat enim prius dñm sibi promittentem, quòd semē suum multiplicaretur super terram, sicut multiplicanē stelle in cęlo, ut pater Gen. 15. Nec fuerat ei reuelatū, per quā mulierem hoc fieri deberet. Cum ergo uideret uxorē suā sterilē, credidit sibi licere suscitare semen super terram per aliam mulierem. Et inde accepit occasione accedendi ad ancillā suam Aegyptiam. Tum tertio, quia cognouit dictam ancillā de consensu uxoris suę, ut dictum est.

TERTIA quę est, quō licuit Abraham postmodū eijcere ancillam suam Agar, ex quo uxor sua erat, ut dictum est. Respondeat ad hoc conformiter ad beatum Th. 4. sentent. dist. 33. q. 1. art. 3. quęstion. cula. 3. quòd secundę uxores, quas leguntur interdum sancti patriarchę ex diuina dispensatione habuisse simul cū primis, in hoc differabant à primis, quod non assumebant, nisi ad principalem finē matrimonij, quę est procreatio prolis. Et quantū ad hoc uocabantur uxores, sicut rei ueritas erat. Non autē assumebant ad cohabitationem domesticam, siue operum uiri, & uxoris cōmunicationem, aut familię dispensationem, quinimo quantum ad hæc uocabantur interdum concubinę. Vnde de eodē Abraham legitur Gen. 9. quòd in fine dierum suorū largitus est munera filijs concubinarū suarum. Vtreq; ergo erant uerę uxores, sed primę uocabantur propriē uxores, eò quod assumebantur, nedum ad prolis procreationem, uerumetiam ad domesticā cohabitationem, ad operum cōmicationem, & ad familię dispensationem,

spensationem, non autem secundę, ut dictum est. Quinimo post prolis procreationem poterant eijci. Et ideo quantum ad hoc aliquid commune habebant cum uetis concubinis, quas amatores sui postquā illis seruierunt in actu nefario, interdū cum uerberibus pro omni mercede foras emittit, prohibentes ne deinceps ad eos reuertantur. Nec certē immerito, quia carū domestica habitatio, aut frequens est ualde perniciosa. Nam per hoc Deus offenditur, fama perditur, & temporalis substantia distrahitur. De primo satis constat. De secundo scribitur Eccl. 47. ubi sic dicitur de Salomone. Inclinaſti femora tua mulieribus, & dedisti maculam, id est, infamiam, ut dicit glo. interli. in gloria tua, quam supp. habuisti, priusquā adamares mulieres alienigenas, de quibus habetur. 3. Reg. 11. Nam nullum est peccatū, per quod tantū infamētur clerici, aut coniugati, sicut est peccatū carnis, ut experientia docet. De tertio aut figuratū scribitur Luc. 15. de filio prodigo, qđ dissipauit substantiā suā cum meretricibus uiuendo luxuriosē. Meritō ergo ancilla. i. meretrix est eijcēda.

**Q**UARTA quęstio est, quare Apost. in presenti Epistola præponit filium ancillę filio liberę, dicens. Scriptum est, quoniam Abraham duos filios habuit unum de ancilla, & unum de libera. Responsio triplex ad hoc datur.

**P**RIMA est literalis, quia à parte rei Abraham primo genuit Ismaelem de ancilla sua Agar, deinde genuit Isaac de uxore sua Sara, & sic ratione antiquitatis filius ancillę præponitur filio liberę.

**S**ECUNDA ratio est moralis. Nam per hoc designatur, quod maligni, & peccatores sepe præferuntur in presenti bonis, & iustis, utpote, in diuitijs, officijs, beneficijs, gloria, & honore. Unde Psal. Vidi impium superexaltatū, & cleuatū, sicut cedros libani. Item alibi. Ecce ipsi peccatores, & abundantes in seculo obtinuerūt dimitas. De hoc etiā habemus iustitiam de Aman superbissimo, qui à Deo factus est magnus in palatio regis Assueri, ut esset secundus post eum, ubi tamen, Mardocheus uir iustus bonus, & rectus querebatur ad mortem ab ipso Aman, ut patet Hester. 3. Et de tali exaltatione peccatorum admirans Job. 21. dicebat. Quare impij uiuunt, subleuati sunt, cōfortatiq; diuitijs? Similiter super hoc admiratur Hierc. 12. dicens. Quare uia impiorū prosperatur,

bene est omnibus, qui præuaricantur, & iniquę agunt?

**T**ERTIA ratio est mysticalis. Nam per hoc designatur, qđ synagoga, quę per ancillā figuratur, præcessit tempore ecclesię Christi, quę libera est. Unde. 1. ad Cor. 13. Non prius, qđ spūale est, sed qđ animale, deinde quod spirituale. Videmus etiam, quod uia naturę imperfectum præcedit perfectum.

**Q**UANTA quęstio est, quare filius ancillę persequebatur filium liberę, scilicet, Ismael Isaac. Respondetur, quod propter tres rationes.

**P**RIMA est literalis. Ut. in. prius dictum est. Agar erat genere Aegyptiaca. Aegyptiaca. Aegypti aut tunc temporis erat maximē de diti idololatricę. Verisimile est ergo, qđ dicta Agar adhuc colebat idola more patrię suę, saltem in occulto, quia ut vulgo lingua Italica dī. La botte tiene sempre del primo odore. Verisimile est ergo, qđ dictus Ismael ex p̄lo matris coleret idola, insuper ad eūdem actum damnatissimum prouocabat uerbo, & exemplo fratrem suum Isaac. Sed quia ille exemplo patris sui Abraham adorabat uerum Deum, omnino respuens adorare idola, quę faciebat frater suus ex luro, & quę flexis genibus adorabat, ut dicit gl. ord. super textum presentis epistolę, ideo persequebatur eum, forte manu percutendo usque ad sanguinis effusionem.

**S**ECUNDA ratio est moralis. Nam dictus Ismael significat impios homines, Isaac autem iustos, & simplices uia regia incedentes, & à malo recedentes, atque dolo, & astutia mundana carentes. Et reuera hodie tales simplices multa aduersa patiuntur ab impijs, & mundanis hominibus, tū uerbo, quā ut habetur Iob. 12. Deridetur iusti simplicitas. Sed & vulgo dī, mōcatores mōcabuntur, quia ut hīc in psal. Tu dñe deridebis eos. Tum, factō, quia ut hīc. 2. ad Ti. 3. Omnes, qui piē uolunt uiuere in Christo Iesu, persecutionē patiūtur. Practica in monasterio non reformatur, in quo si inueniatur unus habens zelū religionis, deridetur ab alijs, & tanquā factus reputatur. Idē practica in cōgregatione clericorū, siue aduocatorū, aut mercatorum, & hmōi. Ecce quō pauperē, & simplicem Isaac persequitur, quasi ubique, & in oī statu iniquus, frater suus Ismael, super quō patientia, quę opus perfectum habet, est sibi necessaria.

**T**ERTIA ratio est allegoricalis. Nā Ismael filius ancillę significat

le significat Iudæos filios synagogæ, quæ seruit Deo spe mercedis terrenæ iuxta illud domini promissum Esaiæ. 1. Si audieritis me, bona terræ comedetis. Isaac uerò filius liberè designat deuotos catholicos, qui sunt ueri filij ecclesie Christi sponſa. Quemadmodum ergo olim Ismael, qui secundum carnem natus fuerat, perſequabatur Isaac, qui secundum spiritum, id est, per Dei reſpromiſſionem natus fuerat, ita & ante inquit, Paulus. Nam in primitiua ecclesia ualde dure opprimebatur Iudæi Chriſtianos. Et huius perſecutionis testes sunt Apoſtoli, quos flagellari fecerunt principes Iudæorum, prohibentes, ne ulterius loquerentur in nomine Iesu, ut legitur Actu. 5. Similiter dictæ oppreſſionis, & perſecutionis iniuste testis est beatus Stephanus, quem impij Iudæi lapidauerunt. Act. 7. Post illius autem mortem, ut ſubditur ſequenti capitulo, mox facta est perſecutio magna in ecclesia, quæ erat Hieroſolymis, & omnes diſperſi ſunt per regiones Iudææ, & Samaria, præter Apoſtolos, qui erant conſtantiores carnis, ut dicit gl. interl. Nonne et dicti canes rabidi decollauerunt Iacobum fratrem Iohannis? Nonne et de pinna templi proiecerunt alteri Iacobum fratrem dñi, & sic crudeliter occiderunt archiepiſm ſuum? Et breuiter pene infinita talia egerunt aduerſus filios ecclesie catholice. Propter quæ pie conuerſi de illis ad ſponſum ſuum loquens, & dicens illud ps. Sæpe expugnauerunt me, ſupp. impij Iudæi à iuuentute mea. ab exordio meo, etenim non poterunt mihi, ſup. tm noce re, quantum optabant. Nā ſaragebant me cū filiis meis totaliter delere, quod tñ perſicere nequiverunt, ſed deſecerunt ſeruatantes ſcrutinio. Quinimmo pro uno, quæ occiderunt de filiis meis, ſponſus meus Chriſtus dedit mihi decem, & pro decem totum, & pro centum mille. In cuius figurâ legit Exo. j. q̄ quanto plus ſerui regis Aegypti opprimebant Hebræos, tanto magis multiplicabantur, & creſcebant. Quod ſi interrogemus Chriſti ſponſam eccleſiam, quid illi fecerunt dicti Iudæi à iuuentute ſua, de quo tm conqueritur, profecto illa rñdebit nobis id, quod ſequitur in prædicto ps. & dicit. Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores, ſup. Iudæi, qui hic antonomatiſte peccatores appellant. Vbi per dorſum, in quo conſiſtit fortitudo corporis, intelliguntur illi egregij, & ſanctiſſimi uiri, qui fuerunt in primitiua ecclesia, & qui fortes facti ſunt in bello

bello contra hoſtes nominis Chriſti, decertantes uſque ad mortem pro fide, & iuſtitia, ſicut patet de Apoſtoliſ. Itē de pene infinitis martyribus utriuſque ſexus, qui ſanguinem ſuum fuderunt pro domino, amauerunt Chriſtum in uita ſua, imitati ſunt eum in morte ſua, & ideo coronas triūphales meruerunt. Sed quāto tēpore durauit dicta expugnatione eccleſiæ? Certe munito tēpore, quia ut ſubdit ps. in perſona eccleſiæ, dicti perſecutores prologauerunt iniquitatē ſuā. ſ. uſque ad tempora Conſtantini Imperatoris, ſub quo capit ecclesia habere pacem integrā, & longam. Et quamuis ſub aliquibus Imperatoribus eum præcedentibus interdum habuerit ecclesia pacem, illa tamen parū durauit. Sed quid facturus eſt Chriſtus perſecutoribus ſponſæ ſuæ eccleſiæ? Certe ſubdit ibi psalm. Ipſe tanquam iuſtus iudex concidet ceruices peccatorum, i. humiliabit in fine ſeculorum ſuperbiam, & arrogantiam Iudæorum, ac regum, & principū tyrannorum, qui tantum, & tandiu perſecuti ſunt ſponſam ſuam, occidentes crudeliter filios, & filius illius per mille millia. Vnde et nonnulli eorum in præſenti ſeipſos occiderunt, utpote, proprijs dentibus ſe dilanauerunt. Alij in ignē ſe iniecerunt. Alij in aquas ſe præcipitauerunt. Alij à demonijs ſuffocati ſunt. Alij à beſtijs in momēto deuorati ſunt, & huiusmodi. Et in his oibis reliquerunt poſt ſe manifeſta iudicia perſecutionis iniuſte eccleſiæ Chriſti, & filiorū eius. Patet ergo, quid ſignificet perſecutio Iſaac ab Iſmaele, Et per conſequens de quinta queſtione.

**S E X T A** q̄ eſt de ipſo Iſmaele, quō, ſ. poterit eſſe ita malus, utpote, perſecutor fratris ſui in nocentiſſimo, maxime cum habuerit patrem, tñ ſanctū, ſ. Abraham? Ad hoc dubiū ſoluendum poſſumus quatuor rationes assignare conformiter ad quatuor ſenſus ſacræ ſcripturæ.

**P R I M A** igitur rō eſt literalis. Quamuis enim p̄ eius Abraham fuerit ſanctiſſimus Patriarca, mater tñ eius, ſ. Agar forſan malis moribus imbuta erat. Nam Aegyptiaca erat, ut legitur Gene. 16. Potuit ergo fieri, ut tenuerit mores, & ritum gentis ſuæ, ſaltem in occulto, ut forſan faciunt multi marrani, id eſt, iudæi ad fidem conuerſi. Et quia filius familiaris, & communis conuerſat cum matre, quā cū præſente deo de facili dictus Iſmael potuit ſequi prauos mores

matris suæ. Et in hoc datur documentum nobilibus, & diu-  
ribus huius sæculi, quòd ubi uxor eorum nolunt, aut non  
possunt lactare filios suos, tunc prouideant eis de nutri-  
tibus bonis, & honestis, & præsertim si diu habeant cum eis  
manere dicti filij.

SECUNDA ratio est moralis. Nam per hoc datur intelli-  
gi, quòd sicut ex malo patre interdum procedit bonus filius,  
aut filia, sicut patet de ipsomet Abraham, cuius pater dictus  
Thare fuit pessimus idololatra secundum historiographos:  
(adorabat enim ignem) ita etiam quandoq; cõtingit eductus  
filius ex bono patre filium malũ procedere, sicut in proposito.  
Et hoc est, quod loquitur August. de uerbis Domini ser. 5. di-  
cens: Possimus ex bonis parentibus esse mali, & ex malis bo-  
ni. Practica de multis sanctis martyribus nunc regnantibus  
cum Christo in cælo, quorum genitores fuerunt pessimi ido-  
lolatræ, & qui nunc sunt cum mille dæmonibus in igne in-  
ferni. Est & alia ratio moralis, ut scilicet, per hoc denotetur,  
q̃ filij ancillarum, quos degeneres appellamus, cõmuniter  
sunt mali, & hoc præcipue propter defectũ debite correctio-  
nis tempore, & loco. Nam mox nati cõmuniter mater tradit  
eos patri, qui genuit de aquis furtiuis, ille tradit nutrici tali  
quali insuper in tenera ætate pater quandoq; erubescit eos  
secũ habere, & præsertim si fuerit Ecclesiasticus, & hoc pro-  
pter notam infamix uitandã. Propter quod aut eos associat  
aliquibus de amicis suis, qui de eis castigandis parum cura-  
nt, aut forte quorum disciplinam dicti bastardi suscipere  
patienter nolunt, propter quod absque uale recedunt vagan-  
tes hinc inde, & se sociantes peruersis, & dysscolis iuuenibus,  
furibus, homicidis, adulteris, stupratoribus uellaturum, exple-  
ratoribus uiarum, & huiusmodi. Et de hoc habetur historia  
Iudic. 11. de Iepthe, cui cum dixissent fratres sui, hæres in do-  
mo patris nostri esse non poteris, quia de adulta matre na-  
tus es, mox ab eis recessit, & habitauit in terra Thob.  
Ad quẽ congregati sunt uiri inopes, & latrocinantem, & cum  
quasi principem sequebantur. Ecce quare filij illegitimẽ na-  
ti cõmuniter sunt mali. Non tamen negatur eis uia salutis.  
Nam ut dicit Aug. & recitatur in decre. dist. 56. undecunq;  
Vndecunq; homines nascantur, si parentum uicia nõ sectan-  
tur, honesti, & salui erunt: Semen enim humanum ex qualis  
cunq;

cunq; homine decifum Dei creatura est, & eo male utentibus  
male erit, non ipsum aliquando malum erit. Hæc ille.

TERTIA ratio est allegorica. Ipse enim Ismael  
fuit figura proditoris Iudæ, cuius frater fuit Christus, quia  
uterq; filius Dei patris, aliter tamen & aliter, quia ille per  
beneficium creationis, iste uerò per gratiam adoptionis.  
Quo non obstante ille fuit pessimus, quia persecutus est fra-  
rem suum Christum usq; ad mortem. Iste uerò optimus.

QUARTA ratio est anagogicalis. Nam Ismael gerit  
personã luciferi, cuius frater fuit Michael, quia uterq; filius  
Dei patris, quamuis aliter, & aliter. Lucifer quidem per crea-  
tionem tantum, Michael uerò per creationem, & adoptionem.  
Quo non obstante ille pessimus extitit, utpote, inobediens pa-  
tri suo cælesti. Iste uerò optimus, quia in gratia, in qua creatus  
fuit, perseverauit. Et sicut Ismael propter malitiam  
suam eiectus est de domo patris sui Abraham amissa hæredi-  
tate illius, quæ tota mansit Isaac, qui plenè obediuit patri,  
ita & lucifer propter superbiam suam eiectus est irremediabiliter,  
& perpetuo de domo patris sui, scilicet, de cælo amissa  
hæreditate illius, idest, gloria cælesti, quæ remansit tota  
Michaeli, ac ceteris angelis sanctis, qui plenè obediunt  
Deo: Et hoc est, quod dicitur Apoc. 12. Factum est prælium  
magnum in cælo: Michael, & angeli eius præliabantur cum  
dracone, & angelis eius, & non ualuerunt, neque locus eorum  
inuentus est amplius in cælo.

SEPTIMA, & ultima questio est, an Abraham licitè pri-  
uauerit filium suũ Ismaelem hæreditate sua illã totaliter re-  
seruã, & reliquisset filio suo Isaac, ut patet Gen. 25. Videtur,  
q̃ non maxime, cum Ismael esset filius eius legitimus, ut  
patet ex dictis. Quòd si dicatur, q̃ in hoc uoluit obseruare  
consuetudinẽ nonnullarũ regionũ, in quibus primogenitus  
occupat totã hæreditatẽ patris, hoc non ualeat, tum quia si  
magis hæreditas sua peruenire debuisset ad Ismaelem, qui  
erat primogenitus, ut patet Gen. 16. Tum quia talis cõsuetu-  
do reprobatũ à multis, tanq̃ irrationabilis. Vnde Ambrosius  
in Hexameron li. 5. ca. 18. sic ait: Quis docuit nisi homo filios  
abdicare? Quis reperit tã immittia iura? Quis inter naturę fra-  
terna cõsoria fratres impares fecit: Vnius diuitis filij diuer-  
sitate cedunt. Alius toti paternę sortis adscriptioibus ditat.

Alius opulente hæreditatis patere deplorat inopem portio-  
nem. Nunquid natura diuisc merita filiorū. Ex pari omni-  
bus tribuit, quod ad nascendum, atq; uiuendi possint habere  
substantiam. Quibus ergo cōmuniter deditis esse, quod nati  
sunt, nō deberis his inuidere, ut unus solus abundet, alij autē  
esuriant. Hæc Ambrosius ubi supra. Ex quibus uerbis patet,  
q̄ alij patres, aut matres grauius peccant, qui quodā affectu  
forsan indiscreto ducti faciunt magna donaria auri, & ar-  
genti, siue suppellectilis aliquibus de filijs, aut filiabus suis,  
ubi alij, qui in nullo eos offenserunt, penuriam patiuntur.  
Dicendum ergo ad propositam quæstionem, q̄ filius in cer-  
tis casibus secundum leges ciuiles, & Ecclesiasticas mereatur  
exhæredari à parentibus, & præsertim si inhonestę conuer-  
sationis existat, ut notatur in authenticis, ca. de appella-  
tionibus cognoscitur. §. alius quoq; Item quantum ad leges  
Ecclesiasticas scribitur. 1. 1. quæst. 1. Siluester, q̄ hæreditas ab  
iniquis successoribus secundum leges potest iuste auferri.  
Sic est autem, q̄ Ismahel erat inhonestę cōuersationis, ut po-  
te, idololatra, ut prius dictū est, & per cōsequens erat iniquus  
successor patris. Ex quibus inferitur, q̄ pater eius Abraham  
rationabiliter potuit ipsum exhæredare, & hæreditatē suam  
totaliter filio suo iuniori, scilicet Isaac relinquere. Insuper  
dicendum, quod hæc omnia fiebant nutu diuino, item pro-  
pter mysterium significandū. Nam secundū beātū Thom. 4.  
sen. dist. 3. 3. quæst. 1. art. 3. quæstioncula. 3. in solutione ad ter-  
tium, per hoc significabatur, & præfigurabatur mysterium il-  
lud, quod Paulus in præsentī Epistola explicat, ubi clarē in-  
nuat reprobationē Iudeorum, qui de ancilla, idest, de syna-  
goga processerunt, & electionē gentilium, qui per gratiam  
baptismalem de libera, idest, de Ecclesia Christi generi sumi,  
sicut etiam, inquit idem doctor, ad idem mysterium signifi-  
candum pertinet, quod Esau filius liberæ, hæres non fuerit  
patris sui Isaac, sed tantum Iacob frater eius, quāuis iunior,  
ut patet Rom. 9. Et sic patet solutio ad quæsitum. Superest et  
go, ut deprecemur patrem nostrum Abraham, idest, omnipo-  
tentem Deum, qui est pater multarum gentium, ut non so-  
lum det nobis munera temporalium bonorum in præsentī,  
uerum etiam hæreditatem illam celestem, præstantē Domi-  
no nostro Iesū Christo, qui cum ipso patre, &c.

*Dominica*

*Dominica quarta Quadragesima, Sermo secundus  
de Euangelio.*



**A** B I T I Iesus trans mare Galilææ. Iohan. 6.  
PRO introductione præsentis sermonis  
mouetur quæstio talis. Vtrū liceat hodie gau-  
dere, & lætari? Videtur, q̄ non. Dicitur enim  
Eccl. 3. quod omnia tempus habent, tempus  
flendi, tempus ridendi. Tempus autē flendi  
uidetur maximē pertinere ad tēpus quadragesimale, in quo  
populus Christianus debet flere peccata, quæ per totū annū  
cōmisit. In cuius rei signum tunc Ecclesia tacet cantū lætitię,  
ut est alleluia. Similiter in capite ieiunij nos admonet Do-  
minus ad huiusmodi fletum, loquens per prophetam suum  
Iohalem. 2. ca. dicens. Conuertimini ad me in toto corde  
uestro in ieiunio, & fletu, & planctu. Tempus autē paschale est  
tempus ridendi & lætandi propter reuerentiā, & iucunditatē  
Dominicę Resurrectionis. In cuius figuram dixit pater filio  
suo seniori de filio suo iuniori. Luc. 15. Gaudere, & epulari  
oportebat, quia frater tuus, idest, Christus, quia est frater no-  
ster secundū humanitatē, mortuus erat, & reuixit, perierat,  
supple, secundum Iudeorum estimationem, & inuentus est,  
sup. à multis, quibus apparuit post suam Resurrectionem, igitur,  
&c. In oppositum est officium huius diei.

**R E S P O N S I O.** Duplex est gaudium, scilicet, uitiosum,  
& uirtuosum. De primo scribitur Iob. 21. Tenent, supple, ho-  
mines mundani tympanū, & citharam, & gaudēt ad sonitū  
organi. Ducunt in bonis dies suos, sed hoc parum durat.  
Vnde sequitur. Et in puncto, idest, in momento ad infernum  
descendant. Hinc Prouer. 14. de huiusmodi gaudio dicitur:  
Extrema gaudij luctus occupat. De secūdo gaudio scribitur  
in Psal. in p̄sona ueri penitentis dicētis ad Dñm: Conuertisti  
planctū meū in gaudij mihi. Et notat̄ dicit cōuertisti, &c.  
quia reuera uerus penitens gaudet, q̄ possit plangere peccata  
sua. Hinc Aug. lib. de uera, & falsa penitentia. ca. 13. & simi-  
liter recitatur de peni. dist. 3. cap. si Apostolus: Penitens, in-  
quit semper doleat, & de dolore gaudeat. Sequitur in Psal.  
Confiscidisti saccum meum, idest, tu Domine Deus per peni-  
tentiam reformasti conscientia meā, quæ dissuta, & dissipata

erat per peccatum, & ex tali reformatione circumdedisti m̄ læticia. Item ad huiusmodi gaudium spirituale, j & uirtuosum nos admonet Apostolus ad Rom. 12. dicens. Fratres gaudete in domino semper, iterum dico, gaudete. Modestia uestra nota sit omnibus hominibus. Loquendo ergo de huiusmodi gaudio notandum, quod licet nobis hodie gaudere, & hoc propter quatuor rationes, conformiter ad quatuor sensus sacre scripturæ? Hę ergo rationes sunt.

Literalis, Moralis, Allegorialis, Anagogalis.

PRIMA igitur ratio est literalis. Corpus nempe nostrum subijcitur fatigationi, debilitati, & per cōsequens corruptioni. Fatigatur autem, & debilitatur per ieiuniū, & abstinentiā à carnibus, & lacticinijis. Ne ergo per huiusmodi ieiuniū, & abstinentiā, quę maximè exercētur à Christi fidelibus in quadragesima, nimium debilitetur, statuit ecclesia filios suos in hac dominica ad spiritualiter gaudēdū prouocare, vt sic sint fortiores ad tolerandum, quod superest de ipsa quadragesimali obseruatione, & abstinentia, iuxta poetę uerbum. Interpone tuis interdum gaudia curis. Da exemplum de arcu, qui si continuè, aut notabiliter diu teneatur rigidè, & tense, aut frangitur, aut saltem notabiliter debilitatur. Ita in proposito de corpore humano. Hinc artifices, negociatores, scholares, & similes solent interdum assumere aliqua solatia. Quod enim caret alterna requie, durabile non est, ut ait quidam. Hinc hodiernum officium præter officiū martini totū plenum est læticia, & spirituali gaudio, atq; in omni clausura uerborum iucunditas exuberat, gaudium resonat, & hilaritas inculcatur, ut dicit auctor libri rationalis diuinorum officiorum. Hoc autem facillè possumus perpendere in officio missę præsentis dominicę, in cuius introitu cantamus dicentes. Lætare Hierusalem, idest, mater ecclesia, & conuentum facite, idest, in unum conuenite ad simul spiritualiter exultandū oēs, qui diligitis eam; gaudete, uos, supple, penitentes, cum læticia. f. spirituali, qui in tristitia, idest, in anxietate peccatorum uestrorum fuistis, ut exultetis, in quo quidem introitu ponuntur tria uerba importantia gaudiū, & læticiam, quę sunt. Lætare, gaudete, exultetis; quia reuera quilibet uerus penitens debet letari de peccatorum suorum remissione,

remissione, gaudere de gratiæ collatione, & exultare de gloria celestis repositione. De primo da exemplum de maledactore, cui princeps dat gratiam remissionis. De secundo da exemplum de illo, cui datur pingue beneficium. De tertio da exemplum de paupere ecclesiastico redeunte de Roma, cum bulla de prouisione futuri beneficij in collatione talis, uel talis prelati. Vnde ad propositum facit uersus sequens introitum missę, cum dicitur. Lætatus sum in his, quę dicta sunt mihi, in domum domini ibimus, scilicet, in celestem Hierusalem. Et idem repetitur in responsorio eiusdē missę. Item in epistola fit mentio de huiusmodi spirituali gaudio, cum dicitur. Lætare sterilis, quæ non paris. Similiter in Euangelio fit mentio de eodem, cum in fine dicitur. Illi homines cum uidissent signum, quod fecerat Iesus, dicebant, supp. præ gaudio, quia hic est uerè propheta, qui uenturus, &c. Insuper in offertorio de eodem fit mentio, cum dicitur. Laudate dominum, quia benignus est, psallite, &c. Item in postcommunione, cum dicitur. Hierusalem, quę exi scatur, ut ciuitas, cuius participatio eius, &c. Ecce ergo qualiter officium missę hodiernę redolet spirituali quadam læticia, & gaudio.

SECUNDA ratio gaudiij huius diei est moralis. Nam hodie, & deinceps usq; ad sanctum diem Paschę uirtute penitentię sacramentalis, quę maximè hoc tempore exercetur, uitia, & peccata conuertuntur quodāmodo in oppositā qualitatem, utpote, superbia in humilitatē, auaritia in liberalitatē, luxuria in castitatē, ebrietas, & crapula in abstinentiam, odiū in dilectionē, ira in patientiā, inuidia in cōpassionē, accidia in diligentiam. Nā qui prius fuit superbus, hodie humiliatur usq; corā cōfessore. Qui prius auarus, & cupidus, hodie distribuit sua pp Deū in pios usus. Qui prius lubricus, & carnalis, hodie saltem incipit castè uiuere, attendēs illud uerbum epistolę hodiernę ubi dicitur. Eijce ancillā, &c. Qui prius crapulosus, hodie sobrius, & ieiunus, & sic de alijs. Ecce quō hodie uitia conuertuntur per accidēs in oppositā qualitatem. Et ideo meritò debent gaudere ueri penitentes. Ad quod etiam faciendum eos admonet Romana ecclesia signo sensibilis. Hodie nēpe, ut recitatur in rationali diuinorum officiorum, celebratur Romę insignis processio, in qua et assistit Romanus Pontifex,

Pontifex, deferens in manu sua rosam auream, & ut peregrino usq; ad ecclesiam, quæ appellatur Hierusalem. Qua processione finita dictam rosam dat nobiliori uero curiæ suæ, uel ut alijs placeat, præfecto ciuitatis. Ad propositum, rosa, quæ oritur ex spinis, designat ueram penitentiam de peccatis commissis. Videat ergo unusquisque apud se, & diligenter attendat, si hodie spinæ uitiorum conuersæ sint in rosam redolentiũ uirtutum, sed profectò timendum est multis, quòd spinæ eorum nondum florueunt. Donet dominus, ut citò, & perfectè floreat. Et sic patet de secunda ratione.

**TERTIA** ratio gaudij præsentis diei est allegorica. Gaudet enim mater ecclesia uidens se multos filios, & filias in dies parere in sacramentali confessione, quæ extra tempus quadragesimæ uideatur, quasi sterilis, eò quòd non pariat. Nam præter ecclesiasticos, & religiosas personas admodum pauci continentur extra quadragesimã, ita ut uideatur quasi sterilis pia mater ecclesia. Adueniente autem quadragesimali tempore omnes adulti continentur conformiter ad præceptum ecclesiæ, omnis utriusque sexus. extra de pœ. & re. Et tunc uerificatur illud. 1. Reg. 2. Sterilis peperit plurimos, atque tunc inuitatur mater ecclesia ad spirituale gaudium, iuxta prophetiam Esa. 54. dicentis prout recitat Apostolus in hodierna epistola. Lætare sterilis, quæ non paris. Et est sensus. O pia mater ecclesia, quæ fermè per totum anni circuitum fuisti sterilis, nec peperisti filios, aut filias, amodò gaude, quia secunda eris, & paries multos filios, & filias. Quinimo iam multos peperisti à principio quadragesimæ, scilicet, eos, qui debite confessi sunt. Prædictum autem gaudium matris ecclesiæ de spiritali partu suo, & de reuerfione filiorum suorum ad patrem cælestem, figuratur Luc. 15 in patre, qui gauisus est de reuerfione filij sui iunioris ad eum.

**QUARTA** ratio gaudij præsentis diei est anagogicalis. Ista enim dominica est septima post septuagesimam inclusiue tamen. Huiusmodi autem septem dominicæ designant septem mundi ætates. Quid est ergo, quòd hodie mater ecclesia gaudet, & lætatur, nisi quòd in septima ætate, quæ perficietur in cælo, omnes electi gaudebunt gaudio magno, quod nunquam perdetur? Iohan. 16. Iterum (inquit Christus discipulis suis) uidebo uos, sup. in cælo, & gaudebit cor uestrum,

uestrum, & gaudium uestrum nemo tollet à uobis. In figurâ etiam huius legitur de filijs Israel, quòd post septuaginta annos liberati sunt de seruitute Babilonica, & tandem uenientes in Hierusalem, & terram Iuda gauisi sunt gaudio magno, ita ut non posset quisquam agnoscere uocem clamoris lætantium, & uocem fletus populi, ut habetur. 1. Esd. 4. Potest etiam dici potest referri ad gaudium, quòd habent sancti Dei Angeli in cælo, de eò quòd uident multos peccatores relinquare peccata sua, & currere ad Christum per sacramentalem reconciliationem, iuxta illud Lucæ. 15. Gaudium est Angelis Dei super uno peccatore penitentiam agente. Quanto magis ergo gaudent hodie super penè infinitis peccatoribus penitentiam hodie agentibus? O igitur charissimi studemus efficaciter, & ueraciter hodie, & deinceps in istis sanctissimis diebus sequentibus penitentiam agere, ut sic faciamus sanctos Dei Angelos gaudere. Nam, ut dicit August. lib. soliloquiorum. c. 27. Quoties bene agimus, gaudet Angelus, & tristantur demones. Sed quandoque à bono deuiamus, diabolus lætificamus, & sanctos Angelos suo desiderio defraudamus. Quemadmodum ergo gaudium est Angelis Dei super uno peccatore penitentiam agente, ita Diabolo gaudium est super uno iusto penitentiam deferente. Hęc ille. Patet ergo, quàm rationabiliter nos incitat hodie ecclesia ad spirituale gaudium, & hoc propter quatuor rationes conformiter ad quatuor sensus sacræ scripturæ diffusè deductas. Vnde quantum ad sensum Anagogicum, præter ea, quæ dicta sunt debemus specialiter gaudere, quia ut habetur in themate, abiit Iesus trans mare Galilæ, idest, in cælum, ut appareat uultui Dei pro nobis, ut habetur Hebr. 9. Quod nobis concedat, qui, & cæt.

*Alius sermo de eodem Euangelio, uel potest esse continuatio prioris sermonis.*

**COLLEGERVNT**, & implenerunt duodecim copias fragmentorum, &c. Vbi sup. hoc proprium habet sacra scriptura, quod in multis passibus est adeo pregnans, ut præter sensum historicum, plerumque contineat alium sensum, sicut

ſue moralem, ſeu tropologicum, qui pro eodem ſupponit, ſue allegoricum, aut anagogicum, dummodò habeat ſubtilem interpretem, qui ualeat ſugere mel de petra, & oleum de ſaxo duriffimo. Hinc Greg. ſuper Ezech. homi. 23. loquens de fecunditate ſacræ ſcripturæ, & ſenſum in ea contentorum ait. Cui uerba ſacri eloquij, niſi lapidi ſimilia dixerim in quo ignis latet? Qui ualeat quidem frigidus teneur, ſed percuffus ferro ſciutillis micat. Sic ſunt uerba ſacri eloquij cõprehẽſa enim per narrationem literę frigida tenentur, ſed ſi quis hæc aſpirante domino intento intellectu pulſauerit, de myſticis eius ſenſibus ignem producit, ut in eius uerbis poſt animus ſpiritualiter ardiat, quæ prius per literam ipſe quoque frigidus audiebat. Propterea dicebat pl. ad dominũ. Reuela oculos meos, & conſiderabo mirabilia de ſegetua. Et rurfus. Mirabilia teſtimonia tua, ideo ſcrutata eſt ea anima mea. Hęc ille. ergo uile eſt ſcrutari ſacram ſcripturam, & ſenſus in ea latentes, quia ut dicit Aug. de uerbis domini. ſer. 14. Quando poſſumus de diuinis operibus, quæ leguntur, intellectum alicuius myſticę ſig. ſificationis exculpere, quaſi de abſtruſis fauorũ cellis metia producimus, uel Chriſti diſcipulos imitantes ſpicas manibus conſtricamus, ut ad latentia graua perueniamus, & in eis uitam inueniamus. Hęc ille. Hęc pro tanto dicta ſunt, quoniam in hodierno Euangelio fit mentio de 12. cophinis, fragmentorum, quæ remanſerunt ex quinque panibus hordeaceis, poſt ſuſtentionem quinque milium hominum, quæ iuſſit Chriſtus colligi, ne perirent. Et ideo pro inſtructione noſtra uidentium eſt, quæ ſunt iſti duodecim cophini, & quid moraliter nobis ſignificent. Quod ſi diligenter inſpexerimus, inueniemus, quod ſignificant 12. documenta, quæ Chriſtus reliquit nobis ex prædicta reſectione, quæ poſſunt his nominibus appellari, nidelicet.

- Compaſſionis, Diſcretionis, Exemplaritatıs.
- Paritatis, Auſteritatis, Inſuffionis.
- Humilitatis, Gratiarum actionis, Liberalitatis.
- Multiplicationis, Prouidencialitatis, Laudationis.

PRIMVS igitur cophinus compaſſionis uocatur, & continet illud uerbum. Cum ſubleuaſſet oculos Ieſus. Per quod ſpiritualiter docemur leuare oculos ad pauperes, illis com-

patiẽdo, quia ut habetur Iac. 1. Religio munda, & immaculata apud Deum, & Patrẽ hæc eſt, uiſitare pupillos, & uiduas in tribulatione eorum. Sic enim leuabat oculos ſuos ad pupillos, & uiduas & pauperes ſanctus ille Tobias, de quo legitur. i. eiuſdem, ideſt, q̄ tempore captiuitatis filiorum Iſrael apud Babilonium quotidie pergebat per omnem cognationem ſuam, & conſolabatur eos, diuidebatq; unicuiq; prout poterat de facultatibus ſuis, eſurientes alebat, atq; nudis ueſtimenta præbebat. Sic ſimiliter oculos ad pauperes leuabat beatus Silueſter Papa, de quo legitur, quod habebat nomina omnium pauperum, qui erant Romę ſcripta, ut unicuique iuxta ſuam neceſſitatem ſubueniret. Similiter ſic egit beatus Ludouicus Francorũ Rex inclytus, de quo legitur, quod non expectabat aduentum pauperum ad ſe, quinimmo eos præueniebat in benedictionibus dulcedinis. In cuius rei teſtimonium quoties declinabat ad aliquam ciuitatem, uillam, uel oppidum notabile ſui regni, ſe transferebat ad domos hoſpiales, in quibus erant pauperes, & infirmi. Ipſe ergo, & ſui ſimiles tandem in die iudicij audient Chriſtum, quaſi eis regratiantem, & dicentem illud Mar. 2. 5. Infirmus eram, & ueniſti ad me: Contra autem hi, qui ſecus fecerint, audient tunc eundem Chriſtum dicentem eis, & improperantem: Infirmus eram, ſcilicet, in membris meis, & non ueniſti ad me, nec perſonaliter, nec per alterum. Bene ergo, & ſalubriter nos admonet ſcriptura Eccl. 8. dicens: Non te pigeat uiſitare infirmum. Et ſic patet de primo cophino pleno compaſſionis affectu, & effectũ.

SECUNDVS cophinus uocatur diſcretionis, & continet illud uerbum ſequens. Et uidiſet maximam multitudinem uenientem ad ſe. Per quod ſpiritualiter docemur diſcretẽ ſubuenire neceſſitatem patientibus. Nam ceteris paribus debemus primum ſubuenire iuſto, & bonis, qui per uitæ ſanctitatem ſequatur Chriſtum. Sic enim nos agere admonet ſcriptura Eccl. 12. dicens: Benefac iuſto, & inuenies retributionem magnam, eſti non ab ipſo, certẽ à Domino. Quia ergo pauper iuſtus, & bonus non poteſt recompenſare, niſi forſan ſpiritualiter elemoſynã ſibi factã, ideo merito poteſt dicere illud Pſal. Dominus retribuet pro me. Sic enim diſcretẽ ſubuenit illa mulier magna, de qua legitur.



4. *Re. 4.* quod dixit uiro suo de Eliseo propheta Domini, *Aut* madueto, quod uir Dei est iste, qui trāsit per nos frequēter, faciamus igitur ei cenaculum, ut cum uenerit ad nos, in eo maneat. Sic etiā discretē subueniebat pauperibus prędictis beatus Ludouicus, qui annuatim magnam pecunię quantitatē destinabat Parrisijs ad fratres prędicatores, & minores, dicens. O quam bene, & utiliter hęc elemosyna assignatur, uidelicet ijs, qui de tot regionibus Parrisijs ueniunt ad sacram doctrinam discendam, quam postea per totum orbem seminabunt. Item nota, quod discretio circa subuentionem pauperum in hoc attenditur, quod ceteris paribus proximi, & consanguinei sunt alijs pręferendi, quia ut dicit. *Apo. 1. ad Tim. 5.* Si quis suorum, & maximē domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. Item *Amb. de offi. li. 1. c. 30.* Est, inquit, probanda liberalitas, ut proximos feminis tui nō despicias, si eos egere cognoscas. Melius est enim, ut subuenias tuis, quibus pudor est ab alijs sumptum deposcere. Non tamen, ut illi diuiores eo fiant, quod tu inopibus conferre posses. Hęc ille. In hoc grauius peccant multi pręlati, qui abundanter ditare student suos consanguineos de patrimonio crucifixi, quod ultra sufficientes sumptus distribuendum est ueris egentibus. Nota de Augustino, qui non subueniebat suis parentibus, nisi in casu indigentie, in quo tamē pręfererat eos extraneis.

**TERTIUS** copihus uocatur exemplaritas, & continet apostolorum pręsentiam. Voluit enim eos esse presentes in panum multiplicatione. Vnde in speciali fit mētio de Philippo, quem interrogauit ipse Christus dicens. Vnde ememus panes, ut, &c. Item de Andrea, qui dixit, Est puer unus, &c. Item in generali fit de eisdem mentio, cum dicitur circa finem Euangelij, Ut autem impleti sunt, dixit discipulis suis, Colligite, quę superauerunt, &c. Et per hoc spiritualiter docemur interdum facere opera pietatis coram alijs, ut nostro exemplo prouocētur, & trahantur ad similia. Vnde ad hoc propositū legi de beato patre nostro Dominico, quod est uide re: apud Palentiā Hispanię uniuersitatem, & uideret fame urgente multos egere uēditis libris, & supellectili, quā habebat in elemosynas est largitus. Ex quo opere, & suo exemplo exēplo multos diuites ad mīa opera prouocauit. Quod si dicat

dicat Christum prohibere, ne quis suam iustitiam, id est, opus bonum faciat coram hominibus, ut patet *Matth. 6.* Hoc quidem conceditur cum modificatione, quę sequitur, uidelicet, ut uideatur ab eis, quasi in hoc querens gloriam suam, & non Dei. Non tamen prohibet dominus iustitiam facere coram alijs ad eorum edificationem. Et hoc maximē spectat ad perfectos, qui non possunt de facili agitari uento humanę laudis, siue glorię mundanę. Contra autem illi grauius peccant, qui publicē, & coram alijs peccant, & hoc ratione scandali dati. Vnde *Matth. 18.* ait Christus. Si quis scandalizauerit unum, &c. & *Aug. in libello de honestate mulierum,* loquens de illis lubricis uiris, qui per blandimenta laborāt decipere pudicas uirgines, & mulieres, dicit, quod illorum animę, quę peccant ab illis in die iudicij requirendę sunt, qui illis exemplum perditionis ostendunt. Hęc ille.

**QUARTUS** copihus presentis euangelij uocatur puritatis, & continet illam clausulam. Est puer unus hic, a quo quidem puero accepit Iohannes panes. Et per hoc spiritualiter docemur implere opera misericordię ex pura substantia. Voco autem puram substantiam illud bonum, quod est iustitię, & debite acq̄situm, & non annexum fraudi, aut iniquitati. Propterea senior Thobias instruens filium suum de faciendā elemosyna dicebat illi. Ex substantia tua fac elemosynam. Et nō, quod dicit, ex substantia tua. Item ad idem propositū legitur in *Prouer. Honorā* (inquit Salomon) Deū de tua substantia, & de primitijs omnium frugum tuarum da pauperibus. Ex quibus uerbis patet, quod elemosyna debet fieri de proprio, & non de alieno, quia ut habetur *Eccl. 3. 4.* Qui offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui uisum filiū in cōspectu patris sui. Consideremus ergo, ut dicitur. *1. q. 1.* non est putanda, quantus sit dolor patris si in eius cōspectu filius uictimetur, & hinc facile cognoscimus, quantus apud Deum dolor exasperatur, quando ei sacrificium ex rapina tribuitur. Et breuiter, ut habetur in principio dicti capituli, qui hac intentione mala accipit illicita, ut bene dispenset, potius grauiatur, quā in iuuetur, nec est putanda elemosyna, si pauperibus dispensetur, quod ex illicitis rebus acquiritur. Item *Eccles. 3. 3.* Dona iniquorum non probat altissimus, nec respicit in oblatione iniquorum, nec

in multitudine sacrificiorum propitiabitur peccatis eorum. Nec certè tantum iniquè agunt principes, & diuites huius seculi, qui rapinas, & exactiones faciunt in pauperes, uermicium illi non uidetur immunes à peccato, qui elemosynas de talibus scièter suscipiunt, quas sciunt de rapina processisse, & restitutioni obnoxias, nisi forsàn essent in graui necessitate constituti. Vnde legitur, quòd cum semel anima beati Fursei rapta esset ad Dei iudicium, statim affuerunt multi demones eum accusantes, quòd accepisset cappam à quodam usurario. Angeli autem pro eo rogantes obtinuerunt, ut anima rediret ad corpus, & ageret pœnitentiam. Quo facto unus dæmonum proiecit in faciem eius animam illius usurarij, quæ igne infernali torquebatur. Postea uerò quam diu uixit dictus uir Dei, apparuit uestigium combustionis in facie eius. Malum est ergo scienter suscipere dona ab usurarijs, & raptoribus, nisi forsàn essent aliud iuste acquisita.

**Q**UINTVS cophinus uocatur iussionis, & continet illam clausulam, habet, supp. puer quinque panes hordeaceos, & duos pisces. Per quod ostenditur, quàm temperatè, & austerè Christus, & eius discipuli uiuebant, apud quos tantum reperti sunt quinque panes, & duos pisces. Insuper uitæ austeritas eorumdem in hoc apparet, quòd dicti pauci panes erant hordeacei, nõ triticeï, neque siliginèi. De uino autem nulla fit mentio, neque de salsa, aut cibus alijs delicatis. Nihilominus postquam dicti panes hordeacei fuerunt à Christo benedicti, & populo distributi, facti sunt delicatissimi, eò quòd illa, quæ immediatè à Deo sunt, multo meliora sunt, quàm quæ à natura, & causis secundis, ut habetur Deutero. trigesimo secundo. Dei perfecta sunt opera. Vnde nemo post Adam, & Euam tam perfectè uidit, sicut ille cæcus, qui fuit à Christo illuminatus. Iohan. nono. Idem dicit de alijs mutis, surdis, paralyticis, & leprosis ab eodem curatis. Item de illo uino miraculoso ab ipso de aqua facto Iohan. secundo. Et ex hoc Christi facto nobis colligendum relinquitur, quòd debemus facere elemosynas de meliori substantia. Vnde glo. inter. super illo uerbo Proverb. 3. De principijs omnium frugum tuarum dà pauperibus, dicit hoc esse intelligendum de porioribus bonis. Sic enim legitur Abraham, cum Angelis suscepisset in specie peregrinor-

um. Gen. decimo octauo. Tulit (inquit textus) Abraham uentilam tenerimum, & optimum, qui coxit illum, & cœt. Similiter Maria Magdalena effudit super caput Christi recum hentis unguentum preciosum, ut habetur Matth. uigesimo sexto. Sic ergo agamus, ueraciter estimantes, quòd ea, quæ propter Christum pauperibus damus, ipse reputat sibi dari, ut habetur Matth. 25. Item ea, quæ pauperibus damus, pro uitæ æterna adipiscenda tribuimus, quia ut habetur Tob. 22. elemosyna facit inuenire uitam æternam. Quæ autem nobis referuamus, profunt nobis ad uitam corporalem, & temporalem. Nulli autem dubium, quòd meliora conferenda sunt pro uitæ æterna, quàm pro uitæ transitoria, quanto ipsa uita æterna est præferenda uitæ temporali. Ex quo reliquitur, quòd elemosyna debet fieri de porioribus bonis.

**S**EPTVS cophinus uocatur iussionis, & continet illam clausulam. Facite homines discubere, sup. super fensù, quia ut hinc in textu, erat fenum multum in loco. Ex qua iussione nobis colligendum relinquitur, quod debemus frequenter discubere super fenum per memoriã mortis nostræ future. Quamdiu. nuuiumus, quasi herba uirens sumus. Sed per mortem, quasi fenum efficimur. Quod considerans ps. dicebat. Dies mei sicut umbra declinauerunt, & ego sicut fenum arui. Item Esa. 40. Omnis caro. i. omnis homo fenum, & ois gloria eius, quasi flos agri. Exsiccatum est fenum. i. homo per mortem, & cecidit flos. i. species humani corporis, quia spiritus dñi. i. uoluntas, uel sententia iustitiæ eius, sufflauit in eo, scilicet, flore humani corpus ipsum mortificando. Verè fenum est populus. Ecce quò per mortem homo percutitur, ut fenum. Consideratio autem huius miserie, & fragilitatis est ualde salubris, iuxta illud Eccles. 7. Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Item Hier. 3. parte epistolarum suarum, epist. 88. Non fidele, inquit, in peccata labitur, qui se moriturum cogitat, & Deum sibi fore iudicem non ignorat. Similiter Sen. 1. par. epistolarum suarum, epistola. Nihil, inquit, tantum tibi prodest ad omnium rerum temperantiam, quàm frequens cogitatio breuis aui, & huius incerti. Quicquid facias respice ad mortem.

**S**EPTIMVS cophinus hodierna in euãgelij uocatur gratiarum actionis, & continet illud uerbum. Et cū grās egisset. Ex quo

uerbo nobis colligendū relinquitur, q̄ semper debemus gra-  
tias agere domino Deo de omnibus beneficijs suis tā genera-  
libus, q̄ specialibus. Vnde Chryso. hom. 71. Si fieri p̄t, ro-  
go, ut quilibet nostrū per singulos dies intra se cōputer, non  
tantū cōmunia beneficijs, verū & proprijs sibi collata, nō pro-  
mulgata, & oībus manifestata, sed peculiaribus, & multos lac̄-  
tia. Sic. n. continuā gratiarū actionem domino poterit exhi-  
bere. Hoc nempe maximum est sacrificium. Hęc oblatio per  
fecta. Hoc fiducia fiet nobis occasio. Hęc ille. Insuper, qui  
plus percipit de beneficijs omnipotentis Dei, plus tenetur  
ad gratiarum actiones, quia ut dicit Greg. hom. 9. cum auge-  
tur dona, rationes etiam crescut donorum. Qui autem nō  
reddunt gratias Deo de beneficijs ab eo perceptis, sunt de-  
terioris conditionis brutis animalibus, & presertim canis-  
bus, de quibus dicit Amb. in hexaemeron libr. 6. c. 4. quōd  
illis natura quadam insitum est referre gratiam beneficio-  
ri, & sollicitas excubias pro dominorum suorum salute pre-  
tendere, ita ut in latrones proflire sint parati pro eisdem  
dominis suis. Sepe etiam comperti sunt insurrexisse in neco-  
tores dominorum suorum, sicut refert idem Ambr. ibidem  
de quodam ciue Antiochenē ciuitatis. Refert etiam Pe-  
trus Damiani in quadam epistola, quæ incipit. Verē san-  
ctis, quam destinat ad Monachos Cluniacē. de quodā Leo-  
ne, quem cum quidam Mercatores Venetiarum uidiſſent in  
quadam insula maritima certare contra draconem, & ipsum  
draconem preualere, ipsum iuuare conati sunt. Asumentes  
igitur arma contra ipsum draconem dimicare ceperunt, quē  
tandem occiderunt. Videns igitur Leo, se auxilio eorum li-  
beratum de faucibus draconis, uelut non ingratus de tanto  
beneficio ad eos ibi per aliquot dies pauſantes propter memo-  
ris intemperiem, accedebat deposito omni furore, & quoti-  
die unam illis pellem animalis à se occisi afferebat. Quam  
grauiter igitur illi homines peccant, qui percepto charita-  
tis Dei beneficio grata uice non respondent, maximē cum  
hoc agant bruta animalia? Hęc ibi.

OCTAVVS cophinus presentis euangelij uocatur hu-  
militatis. Et iste cophinus continet in se illud uerbum eius-  
dem euangelij. Distribuit discumbentibus. Magnum certē  
humilitatis argumentum, quōd ipse Christus cum esset rex  
regum,

& dominus dominantium, nihilominus in propria  
persona uoluit turbis ministrare, & distribuere panes à se be-  
nedictos, & multiplicatos, eum tamen hoc per alios fieri po-  
tuisse. Et hoc est, quod dicebat Matth. 20. Filius hominis nō  
uenit ministrari, sed ministrare. Et ex hoc facto nobis colli-  
gendum relinquitur, quōd exemplo ipsius saluatoris non de-  
bemus erubescere seruire inferioribus nostris, etiam abiectis  
personis. Sic enim faciebat Beatus Ludouicus Francoꝝ rex,  
qui omnibus sextis ferijs, quorundam leprosoꝝ lauabat pe-  
des, in super singulis diebus nonnullis pauperibus ad men-  
sam suam sedentibus seruebat. Ad hoc autem tam insignē  
humilitatis exemplum tria debent egregias personas indu-  
cere. Primum est Christi exemplum, ut dictum est. Secundum  
est eiusdem uerbum, per quod demonstrat, quā gratum sit  
illi huiusmodi obsequium, ut patet Matth. 26. ubi ait Quod  
uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Tertium est dubiū.  
Nam cum pauper à nobis perit humanitatis beneficium, ne-  
scimus, si ipse Christus in spē pauperis non tentans, sicut quā  
doque accidisse legitur. Vnde Greg. homi. 23. refert de quo-  
dam patrefamilias, qui quotidie ad mensam suam peregrino-  
sus suscipiebat. Quadam igitur die affuit inter alios peregrino-  
sus quidam prius iniustus, qui ad mensam cum alijs iustus  
est sedere. Sed cum prius dictus patrefamilias uellet ex mo-  
re aquam manibus eius infundere, mox ille disparuit. Pro-  
pterea August. ad fratres in crem. ser. 46 hortans uanumquem  
quæ ad pietatis opera ait. Tu nescis an Christus dignetur te  
uiscare, licet ipse semper sit in hospite. Et ideo pateat cun-  
ctis peregrinis ianua tua, suscipe eos alacriter, abluere eorum  
pedes humiliter, purga eorum immunditias, & noli auerte-  
re manum tuam ab ullo paupere. Esti cunctis subuenire non  
uales, saltem uoluntas bona sit circa eos. Hęc ille.

NONVS cophinus presentis euangelij uocatur liberali-  
tatis. Et continet iste cophinus illam clausulam. Similiter,  
& ex piscibus, quantum uolebant Item illud uerbum sequēs.  
Ut autem impleti sunt, scilicet, populi ex panibus, & pisci-  
bus à Christo multiplicatis. Ecce eiusdem Christi liberali-  
tas, quia abundanter refecit turbam. Et ex hoc nobis colli-  
gendum relinquitur; quōd si facultas adest, tunc debemus  
abundanter tribuere. Sic enim instruxit Tobias filium  
suum

sum agere dicens ad eum. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue. Sic nempe egit Iosias rex Iuda, de quo legitur. 2. Paralip. 3. 5. quod dedit omni populo, qui inuentus fuerat in solennitate Phasæ, agnos, & hædos de gregibus, & reliqui pecoris triginta millia bouum, aut tria millia. Sic etiam egit beatus Mattheus, de quo legitur. Luc. 5. quod fecit Christo conuiuium magnum in domo sua. Sed circa hanc liberalitatem exercendam circa Christi pauperes, grauius delinquant multi reges, principes, & nobiles, qui ea, quæ in pius usus dare debent, expendunt prodigè, ut potè, dando interdum milia auri, & argenti lenonibus, adulatoribus, meretricibus, ac similibus personis infamibus. Quo fit, ut citò, & inaniter consumatur substantia pauperum subditorum, quæ cum maximis sudoribus sibi comparauerunt. Mentior, si nõ legi in quadam chronica de concubina cuiusdam magni principis Galliarum, quæ in testamento legauit ceruis ecclesijs ultra quinquaginta mille libras, cum tñ esset de paupe regno. Similiter circa prædictam liberalitatem delinquant multi ecclesiæ prælati, & signanter episcopi, qui de emendis delinquentium, quæ debent distribui in pius usus, replent marsupia sua, ita ut in fine anni plerumque superexcedant ordinarios redditus possessionum, & iurium episcopaliū. Et ita tales thesaurizant, & sibi præparant ingentia buffeta de mammona iniquitatis, quæ post eorum decessum per testamentum relinquunt suis hæredibus. Alij autem talia bona expendunt in mulieribus, & fructibus uentris. Alij in ludis, mangonibus, canibus, auibus, aquis, & mulis. Alij in rapetis, histrionibus, preciosis uestibus, ædificijs sumptuosis, & uanitatibus sæculi. Alij multa milia donant fratribus, & sororibus, nepotibus, & neptibus, ut sic exalten genus suum de dote, & patrimonio crucifixi. Rursus circa prædictam liberalitatem frequentissimè delinquant multi abbates, & priores reddituati, qui post tenuem sustentationem subditorum suorum cetera bona, & proventus monasterij sibi in damnationem animarum suarum appropriant, talia exponentes, prout illis placet, relinquentes muros, & mores correre. Et quod horrendum est, frequenter tales habent familiam dissolutissimam bona monasterij dissipantem, & deuorantem. Ad

quos

quos etiam plerumque ueniunt nobiles, & domicellæ, atque alterius status mulieres iuuenes, & senes forsitan ibi operantes, quæ non licet homini loqui. Careum canes magni, & parui currunt, & discurrunt per claustrum & ecclesiam stercorentes ubique. Quod si quis monachorum eos, quacumque leui percussione, inde eiecerit, & clamorem emiserint, abbas hoc audito indignatur, & minè pauperulo monacho inferuntur. De ecclesijs autem quàm male, & inhonestè tractentur in uitris altarium, imaginibus, ornamentis, iocalibus, libris, & huiusmodi, horrendum est uidere. Nam sermè omnia stercoreibus columbarum cooperta uidentur, quæ etiam facile cadere possunt super capita, aut facies monachorum in choro psallentium, etiam intra calicem cum à sacerdote eleuatur. Et breuiter multis his similia in prædictis monasterijs reperire est, quæ egent optima reformatione, si esset, qui zelo domus domini comederetur. Patet ergo, quod multi moderni principes, præfules, abbates, & priores non imitantur Christum in uera liberalitate, sed potius tendunt ad infernum cum sua prodigalitate.

**D E C I M V S** cophinus presentis euangelij uocatur providentialitatis. Et iste cophinus continet illud dominicum uerbum ad discipulos suos. Colligite, quæ superauerunt fragmenta, ne pereant. Ex quo uerbo nobis colligendum relinquitur, quod dominus non uult temporalia bona, quæ nobis tribuit, perire, sed ut diligenter colligantur, & referentur tempore, & loco ad usus nobis, & alijs necessarios. Hoc etiam ad humanam providentiam pertinet, quæ uituperanda nõ est, sed potius laudanda, unde Aug. lib. de sermone dñi in monte. Cum, inquit, uiderimus aliquem seruum Dei providere, ne ista necessaria sibi desint, non iudicemus eum de castro sollicitum esse. Nam & ipse dominus propter exempli loculos habere dignatus est, & in actibus Apost. scriptum est ea, quæ ad uictum sunt necessaria, procurata esse in futurum propter imminentem famem. Hęc ille. Quod si in contrarium obijciat illud Christi uerbum Matt. 6. dicentis. Nolite solliciti esse in crastinum. Crastinus est dies sollicitus erit sibi ipsi. Dicendum, quod duplex est sollicitudo. Vna necessaria, & secundum rectam rationem moderata. Alia immoderata, &

ra, &

ta & superflua, per quam possuntur spūalia, & diuina. Prima est tolerabilis, immo licita, & laudabilis, utpote, cum quis moderatē, & cum Dei timore adhibet diligentiam ad habendum temporalia, & congregandum ea secundum necessitatem, aut decentiam sui status. Et talem habuit Martha, cui dixit Christus Luc. 10. Martha Martha sollicita es, & turbaris erga plura. Nec eam de hoc reprehendit. Qui nimmo sacra scriptura reprehendit eos, qui nolunt laborare ad congregandum bona temporalia loco, & tempore, ut patet ibi Prouerb. 6. Vsq̄ue quo piger dormis? Vade ad formicam, & considera uias eius, & discite ab ea sapientiam, quæ cum non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem, parat in estate cibum sibi, & congregat in messe, quod comedat. Secunda autem sollicitudo est uituperabilis, utpote, proueniens ex inordinato amore temporalium, & ex quadam diffidentia diuinæ promissionis. Insuper inducit, & trahit hominem taliter sollicitum ad multa mala. Primò ad inrandum, & peierandum, & ad nomen domini in uanum accipiendum. Secundò ad laborandum, & mercandum in die festo. Tertiò ad dandum ad usuram, & ad proximum multipliciter accipiendum. Et ideo est summè uitanda. Et hanc prohibet dominus, ubi sup. cū ait. Nolite solliciti esse in crastinum, id est, in futurum superflue congregando, & de Dei pro uidentia diffidendo.

**V N D E C I M V S** cophinus hodierni euangelij uocatur multiplicationis. Et iste cophinus continet illam clausulam, Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus hordeacis, quæ superfuerunt his, qui manducauerant. Et ex hoc facto nobis colligendum relinquitur, quod illa, quæ pauperibus erogamus, à Deo nobis abundantissimè multiplicata reddentur. Sic em̄ promittit ipse dominus Prouer. 3. dicens. De primitiis osum frugum tuarum da pauperibus, & implebunt horrea tua saturitate, & uino torcularia redundabunt. Et de hoc habemus historiam de Abraham, & Loth, qui adeo operibus pietatis dediti erant, quòd angelos in specie hominum quandoque receperunt. Propter quod ualde abundauerunt temporalibus bonis, ita ut nequirent habitare communitè, ut habet Gen. 13. Item legitur. 3. Regum. 17. de quadam muliere uidua,

quæ

quæ cum paup̄isset Heliam prophetam de modica substantia, quam habebat, adeo creuit dicta substantia, quòd non defecit illi, quousque dñs misit ferilitatem super terram. Similiter legitur. 4. Reg. 4. quòd Elifæus propheta iussit uiginti panes hordeaceos dari centum uitis. Quod cum factum fuisset, & illi comedissent ad saturitatem, superfluit. Circa hoc ergo ualde increpandi sunt auari, & tenaces homines, qui resugiunt dare pauperibus, ne eorum bona diminuuntur nimis. Et tamen dando, ubi dandum est, eorum bona auerentur, insuper gloriam æternam mererentur.

**V D O D E C I M V S** cophinus presentis euangelij uocatur laudationis. Et iste cophinus continet illam clausulam, quæ finem facit euangelij, ubi dicitur. Illi ergo hoīes, eum uisidissent, quod fecerat signum Iesus, dicebant, quia hic est uerè propheta, qui uenturus est in mūdum. Ecce laus magna paucis comprehensa uerbis. Et ex hoc nobis colligendum relinquitur, ut Deum laudemus ex operibus suis, & beneficijs ab eo nobis collatis. Non enim aliud à nobis requirit, nisi ut ipsum laudemus, & magnificemus. Propter quod dicebat p̄f. Benedicam dñm in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Et nota, quod dicit, semper. Nam ille semper Deū laudare dicit, qui ipsum laudat in aduersis sicut in prosperis. Et talis laudator Dei fuit Iob, qui audiens nuncios mala referētes, ait. Dominus dedit, dominus abstulit, sicut dño placuit, ita factum est, sit nomen dñi benedictum. Eiusdem. j. hunc igitur laudatorem imitemur, & sic tandem ad cælestem gloriam transferemur, ubi semper sine laudabimus dominum cum angelis, & omnibus sanctis. Quod nobis concedat, qui in trinitate perfecta, &c.

*Dominica in Passione, Sermo primus de Epistola.*



**H** R I S T V S assistens Pontifex futurorum bonorum, &c. ad Hebræos 9. Duæ sunt in hoc seculo præcipue dignitates, siue potestates, scilicet, ecclesiastica, & secularis, siue sacerdotalis, & regalis, de quibus habetur. 2. 3. quest. 5. Hæ autem potestates semper fuerunt distinctæ, & disparatæ in utroque testamento. Et quidem quan-

tum

tum ad uetus testamentum hoc facile pendere est quantum ad distinctionem tribuum, de quibus assumebantur. Nam sacerdotēs, siue pontifices assumebantur semper de tribu Leui, quod propterea dicebatur tribu sacerdotalis. Reges uero assumebantur de tribu Iuda. Quantum uero ad nouū testamentum distinctio harum duarum potestatum est satis nota, & aperta. Nihilominus ex specialissimo priuilegio, & gratia huiusmodi duę potestates simul coniunctę fuerunt in Christo, qui simul fuit rex, & pontifex. De primo ait Gabriel ad virginem Mariam Luca. 1. Dabit ei dominus Deus sedem dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. De secundo uero loquitur Psalm. dicens. Tu, supple, Christus, es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, id est, secundum, quod præfiguratum fuit in sacerdotio Melchisedech. Item de eodem loquitur Apostolus in hodierna epistola dicens. Christus assumpsit pontifex, &c. Sed quia de isto Pontifice multa diximus in expositione epistolarum quadragesimalium deducendo præsentem epistolam, ideo in præsentī sermone dignum duxi loqui de preciosissimo sanguine, quem effudit dictus Pontifex noster Christus in cruce pro nostra redemptione, de quo etiam facit mentionem Apostolus in præsentī Epistola, dicens, quod per proprium sanguinem introiuit, &c.

**NOTANDVM** ergo quod huiusmodi preciosissimus Christus sanguis est à nobis maximè uenerandus, & hoc propter multos gloriosos effectus illius. Est enim.

Diuine irę placatiuus.

Culpe purgatiuus.

Mundi redemptiuus.

Capriuitatis liberatiuus,

Celi referatiuus.

Hæreditatis restitutiuus.

**PRIMÒ** igitur sanguis Christi est diuine irę placatiuus. Erat nempe olim Deus pater ualde iratus contra humanum genus, & hoc propter peccatum primi parentis, cuius grauitas apparere ex tribus, Primò quidem propter ipsius Adę ingratitudinem. Cum enim Deus fecisset ipsum ualde perfectam creaturam, tum ex parte animę formando ipsum

ad suam imaginẽ, & similitudinem, insuper illi conferendo uirtutes, & gratiã, tum ex parte corporis formãdo eū immortalẽ, & impassibilẽ p̄ beneficiũ iustitię originalis, quodãmodo in corpus suũ redundantis, tũ ex parte utriusq; sciẽdo eum capacẽ glorię cęlestis, tum dando illi dñium oĩum creaturarũ inferiorum, ut p̄cor, bestiarũ, piscium, & auĩũ, iuxta illud Gen. j. Dñamini piscibus maris, & auribus cęli, & uniuersis animantibus, quę mouent sup̄ terrã, tum ponendo eū in paradiso deliciarũ, his tñ talibus, ac tantis beneficijs ingratuſ dereliquit Deũ factorẽ suũ, & recessit à deo saluati suo, ut obediret, seu obtempereſt potius uxori suę suadeti, tum de fructu ligni uetiti comederet, quã Deo oppositiũ præcipiẽti. Secundò grauitas peccati Adę apparet ex parte facilitatis præcepti. Si enĩ Deus multa præcepta illi fecisset, forsã dixisset ideo se peccasse, quia non aduertebat de præcepto sibi factõ p̄ aliorũ multitudinẽ, quia ut uulgò dñr, pluribus intentus miuor est ad singula sensus. Sic est aut, quod unicũ præceptum expressẽ & extrinsecus illi dederat Deus, ut. s. non comederet de fructu ligni scientiæ boni, & mali. Et iõ facile illud obseruare poterat. Item facilitas obseruandi dictũ præceptum aliunde apparet, in hoc, s. quod Deus dederat illi ad esum fructũ ligni uitæ, quæ erat multo pulchrior, & melior fructu ligni scientiæ boni, & mali, ideo excusationem non habebat de peccato suo. Tertio prædicta grauitas peccati Adę ostenditur ex parte generalitatis. Peccata enim ceterorum hominum solum tenent auctores suos, quia ut habetur Ezech. 8. Filius non portabit iniquitatem patris, nec p̄r iniquitatem filij, sed impietas impij super eũ erit. At uero in proposito filius portat quodãmodo iniquitatem patris, id est, penam debitam pro peccato Adę, pro quanto fuit in eo originaliter secundum seminalem rationem, hic Apost. 1. ad Cor. 15. exclamatur dicens. Omnes in Adam morimur, id est, debitum moriendi ab eo peccante contrahimus. Patet ergo ex parte trium grauitas peccati Adę, quæ sunt ingratitudo peccantis, facilitas præcepti, generalitas peccati. Non mirum ergo, si Deus pater erat ualde iratus contra humanum genus. Et quia nullus hominum, nec etiam angelus in forma humana poterat placare iram Dei patris aduersus mundum, ideo accessit fuit filium eius incarnari, &

mori pro humana redemptione. Cuius cum sanguinem distillantem per pedes, manus, & latus uidisset, placatus est, & cessauit ira eius. Et hoc est, quod loquitur Apostolus ad Rom. 5. dicens. Cum inimici essemus Deo patri, reconciliati sumus per mortem filij eius. Vnde in figuram huius legitur Exo. 12. quod cum angelus Domini percuteret primogenita Aegypti, ubicumque in postibus demorstrat uidebat sanguinem agni aspersum in modum crucis pertransibatur, nec ibi aliquis moriebatur. Ad propositum agnus est Christus, quem etiam Iohannes uocauit agnum, dicens: Ecce agnus Dei: Ecce qui tollit peccata mundi. Iohan. 1. Huius autem agni sanguis aspersus est in cruce. Quem uidentem Deus pater deposuit iram suam, quam prius diu tenuerat aduersus mundum, & sic reconciliati sumus illi, iuxta illud ad Colos. 1. Omnia pacificans per sanguinem crucis eius, quae in terris sunt, & quae in caelis.

**T E M** ad idem propositum facit similitudo de leopardo. Solet enim quandoque huiusmodi animal domesticum effici, & ad uenationem cum canibus duci. Est autem tanta ferocitatis, quod si uiderit praedam euadere, adeo irascitur, quod inuadit primum hominem sibi occurrentem, nisi aliunde pacificaretur furor illius. Et ideo solet magister eius, cum eum ducit ad uenationem, secum deferre agnum unum, quem illico illi offert, cum uider eum praedam amisisse. Quem cum occiderit, & sanguinem illius uiderit, mox placatur furor illius. Nec est alius modus placandi eum. Ita in proposito uidentem Deus pater, quod perdidit praedam suam, id est, naturam humanam, quam prius recluserat intra septem paradisi terrestri, quae inde exiit per portam inobedientiae, adeo iratus fuit, ut nullus posset eum placare, quousque uidit sanguinem filij sui, qui fuit agnus immaculatus. Ecce quomodo sanguis Christi fuit diuinae irae placatiuus.

**S E C U N D O** sanguis eiusdem Christi est culpe purgatiuus. Apoc. 1. Dilexit nos, sup. Christus, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Dilexit ergo nos Christus non simulariter, neque tantum lingua, aut uerbo, ut solent homines mundani alios diligere, sed dilexit nos opere, & ueritate, quia lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Omnes enim aequi totius mundi, siue fluioriorum, siue fontium, aut stagnorum, uel etiam omnium marium, non poterant lauare sordes cul-

parum

parum humani generis. Neque similiter sanguis hircorum, aut taurorum, sed solus sanguis agni immaculati, qui uenit tollere peccata mundi, hoc efficaciter facere potuit. Vnde ad Hebr. 10. Omnia penes in sanguine mundantur, & sine sanguinis effusione non fit remissio, id est, sine uirtute sanguinis Christi peccata non remittuntur.

**V B I** notandum, quod de ista mundatione a culpa, quam facit sanguis Christi, potest dari duplex similitudo. Prima est de sanguine extracto de sub ala dextera hirundinis, uel columbe, de quo ferunt naturales, quod abstergit maculas colorum, si ibi infusetur. Sic in proposito sanguis Christi, qui sicut columba per simplicitatem, similiter & hirundo nunciatus in suo aduentu nouitatem temporis gratiae, qui ad litteram extractus est de sub ala dextera, id est, de eiusdem Christi latere, & de sub dextero brachio, abstergit maculas peccatorum de oculis cordis humani, si ibi per deuotionem infusetur. Secunda similitudo est de sanguine caprae, de quo dicit Plinius in naturali historia, quod est ualde medicinalis. Nam (ut dicit) uenenum expellit, serpentes fugat, atque leopardum infirmum sanat. Sic sanguis ipsius Christi est ualde medicinalis. Nam uenenum uitiorum exterminat, a morsibus, id est, a tentationibus serpentum infernalium liberat, & leopardum infirmum, id est, genus humanum ab originali peccato sanat. Insuper ipsos serpentes infernales exterret, quia diabolus nunquam audet hominem tentare, nec coram eo comparere, in cuius corde uiderit Christi sanguinem per synceram deuotionem, & recordationem adesse. Ecce quomodo sanguis Christi est culpe purgatiuus.

**V N D E** in figura huius legitur Leuitici. 14. quod leprosus mundandus debebat stare extra castra, ad quem accedere debebat sacerdos legis cum duobus passeribus, quorum unum liberum dimittebat auolare, alterum autem occidebat, & de sanguine ipsius cum hyssopo aspergebat faciem leprosi, & sic mundabatur, si mundari debebat. Ad propositum leprosus est humanum genus, quod infectum erat lepra peccati, propter quod manebat extra castra, quia exclusum erat a paradiso terrestri, & caelesti. Ad hunc ergo leprosum curandum uenit summus ille sacerdos Christus cum duobus passeribus, id est, cum duabus naturis, diuina, scilicet, & humana.

Scd

Sed diuina auolasse dicitur, quia secundum se immortalis erat. Humana autem occisa est, de cuius sanguine asperguntur peccatores in remissionem peccatorum, quia ut dicit Apostolus, & supra allegatum est, sine sanguinis, sup. Christi, effusione non fit remissio peccatorum. Et sic patet intentum.

**TERTIÒ** sanguis Christi est mundi redemptiuus, ita ut de eo dicitur. 1. Pet. 1. quòd non corruptibilibus auro, uel argento redempti sumus, sed precioso sanguine agni. Vnde Apoc. 5. Redemisti nos Domine Deus in sanguine tuo ex omni tribu, & lingua, & natione, fecisti nos Deo nostro regnum. Nota, quomodo ipse Christus dedit arrham huius redemptionis in sua circuncisione, sed summam totalem soluit in sua passione, quandoquidem percussus, & uulnerato suo corpore in pluribus locis fluxit medicina salubris, idest, sanguis illius, qui fuit thesaurus nostre redemptionis. Fuit ergo huiusmodi sanguis, quantum in se fuit redemptiuus totius mundi sufficienter. Propterea Ambr. super Psal. Beati immaculata est terra, dicit, quòd hoc fuit in passione Christi impletum, in qua omnibus data est remissio peccatorum. Quod ergo non omnes redemerit efficaciter, sibiipsis imputare debent, & non illi. Vnde Osee. 13. clamatur dicens: Perditio tua Israel ex te, tantummodò in me auxilium tuum. Vnde fuit quodammodo similis pellicano, qui se ultro uulnerat, & sanguinem suum stillat super pullos suos à serpente occisos, ut eos uiuificet. Quod si non uiuificentur omnes, hoc non procedit à patre, qui sufficienter facit, ut omnes uiuificentur. Meritò ergo ipse Christus in hora passionis suae dicere poterat illud Psal. Similis factus sum pellicano solitudinis, idest, in solitudine habitanti.

**QUARTÒ** sanguis Christi est captiuitatis, siue captiuorum liberatiuus. Nam per efficaciam ipsius liberati sunt sancti patres de carcere limbi, iuxta illud Zacha. 9. Tu autem in sanguine testamenti tui eduxisti uinctos tuos de lacu, in quo non erat aqua. Et de hoc datur similitudo de sanguine hirci, qui habet hanc proprietatem, quòd solet dura, & solida frangere. Vnde ferrur de adamante lapide, quòd quamuis sit durus, & solidus adeo, quòd nec ferro, nec chalybe possit frangi, nihilominus si sanguine hirci. prius humectetur; & per-

fundatur,

fundatur, postmodum facillè diuidetur. Ita in proposito, quamuis uincola, quibus tenebantur in clausi sancti patres in lyombo, essent fortissima, & indissolubilia per quamcunque creatam potentiam, nihilominus soluta sunt, & aperta uirtute sanguinis Christi, qui uetres ferreos confregit, atque uincola sanctorum patrum dirupit. Vnde etiam Deus pater de filio suo Christo dicit illud Esa. 49. Seruauit te, & dedi te in sedus populi mei, ut suscitares terram, & possideres hereditates dissipatas, & dices his, qui uincti sunt, exite, & qui in tenebris sunt, reuelamini, idest, uenite ad lucem inaccessibilem gloriæ æternæ.

**VI** notandum, quòd in figuram huius liberationis rectè legitur Exo. 13. ubi dicitur, quòd per transtrum maris rubri populus Israel fuit de captiuitate Aegyptiaca liberatus. Nam mare rubrum Christi sanguinem rectè designat, tum quia rubeum, tum quia amarum Ipse. n. Christus figuratus fuit Apoc. 19. ubi dicitur, quòd ille, qui sedebat in equo albo, cui nomen erat fidelis, & uerax, qui habebat in capite suo multa diademata, & habebat in femore suo scriptum rex regum, & dñs dominantium, & uocabatur nomen eius uerbum Dei, habebat uestes aspersas sanguine, & apprehendit bestiam, & posuit eam in stagnum ignis, & sulphuris, & exercitus, qui sunt in celo sequebatur eum in equis albis. Quia Christus, qui fidelis, & uerax, & rex regum, & uerbum Dei dicitur, & qui omnium dignitatum diademate coronatur, postquam uestem humanitatis in cruce aspersam sanguine habuit, & postquam ibi de bestia Lucifero triumphauit, eumque in stagnum ignis, & sulphuris condemnauit, tandem ipse super equum glorificatæ humanitatis resurrexit, & tunc exercitum cælorum, idest, conuentum, & congregationem sanctorum patrum sequentium post se duxit, quos scilicet, in stolis albis immortalitatis de inferno eripuit, & eduxit. Ecce ergo quomodo iuxta prophetiam Zachariæ ipse Christus eduxit in sanguine testamenti sui uinctos suos de lacu, idest, de lyombo. Vnde quilibet eorum tunc quasi gratias agens dicere potuit illud Psal. Eduxit me, supple, Christus per uirtutem sui sanguinis de lacu miseriæ, & de luto fecis.

**VI** notandum, quòd sanguis Christi est cæli referatiuus. Nam, ut dicit Hiero. 2. par. epistola suarum epistola. 10. Ser. Do. G. Peps. Pars Hiem. Ecce Sanguis-



Sanguis Christi clavis est paradisi. In cuius rei signum cum ille penderet in cruce, dixit ad latronem Luc. 13. Hodie mecum eris in paradiso. Dicit etiam Apostolus in presenti epistola, quod Christus per proprium sanguinem introiuit semel in sancta eterna redemptione inuenta. Ecce, quomodo dictus sanguis Christi est Celi referatiuus. Vnde in figuram huius legitur Num. 35. quod exules, & profugij post mortem potius poterant redire ad suas ciuitates, & in eis habitare. Ad propositum per peccatum Ade totus mundus profugus, & exul factus est à paradiso celesti, quod etiam bene figuratum fuit per hoc, quod ipse Adam cum uxore sua post peccatum exules facti sunt paradisi terrestris. Sed postquam ille pontifex maximus, de quo loquitur Aposto. in presenti Epistola, mortuus est in cruce suum fundendo sanguinem in remissionem peccatorum, data est libertas omnibus bene morientibus intrandi in illam celestem ciuitatem, de qua Heb. 13. loquitur Apost. dicens. Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus, Illi ergo sunt ualde incepti, qui in presenti negligunt bene laborare, ut in fine dierum suorum illic intrare ualeant. Tales ergo debent attendere, quid responsum sit fatuus uirginibus, que non sumperant oleum secum in lampadibus, id est, bona opera in conscientijs, & dicentibus ipso, Domine, domine, aperi nobis, ut, scilicet, intremus ad nuptias celestes. Nescio, inquit, uos. Mat. 25. Deinde concludit Dominus dicens. Vigilate itaque, scilicet, bonis operibus uacando, quia nescitis diem, neque horam, sup. qua uocandi estis per mortem. Timeamus ergo charissimi, ne in fine dierum nostrorum inueniamus exigentibus nostris culpis portam celi clausam, quia si sic, quod Deus avertat, ultra intrare illic non poterimus. Da exemplum de eccle siijs cathedralibus, in quibus quando pulsat ad officium, porte chori manent aperte, ut illic possint intrare, qui uolunt distributiones percipere. Quod si qui neglexerint illic intrare, quousque officium sit inceptum, illis clauditur ianua in faciem. Sic quando uiuimus, uocamur multipliciter ad celum. Quod si nostram neglexerimus salutem indubitanter inueniemus portam in domo Domini clausam, & sic frustrabimur distributionibus pingnissimis Ecclesie triumphantis.

**S**EXTO sanguis Christi est hereditatis restitutiuus. Nā Adam peccando perdidit pro se, & posteris suis celestem hereditatem, siue ius ad eam, quod illi dederat dominus, priuquam peccaret. Nec poterat totum humanum genus inuenire modum, aut medium reintrandi ad dictum ius, siue hereditatem. Quod uidens Dei filius, misericordia motus super ipsum genus humanum, formam serui accepit, & fratrem nostrum se fecit, ut dictam hereditatem ad se retraheret, Nō quidem, ut illam sibi seruariet, aut appropriaret, sed ut nobis loco, & tempore donaret, & restitueret. Cuius precium soluit super bancum crucis, cui sanguinem suum fudit. Cuius quilibet gutta fuit sufficientissimum precium humanæ, redēptionis. Sed. ut esset copiosa apud dominum redemptio totum suum sanguinem dedit. Et de hac mirifica redemptione scribitur. 1. Petri. 1. cum dicitur, Non corruptibilis auro, uel argento, &c. Vnde ad propositum loquens Aug. ser. 1. in die palmarum, dicit sic. Indubitanter credamus, quod ille totum mundum redemit, qui plus dedit, quam totus ualeret mundus. Meritum enim redemptæ mercedis dignitas insignis precij supergressa est. Perpende inter hæc, qui talem pro nobis dedit pecuniam, qualem à nobis sit exacturus usuram. Hęc ille, Christus itaq; qui tāto precio nos redemit, scilicet, sanguine suo, eodem etiam precio nobis hereditatem celestem loco, & tempore percipiendam restituit. In cuius figuram legitur Leuit. 25. quod si quis in antiquo testamento hereditatem suam uendidisset, frater eius, aut propinquus poterat illam redimere refundendo precij, siue denarios. Quę etiam lex adhuc obseruatur, dummodò hæres ueniat intra prefixum tempus. Ad propositum Adam uendiderat suam partem hereditatis celestis, tam pro se, quā pro filijs suis uilijs precio, quia pro vno pomo. Propter, quod meritò poterat illi, tāquam misero prodigio improbari illud Psal. Vendidisti populum tuum sine precio, sup. sufficienti. Videns itaque frater noster Christus, quod Adam fuerat deceptus, & circumuentus multo ultra medietatē iusti precij, retraxit iure propinquitatis huiusmodi hereditatem, refundendo precij super bancum crucis, ut dictum est. Confidenter ergo quilibet nostrum, supposita bona uita, potest illi dicere illud Psalmi. Tuis, qui restitues hereditatem meam mihi.

## Dominica in Passione.

Quam quidem hereditatem nobis conferat, qui in trinitate perfecta uiuit, & regnat. Amen.

*Dominica in Passione, Sermo secundus de Euangelio.*



**I**VLERVNT lapides, ut iacerent in eum. Iohannis octauo.

Pro introductione presentis sermonis mouetur quaestio talis. Quare praesens dominica intitulatur de passione? Ad hoc respondetur, quod propter tres rationes.

**P**RIMA igitur ratio est literalis. Nam cum Iudei audissent feria sexta precedenti, quod Christus suscitasset Lazarum a mortuis, & quod factum esset notorium, timentes, ne populus in eum crederet, si diutius uiueret, collegerunt concilium Pontifices, & Pharisei aduersus eum, in quo fuit conclusum, quod occideretur. Vnde Io. 11. dicitur, quod ab illo die cogitauerunt, id est, deliberauerunt eum occidere. Et quauis de hoc loquatur euang. feriae sextae sequentis, nihilominus feria sexta precedenti hoc conclusum est, & diffinitum. Quia quidem conclusio non uoluerunt hodie executioni demandare, quia ut huiusmodi praesentis euang. tulerunt lapides, ut iacerent in eum. Nec desisterunt a sua nequitia, quousque eum peremerunt. Vnde in euangelio feriae sequentis, quae scribitur Io. 7. dicitur, quod miserunt scribae, & Pharisei ministros, ut apprehenderent eum. Item feria 3. sequentis legitur in euang. quod est eiusdem Iohannis, ubi supra ambulabat Iesus in Galileam. Non enim uolebat in Iudaea ambulare, quia quaerebant eum Iudei interficere. Similiter in euangelio feriae quartae sequentis, quod est eiusdem Io. 10. dicitur, quod cum ipse Christus dixisset Iudeis eum interrogantibus, si esset Christus, Ego, & pater unum sumus, continuo tulerunt lapides, ut lapidarent eum. Ecce quomodo impij Iudei ab hac die inclusiue tentauerunt pluries Christum occidere, sed nihil profecerunt, quia nondum uenerat hora tertia, scilicet, ab aeterno ab eo electa, quam uocamus diem paraescenes.

**S**ECVNDA ratio praedictae nominationis est moralis, ut dicitur, per hoc denotetur, quod in istis sanctissimis, & deuotissimis diebus pietate plenis, quae currunt ab hac die usque ad

## Sermo II. de Euang. 219

quae ad diem Sanctam Paraescenes, debemus plus solito ad memoriam reducere dominicam passionem, considerantes, quae, & quanta passus est pro nobis ille, qui est altissimi filius. Propterea canit ecclesia in hymno, qui cantatur in istis diebus ad uesperas. Vexilla regis prodeunt, id est, insignia dominicae passionis manifestantur populo christiano, sicut patet in casula turea, qua induitur sacerdos in missa. Item in uexillo rubeo, quod solet apponi ad altare. Item aliud, quod pendet sursum ante dominicam crucem. Vnde sequitur in praedicto hymno. Fulget crucis mysterium, quo carne carnis conditor suspensus est patibulo. Quo vulneratus, & cetera. Et bene dicitur. Fulget crucis mysterium, quia ut dicit August. psalm. trigesimo sexto. Crux a locis suppliciorum fecit transitum ad frontes Imperatorum. Et breuiter, ut dicit deuotus Bern. serm. 1. in cena domini. Isti sunt dies, quos obseruare debemus temporibus suis, ut habetur Exodus duodecimo. Dies, inquam, pleni pietate, & gratia, quibus etiam secularium hominum mentes ad poenitentiam prouocantur. Tanta siquidem est uis eorum, quod diebus istis reuoluntur, ut possint ipsa quoque saxa scindere corda, & pectus omne, licet ferreum, emollire sufficant. Denique legimus ad passionem domini non modò caelestia compati corpora, uerum etiam moueri, petras scindi, & in confessionem peccatorum, id est, in signum, quod peccata in confessione sunt manifestanda, monumenta aperiiri. Haec ille.

**C**IRCA, quod notandum, quod Christi passio deuotè memorata causat triplicem effectum in anima deuota. Nam sanat, Eleuat, Dulcorat.

**P**RIMò igitur sanat ipsam animam deuotam à languore tristitiae. Solum enim anima aduersitatibus concussa sepe tristitiam incurrere, & in semetipsa deijci, & languere, ita ut diuina illi non sapiant, sed consolationes mundanas, & interdum uiciofas solet querere, ut sic releuetur ab huiusmodi tristitia, & anxietate. Quod si diuinitus praesentia Christum passum ante oculos ponat, statim huiusmodi tristitia, & languor recedit, & adest quaedam spiritualis consolatio in meditatione dominicae passionis, ita ut iucundè, & latenter, aut saltem patienter ferantur aduersa. Propterea nos admonet Apost. contra huiusmodi tristitiam ad memoriam

reducere ipsam dominicam passionem, dicens ad Heb. 12. *Re cogitate eum, qui talem aduersus semetipsum sustinuit contradictionem, scilicet, Christum, ut nõ fatigemini animis vestris deficientes, sup. sub onere tribulationum, & aduersitatum.* Et Gre. ¶ Christi passio ad memoriam reuocetur, nihil est, quod non æquo animo toleretur.

**S E C V N D O** passio Christi deuotè memorata eleuat mentem ad longanimitatem patientiæ, ut scilicet, homo eius contemplationis rememoratione efficiatur patiens cõtra aduersa. **Vnde. 1. Petr. 4.** *Christi in carne passio, & uos eadẽ cogitatione armamini.* In cuius etiam figuram legitur. **1. Mac. 6.** quod rex Antiochus mandauit, ut offenderetur sanguinis uug, & mori elephantibus, qui erant in bello, ut acrius accenderentur, & prouocarentur ad preliũ. Ita in proposito dum ad memoriam reducitur Christi passio, in qua apparuit rubicundus ad modũ uug, accenduntur, & inflamantur illi, qui bella gerunt contra carnẽ, mūdũ, & diabolũ, ad foritè, & longanimitè resistendum contra aduersa huius sæculi.

**Q V A R T O** passio Christi deuotè memorata dulcorat amorem interioris lætitiæ. *Quandiu enim mens humana aduersa sustinet, & sepe reuocat ad memoriam ipsius Christi passionem, ut ad patientiã animetur, non sentit ultra amata, sed sentit quamdam interiorẽ lætitiã, quæ est aliquando redundat usq; ad partẽ sensitiuã, ita ut desideret magis, ac magis pati.* In cuius figurã legitur **Exo. 15.** ¶ cũ filij Israel inuenissent aquas amaras in deserto, ita ut nõ possent ex illis bibere, miserunt de mandato dñi lignũ intra eas, & cõtinuò dulcoratæ sunt, sicq; ex illis delectabiliter bibit populus Hebræorum. In proposito aque amare sunt tribulationes, & aduersitates, quæ frequenter occurrunt in deserto huius mundi, quæ in se sunt amare. Sed misso in eis ligno crucis, idest, habita meditatione dñicę passionis efficiuntur dulces, ita ut post talem meditationẽ deuotus catholicus eas patienter, & delectabiliter sustinet, ita ut dicat Liberius Papa, & recitatur. **7. q. 1. sug.** gestum. *Non uos charissimi à pio mentis proposito afflictionis amaritudo coerceat recedere, considerantes quãta Deus, & dñs noster Iesus Christus pro nobis pertulerit, quibus uerò cõtumelijs se afficiendũ tradiderit, ut nos à iugo diabolice feruitutis eriperet.* Hęc ille. *Fidelis .n. miles libenter patitur,*

cum

cum rege suo, aut capitaneo, similiter seruus cum suo domino, & filius cũ patre suo. Patet ergo triplex effectus. quẽ causat in anima deuota Christi passio sepe meditata. Et sic patet de secunda ratõne, cur presens dñica uocatur de passione.

**T E R T I A** ratio prædictę nominationis est allegorica, quia .s. ecclesia hodie incipit cõpati sponso suo Christo. *Quã quidẽ cõpassionẽ cõtinuat usque ad diẽ resurrectionis dñicę.* In cuius rei signũ subicitur in ecclesia his diebus gloria patri in fine responsoriũ tã in matutinis, quã in horis, quã est post introitũ missę. Et de huius cõpassione loquitur ecclesia dicens illud **Can. 1.** *Fasciculus myrrhę dilectus meus mihi, inter ubera mea cõmorabitur.* Vbi notandum, qd myrrha est arbor amara, & quę est producit guttas salares, ex quibus cõstituit myrrha, quę est unguentũ ualde salubre egrotis. Venit ergo ecclesia dicere de suo sponso Christo. *Fasciculus myrrhę dilectus meus mihi, inter ubera, &c.* idest, tota congeries penarum, & tribulationum dilecti mei, quas pro filijs suis, & meis sustinuit, nunquã à memoria mea excidet. *Præcipuè autem recolit ipsa ecclesia istis deuotissimis, & sanctissimis diebus mortem, & passionem sponsi sui, sibi compatiendo.* Et sic patet ad quæsitum, quare scilicet, presens dominica uocatur de passione.

**I N** præfenti sermone omisã expositione euangelij hodierni, quam in alio opere discussi, intendo ostendere, quã grauis fuit Christi passio. Hoc autem possumus persuadere ex parte multorum, uidelicet ex.

- Patientis puritate.
- Morientis puritate.
- Complexionis uiuacitate.
- Afflictionis uniuersitate.
- Doloris acerbitate.
- Pœnę utilitate.
- Peccatorum ponderositate.
- Consolationis priuatione,
- Temporis solennitate.
- Patientium societate.
- Persequentium ingratitudine,
- Fructus paucitate.

**P R I M O** igitur possumus ostendere gratuitatem doloris

Et 4 passionis.

passionis ipsi ex patientis dignitate. Manifestū em̄ est, q̄ quāto persona, quę patit̄, est dignior, aut nobilior, tāto p̄na est illi ceteris paribus grauior. Da exēplū de filio regis. Sic est aut̄, q̄ Chr̄s, qui patiebatur, erat rex regū, & dñs dominantium, ut h̄r Apoca. 19 Item de eo scribit̄ Dañ. 2. Verē Deus v̄r Deus Deorū est, & dñs regū. Similiter de eodē uisus signis mirabilibus, quę fiebāt, cū expirasset in cruce, dixit Cęturio, & qui cum eo erant. Verē filius Dei erat iste. Matt. 27. Insi p̄ legitur Luc. 4. q̄ cum ipse eieceret dæmonia de corporibus obsecrorum, clamabant, & dicebant, quia tu es filius Dei. Et breuiter multa his similia sunt testimonia probantia Chr̄i dignitatē ex parte diuinitatis, quę missa facio. Vnde ex hac 1. parte aggrauabatur dolor eius. Et si dicat in contrarium, q̄ Chr̄s in quantum Deus non patiebatur, eo q̄ diuinitas est impassibilis, istud conceditur. Nihilominus, quia eius humanitas erat organum diuinitatis, & quasi uestimentum illius, iuxta illud Philipp. 2. Habitu inuentus ut homo: ideo omnis iniuria illata dicte humanitati, & corpori, p̄t dici facta Deo. Da exemplum de illis, qui frangeret uestem Imperatoris, uel in eam spueret, cum ea actu indutus esset, talis diceretur facere iniuriam Imperatori. Præterea ipse idē Chr̄s, in quantum homo, erat maxime dignitatis, ut pote, de progenie regali, & sacerdotali ornis, & hoc ex parte matris. Nam eius progenie regale describit̄ Matt. sacerdotale aut̄ Lucas. Erat ergo rex supremus, & sacerdos summus, qui etiā tum ex uite sanctitate, tum ex doctrina, cū ex miraculorū numerositate famosissimus erat. Cū igit̄ ei fuerint illatę contumelię, blasphemię, irrationes, male dictiones, & corpori suo benedictio tot afflictiones, consequēs est dicere, q̄ exurgebat in eo maximus dolor. Vnde ad propositū loquēs Augu. de octo uirtutibus charitatis ait. Filius Dei ad crucē ducitur, ex palma, qui est uera palma uictorię, spinis coronat̄, qui peccatorum spinas uenit infringere, ligatur, qui soluit compeditos, ligno suspenditur, qui erigit elisos, aceto potatur, sors uite, disciplina cedēt̄, sicut uulnerat̄, uita morit̄. Hęc ille. Itē de dicta dignitate Chr̄i patientis loquens deuotus Ber. in quodam sermone sic ait. Caput angelicis tremebundū spiribus densitate spinarum perfigitur, facies pulchra p̄ filius hominum sputis Iudæorum deturpatur, oculi lucidiores sō

le cali-

le caligant in morte, aures audientes cantus angelorum audiunt insultus peccatorum, os quod dolet angelis, felle, & aceto potatur, pedes, quorum scabellum adoratur, cruci clauis affiguntur, manus, quę formauerunt cęlos, in cruce extēduntur, & clauis similiter configuntur. Item idem Ber. Capriorum libertas capitur, gloria angelorum illudic̄, Deus oīum flagellatur, candor lucis æternæ, & speculum sine macula confpuitur, & cum uita omnium occidatur, quid restat nobis miseris peccatoribus agendum, nisi ut eamus, & nos, & moriamur cum illo p̄ cordis compassionem? In hoc imitantes suam pijsimam matrem, quę uulnerabat̄ in corde, dum iuxta crucem stans hæc uidebat. Dolebat siquidem ipsa de tot iniurijs tanti filij, tam sancti, tam innocentis, tam dignissimi, sed non minus de offensa Dei, quam conspiciēbat in impijs Iudæis.

S E C V N D O patet grauitas doloris passionis Christi ex puritate morientis. Nam quanto quis innocentius, & purius uiuit, tanto ab iniurijs, & dolore longius esse debet. Quod si illi aliqua iniuria infertur, tanto est ei grauior, iuxta illud Ouidij uerbum. Quę uenit indignę pœna dolenda uenit. Sic est autem, quod Christus fuit purus à peccato, & totus innocens. Vnde suæ summę puritatis, & innocentie præbuerunt fidele testimonium, nedum eius amici, uerumetiam inimici. Primò quidem eius amici, & præsertim tres. Primus fuit Dauid, qui in suo psalterio citharizando ait. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est, qui faciat bonum, supple, integre, & qui non peccet, non est usque ad unum. glo. Christum. Secundus eius amicus fuit Esaias, qui de eius innocentia loquens eiusdem, qui quinquagesimo tertio, ait. Iniquitatem non fecit, neque dolus fuit in ore eius. Tertius amicus fuit Hieremias, qui in persona eiusdem Christi loquens eiudem undecimo ait. Ego quasi agnus mansuerus, qui ducitur ad uictimam. In hoc autem, quod Christus hic appellatur agnus, denotatur eius innocentia. Secundò inimici eiusdem Christi præbuerunt testimonium de ipsius puritate, & innocentia uitæ, & præsertim tres. Primus fuit Iudas, cum ait. Peccati tradens sanguinem iustum. Matth. vigesimo septimo. Secundus fuit Pilatus, qui iterū triplex dedit testimonium sc̄tatis Chr̄i,

Primum

Primum fuit, cum respondit Iudeis dicentibus ad eum de eodem Christo: Crucifigatur. Quid, inquit, mali fecit? *Matt. 27.* Secundum fuit, cum ait: Ego nullam inuenio in eo causam, *Iohan. 18.* Tertium fuit, cum lauit manus suas, dicens: Innocens ego sum à sanguine iusti huius. *Matt. 27.* Et nota, quòd dixit: Iusti huius. Tertius testis innocentie, & puritatis Christi fuit uxor Pilati, quæ mandauit ad eum dicens: Nihil tibi & iusto illi, ubi supra. Et nota, quòd dixit, & iusto illi. Patet ergo Christi innocentia multiplici testimonio probata. Nò er go pro suis delictis, sed pro nostris passus est Dei filius, ita ut quilibet nostrum rectè possit dicere cùm Dauid *illud. 2. Reg. vii.* Ego sum, qui peccaui, ego sum, qui iniquè egi. Iste autem (demonstrat, Christo) quid fecit, supple mali? Profecit dè nihil.

**TERTIÒ** grauitas doloris Christi patientis ostenditur ex complexionis uiuacitate. Quanto enim homo est melioris, & tenerioris complexionis, tanto facilius, & grauius leditur, si ledi eum contingat, sicut patet in sanguinibus, qui habent sanguinem uiuaciorem ceteris. Sic est autem, quod Christus fuit optimæ complexionis, utpote, sanguineus, in super corpus eius dignissimum fuit formatum non uirtute naturali, sed supernaturali. Quæ autem à natura sunt, nunquam possunt equiparari illis operibus, quæ à solo Deo fiunt, cuius perfecta sunt opera. Item corpus suum erat diuinitati unitum. Ex quibus omnibus reliquitur, quòd diuino corpus sanctissimum optimè formatum erat, & complexionatum. Ad quod sequitur, quòd in eo grauior, & acerbior erat diuisio partium sui corporis, utpote, manuum, ac pedum, & simili ter separatim animæ à corpore per mortem. Propter quod, cum pateretur, meritò poterat dicere illud *Thren. 1.* O uos omnes, qui transitis per uiam, attendite, & uideate, si est dolor similis, sicut dolor meus.

**QUARTÒ** prædicta magnitudo doloris Christi ostenditur ex afflictionis uniuersitate, seu generalitate, ita ut de eo uerificari posset illud *Iob. 1.* A planta pedis usque ad uerticem capitis non erat in eo sanitas. Vnde à uertice inchoando, caput illud sanctissimum, quod erat gazophylacium sapientie Dei, puncturis acutissimis coronæ spineæ penetrantibus usque ad os perforatū fuit. Egredimini igitur filie Sion, id est, animæ deuotæ, egredimini, in quâ, de statu peccati, & à cogita-

cogitationibus mundialibus, & uideate deuotè contemplando regem Salomonem, id est, Christum sapientissimum in diademate spineo, quo coronauit cum mater sua, id est, synagoga iudeorum, ex qua secundum carnem processit. Item oculi illi pissimi, quibus intuitus Petrus cognoscens peccatum suum fleuit amare, in derisum uelati sunt. Similiter facies eius decora, & plena gratiarum deturpata est spuris iudeorum, & simili ter proprio sanguine, ita ut quasi leprosus uideretur, iuxta illud *Esai. 53.* Nos uidimus eum quasi leprosum. Item genæ eius candidæ, & rubicundæ alapis sunt crudeliter percussæ, ita ut meritò tunc posset dicere pissimus Saluator mundi *illud. 50.* Corpus meum dedi, id est, exposui percutientibus, & genas meas uellentibus. Prætereit aures illæ, quæ melos audiunt angelorum, & repletæ sunt blasphemijs, detractionibus, contumelijs, & irrisionibus populo rum. Vnde *Psal.* In persona Christi: Omnes uidentes me deriserunt me, locuti sunt labijs, & mouerunt caput, scilicet, in signum derisionis, dicentes: Sperauit in Domino, eripiat eum, saluū faciat eum, &c. Nares illæ beatissime, ad quarum odorem reuiuiscunt mortui, fatigantur & replentur fetoribus cadauerum loci Caluarie. Capilli sui capitis, & barbæ delicatissimi uiolentia tracti, aut euulsi sunt. Os eius, quod tam sanctam, tam sapidissimam, tam utilissimam, & uerissimam doctrinam frequenter protulerat, percussum est, & tanquam otis ad occisionem ductus, non aperuit os suum ad excusandum, uel cõminandum, seu maledicendum, sed ad orandum pro inimicis. Collum eius suauissimum colaphis est attritum. Manus eius potentissime, ex quarum contactu infirmi plurimi sanati sunt, & leprosi mundati, clauis durissimis cruci fixæ: Pedes eius, quorum terra clauis bellum est, quique discurrentes per ciuitates, uillas, & castella, tantum laborauerunt pro hominum salute, in cruce sunt extensi, & perforati, dicente *Psal.* In persona illius: Foderunt manus meas, & pedes meos, dinumerauerunt, id est, dinumerare potuerunt omnia ossa mea. Demum totum corpus illud dignissimum, quod in cibum sumendum in mensâ altaris nobis reliquit, flagellis multis, & duris cæsum, dilaceratum, & sanguine cruentatum extitit, ita ut meritò dicere posset illud *Psal.* Fui flagellatus tota die. Et breuiter tam uniuersaliter passus est pissimus Christus, quod nihil remansit in eo integrum præter linguam

Arbitratur enim, quòd alij compatiens ei ferant partem doloris in cordibus suis, & sic minus patitur. Hinc scriptura dicit Ecclesiast. 3. 8. Consolare hominem in exitu spiritus sui. Vnde per hunc modum solet mitigari fletus paruulorù, cum scilicet matres ostendunt se illis compati. Secus autem fuit de Christo. Nam in eius morte nullus affuit, qui eum consolaretur in tanta angustia, aut qui pro eo apud Iudeos, seu Iudicem Pilatum intercederet. Vnde psal. in persona illius loquitur piè dicens. Sustinui, qui simul contristaretur, & non fuit, qui consolaretur, & non inueni. Et est sensus sustinui, id est, sustinens expectati, qui simul contristaretur, & non inueni. Scriptum nempe de me erat. Esa. 64. Torcular calcavi ego solus, & de gentibus non fuit uir mecum. In sup. expectaui, qui me consolaretur, & non inueni, sup. consolatorem. Vnde in psal. Considerabam ad dexteram, & uidebam, si quis sup. me consolaretur, sed profectò non erat, qui cognosceret me, id est, qui se haberet per modum cognoscentis, ita ut merito dicere possèm illud Thre. 1. Longe factus est à me consolator. Alij puti homines habuerunt consolatores in afflictione sua, sicut de Iacob legitur Gen. 37. congregatis filiis suis, ut delerent dolorem patris sup. super mortem filij sui Ioseph, aut saltem, quem credebatur mortuum. Similiter legitur Iob. 2. quòd audientes tres amici eius omne malum, quod illi acciderat, uenerunt singuli de loco suo, condixerat enim sibi, ut pariter uenientes eum consolarentur. Et multa his similia leguntur. At uero Christus non habuit in hora passionis sue, qui simul contristaretur, aut qui eum consolaretur. Sed quomodo hoc? Nonne Apostoli eius contristati sunt eum eo. Sic enim illis prædixerat Ioha. 16. dicens. Vos contristabimini, sed tristitia uestra uertetur in gaudium. Item in hymno sic canitur. Tristes erant Apostoli de nece sui domini, quem, &c. Ad hoc respondet glo. ord. super prædicto uerbo psal. Sustinui, qui simul, &c. allegans Augustinum, & dicens, quòd realiter contristati sunt discipuli, similiter, & mulieres, quæ super eundem Christum flebant, dum ducebatur ad crucem, sed non simul hi contristati sunt. Carnaliter enim contristabantur de uita mortali ipsius Christi, quæ erat mutanda morte, cum tamè

deuif-

deuissent cum eo tritari de cæteris, qui medicum occidebant, quod nemo tunc fecit. Hæc in dicta gl. Ipse ergo Christus tristabatur non quidem de sua pœna, sed de damnatione impiorum Iudæorum. Vel dicendum, quòd Christus hic loquitur secundum communem modum loquendi, quo dicit nullus adesse respectiue, ubi pauci adsunt. Verbi gratia, sicut dicitur Nullus est in ecclesia, uel in foro, quia pauci sunt ibi, secundum quòd deberent, uel consueuerunt esse, ita in morte Christi pauci fuerunt contristati, cum tamen omnes meritò debuissent illi compati, maximè cum insensibilia illi compati uiderentur. Nam tunc sol obscuratus est, terra mota est, petre scissæ sunt, & monumèta aperta sunt, ut patet ex discursu sacrorum euangeliorum. Inter autem illos paucos, qui simul contristati sunt cum Christo, præ cæteris connumeranda uenit pijsissima eius mater, quæ ut habetur Iohan. 19. stabat iuxta crucem cum Maria Magdalene, Maria Cleophe, & Maria Salome. Similiter contristatus est Iohannes. Similiter contristatæ sunt illæ mulieres, de quibus dicitur Luc. 23. Sequébantur autem illum mulieres, quæ plangebant, & lamentabantur eum. Ad quas Iesus cum uersus ait. Filij Hierusalem nolite flere super me, sed super uos ipsas flere, & super filios uestros, quoniam ecce ueniat dies, in quibus dicent. Beate steriles, & uentres, qui non genuerunt, &c. Patet ergo, quòd ualde pauci compassi sunt Christo patienti. Et hoc nõ parum aggrauabat eius dolorem, saltem interiorem.

Nõ nõ grauitas Christi patientis ostenditur ex temporis solennitate. Erat enim solennitas pasche, seu azymorum, quando passus est Christus, quæ quidem solènitatis erat præcipua inter omnes alias, in qua tenebantur omnes Iudæi uenire de quibuscunq; ciuitatibus, & locis ad templum Hierosolymis situm, ad sacrificium ibi offerendum, nisi legitimum haberent impedimentum. Et quia per uarias captiuitates eorum erat satis dispersi per orbem, utpote, in Italia, & Asia, atque Aphrica, ut patet Act. 2. ideo de omni pœnè natione, quæ sub cælo est, tunc conuenerant Hierusalem ad diem festum pasche. Quanto autem, quis damnatur ad mortem propter maleficium concurrente maiore concursu populi, tanto maior insurgit illi pœna confusionis, & erubescencie.

centiæ. Considerat enim apud semetipsū, quod quilibet videns eum exequi ad mortem narrabit aliis. Quod si peregrinus est, mox reuersus in patriam suam, & ciuitatem recabit suis ciuibus executionem, quam uidit in tali, uel tali loco de tali, uel tali malefactorē fieri. Ex qua ratione semper cre-scit ignominia, & infamia occisi. Sic est autem, quod aduersarij Christi accusauerunt eum apud iudeos de graui criminis, scilicet de blasphemia contra Deum, quod quidem crimen est gra- uissimum, dicentes quod filium Dei se dixerat. Item de cri- mine lese maiestatis apud gentiles, dicentes quod se dicebat regem iudeorum esse. Propter quod Pilatus in titulo cruci affixo scribi fecit, Iesus Nazarenus rex iudeorum. Quasi dice- rer. Hęc est causa mortis huius, quia, scilicet, noluit sibi usur- pare regnum iudeorum dicendo se regem esse, item prohibe- do tributum dari Cæsari, & per hoc, quasi faciens rebellare populum Tiberio Imperatori. Et ut omnes melius possint in- telligere dictam causam mortis sue, fecit dictus Pilatus etiam scribi Græcè, Latinè, & Hebraicè, quod eip̄i aderant, de lin- gua Græcorum, Latinorum, & Hebræorum. Hęc autem totum factum est, ad maiorem confusionem, & ignomi- niam ipsius Christi.

**D E C I M Ò** grauitas doloris Christi patientis ostendi- tur ex patientium societate. Sicut enim est aliquid refri- gerium, si iustus, & innocens iniuste condemnetur ad mor- tem cum alijs iustis, & probis hominibus, ita econtra con- demnari ad mortem cum sceleratis hominibus, cedit in augmentum pœnæ, cum ex tali facto hoc uidentes iudicent illum culpæ simili obnoxium. Propter hanc ergo causam Iudæi crucifixerunt ipsum Christum in medio duorum la- tronum, scilicet, Dismas, & Gestas. Et tunc impleta est illa propheta Esai. 43. Et cum sceleratis deputatus est.

**V N D E C I M Ò** grauitas passionis Christi ostenditur et persequendum ingratitudine. Quanto enim quis patitur ab eo, cui plura contulit beneficia, tanto grauius fert tor- mentum, & hoc propter ingratitudinem persequentis. Sic est autem, quod olim Christus pœnè infinita beneficia populo hebræorum contulerat. Illi uerò reddentes malum pro bono, pœnè infinitas iniurias, contumelias, & oppro- bria eidem intulerunt, Propter quæ ecclesia in persona eiusdem

eiusdem Christi piè conqueritur de ipsis iudæis dicens. Po- pule meus, quid feci tibi? aut quid molestus fui? Re- sponde mihi. Nonne olim eduxi te de terra Aegypti in ma- nu forti, & brachio exerto? Nonne diuisi coram te mare Rubrum, ut pede sicco pertrāsireis submersis aduersarijs, tuis te psequentibus? Nonne in deserto paui te annis quadragin- ta manna de cælo misso? Nonne tunc eduxi tibi aquam de petra durissima, ut biberes tu, & pecora tua? Nunquid occisis regibus tibi aduersantibus, introduxi te in terram lacte, & melle manantem? Nonne præ cæteris gentibus te honorauī, cum de te carnis assumpsi, tecum diu con- uersando, prædicando, miracula operando? & ecce pro om- ni mercede crucem parasti saluatori tuo, Practica, si uis par- ticularius, beneficia, quæ Dominus noster contulit populo hebræorum, ita ut de eo merito possit dici illud Ps. Non fecit taliter omni nationi. Magna ergo fuit eorum ingratitudo.

**D V O D E C I M Ò** grauitas passionis Christi ostenditur ex fructus paucitate. Cum quis considerat, quod multum pro alio laborat, nec ille, uult se iuuare, tunc dolet in corde suo. Sic est autem, quod Christus multum pro nostra salute laborauit, nec de tanto beneficio habent multi, tanquam in- grati curam. Non mirum, ergo si ipse Christus adhuc in hac mortali uita degens, & hoc præcognoscens iude dolebat. Vnde tunc dicere poterat illud Mich. 6. Ve mihi, quia factus sum, sicut qui colligit in autumno. Nam tunc uindemia- ta uinea, ualde pauci racemi reperiuntur in ea, ita & Chris- tus respectu totius multitudinis hominum, ualde paucos colligit in uitam æternam, iuxta illud eiusdem uerbi Mat. 20. Multi sunt uocati, pauci uerò electi. Multum ergo do- lebat Christus de tanta hominum ingratitudine. Vnde Ber. in persona illius sic ait. O homo uide, quæ pro te patior, ad te clamo, qui pro te morior, uide pœnas, quibus afficior, uide clauos, quibus confodior. Et cum sit dolor tantus ex- terior, interius tamen, est planctus grauior, cum te tam in- gratum experior. Hęc ille. Pater ergo, quàm grauis fuit dor- lus Christi patientis pro nobis. Cuius passionis nos partici- pes efficiat, qui in Trinitate perfecta uiuit, & regnat. Amen.

# Dominica in ramis Palmarum.

Dominica in ramis Palmarum, Sermo  
primus de Epistola.



O c sentite in uobis, quod & in Christo Iesu, Philip. 2.

**H** Satis commune est, ut in quadragesima Epistola, & Euangelium, sibi mutuò concordent, & conueniant in materia, saltem pro parte, hoc tamen minimè obseruatur in officio huius diei. Nam in Euangelio, quod legitur in processione, fit mentio de iucundo ingressu Christi in Hierusalem. In Epistola uerò de pia eiusdem passione. Et ita uidemus in hodierno officio, quodammodo impleri illud Salomonis uerbum, propheticum Prouerb. 14 ubi ait. Risus dolore miscbitur. Quod quidem uerbum, etiam satis congruit tempori uitæ præsentis, in quo gaudium nunquam est purum, sed semper habet aliquam tristitiam annexam, tanquam frenum, per quod retrahuntur homines ab huiusmodi gaudio, ne nimis insoleant. Videmus etiam hodie, illa duo tempora, quæ ab inuicem separant idem Salomon Eccl. 3. dicit. Tempus fendi, & tempus ridendi, quasi in unum coniungi, dum nobis parte ex una materia risus, & gaudij spiritualis proponitur in solemnibus celebratione processionis hodiernæ. Et parte ex altera materia fletus nobis exhibetur in hodierna Epistola, dum nobis Passio Domini nostri Iesu Christi ad memoriam per Apostolum Paulum reducitur, cum in themate dicitur, hoc sentite in uobis, quod & in Christo Iesu.

In præsentis sermone intendo offendere multa fuisse in Christo, quæ debemus sentire in nobis, & quæ tanguntur in præsentis epistola. Illa autem sunt.

- Scabillitas. Maieestas. Humilitas.
- Fragilitas. Benignitas. Obsequialitas.

**P** R I M U M igitur, quod fuit in Christo dicitur stabilitas, quæ tangitur, cum dicitur. Qui cum in forma Dei esset. i. uerus Deus in essentia, & natura, & per consequens stabilis, & in eodem statu semper perseverans. Vnde in Ps. Tu autem Domine in æternum permanes, sup. idem. Et alibi. Tu autem idem ipse es. Et Malach. 3. Ego Deus, & non mutator. Item Boetius de consolo, lib. 3. metro. 9. O qui perpetua

mandum

# Sermo 1. de Epist.

226

mandum ratione gubernas. Terrarum, cælique sator, qui tempus ab quo Ire iubes, stabilisq; manens das cuncta moueri. Hanc itaq; stabilitatem, quam sentimus in Christo, debemus sentire quodammodo in nobis, ut, scilicet, simus stabiles in bono uirtutis, atq; constantes, & perseuerantes in eo, etiam non obstâte quacunq; difficultate, undecunq; proueniente. Vnde stabilitas propriè loquendo importat firmitatem animi cum proposito perseuerandi. Et ad hanc stabilitatem nos admonet Apostolus 1. ad Cor. 15. dicens. Fratres mei dilecti stabiles estote, & immobiles, abundantes in omni opere Domini semper, scientes, quòd labor uester non est inanis in dño, quia ut habetur Sap. 4. Bonorum operum gloriosus est fructus. Sed quia homo ex se est instabilis in bono, ideo debet petere à dño gratiam, per quam stabilietur, quia ut h' Heb. 13. Bonum est gratiam stabilire cor. Sed, proh dolor, admodum pauci habent hanc animi stabilitatē in bono. Multi .n. promittunt in confessione emendare uelle uitam suam, & q̄ cum Dei adiutorio nūquam redibunt ad sua peccata, cuius tamen contrariū sapē, & citò faciūt. Alij promittunt restituere aliena. Alij parcere inimicis. Alij uelle reconciliari de offensis. Alij uelle implere uota. Alij uelle eiicere cōcubinā. Alij uelle restituere usuras, & de toto nihil faciūt. Et ideo non mirum, si frequenter post Pascha insurgat pestes, febres, & aliz uariz ægri tudines. Et sic patet de primo.

**S** E C U N D U M, quod fuit in Christo, dicitur maieestas. Ipse enim est rex regum, & dominus dominantium, ut habetur Apoc. 19. De qua etiam dicitur in Euangelio hodierno, & scribitur originaliter Zach. 9. Ecce rex tuus uenit, &c. De cuius etiā maiestate loquens Apost. in præsentis Epistola dicit, q̄ non rapinā arbitratus est, se esse æqualem Deo, sup. patri, quia à parte rei, sic erat, & hoc in quantum Deus, secus in quantum homo. Nam de seipso hoc loquens Io. 24. dicit. Pater maior me est. Et Athanasius in symbolo. Aequalis patri & diuinitatem, minor secundum humanitatem. Rapinam autē committere uoluit primus Angelus in hoc, q̄ uoluit esse similis altissimo. Esa. 14. maxime cum talis similitudo sibi non competeret. Itē ipse docuit primos parentes committere rapinam, cum dixit eis. Eritis sicut dij scientes bonum, & malum. Hanc autem Christi maiestatem sentire debemus in no-

Ff 2 bis



his, idest. in cordibus nris per fidem, sp̄e, & charitatē Primū quidem per fidem, in ipsum firmiter credendo: Secundū per sp̄em, in ipsum tendendo. Tertio per charitatem, ipsum super omnia diligendo. Hæc est uia trium dierum qua irat ad cælum, ut habetur figuratiuē Exo. 3.

**TERTIUM**, quod fuit in Christo, dicitur humilitas, que tangit eum dicitur. Sed semetipsum exinanit formā serui accipiens. Est autem exinanitē, seipsum profundē, quātum fieri potest, humiliare. Hoc autē fecit Christus, prout innuitur, cum dicitur, formā serui accipiens. Non autē dicitur, formā dñi accipiens, sed serui, quia ut ipsemet dicit Matth. 20. Filiius hoīs non uenit ministrari, sed ministrare. Hanc autem profundam Christi humilitatem debemus sentire in nobis, prout ipsemet nos admonet Mar. 11. dicens. Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Quod quidem uerbum exponens Aug. de uerbis dñi. serm. 10. dicit sic. Discamus charissimi à Christo non mundum fabricare, non cuncta uisibilia, & inuisibilia creare, non in ipso mundo miracula facere, & mortuos suscitare, non sicis pedibus super aquas ambulare, non hæc omnia, sed quia mitis est, & humilis corde. Hæc ille. Item idem Aug. de uerbis Apostoli serm. 22. Nunquid, inquit, à Christo poterimus discere mundum fabricare, cæcos luminibus implere, dicei, noctis que uicissitudines ordinare, tempora, & sæcula iubere percurrere, seminibus uim tribuere, animalibus terram replere? Nihil horum nos iubet discere magister celestis? Certē non! Illa enim facit, ut Deus. Non est autem imitandus, ut Deus, sed ut homo. Dicit ergo. Discite à me, non mundū fabricare, & naturas creare, aut febres ab ægrotantibus pellere, dæmonia fugare, mortuos suscitare, uentis, & fluctibus imperare, super aquas ambulare, sed discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Hæc Augustinus, ubi supra. Sed, prohi dolor, pauci discunt à Christo humilitatem, multo autem à Diabolo. discunt superbiam, de quo dicitur Job. 41. quod ipse est rex super omnes filios superbia. Practica de superbia multorum, & in quo, & quomodo, & quando multi superbiunt.

**QUARTUM**, quod fuit in Christo, dicitur fragilitas, hec autem fragilitas ipsius Christi tangit in p̄ci epistola cum dicitur, in similitudinem hoīum factus. Homines enim sunt fragiles

fragiles ex parte corporis, quod est fragile, mortale, corruptibile, alterationibus, & multis miseris subijcibile, iuxta illud Job. 13. Homo natus de muliere, breui uiuens tempore, repletur multis miserijs. Dicit eriam Apost. ad Rom. 8. quod uanitati subiecta est creatura, supple, humana. Sed cui uanitati subiecta? Certē passibilitati, morti, incinerationi. His autem omnibus miserijs subiecit se Christus uoluntariē. Ecce quomodo in similitudinem hominum est factus, scilicet, in se suscipiendo omnes humanę naturę defectus, qui illi conueniunt secundum speciem, nō tamen secundum indiuiduum. Non enim fuit leprosus, cæcus, surdus, aut mutus, qui sunt defectus indiuiduales, & particulares. O' certē magnū sacramentum. In opere enim creationis homo factus est ad imaginem, & similitudinem Dei, ut habetur Genesis. 2. Sed ediuerso in opere recreationis Deus factus est in similitudinem hominū, ut ait Aposto. hanc autem similitudinem Christi ad nos debemus sentire in nobis, ut sic eum per amplius diligamus, maximē cum dicat sapiens Eccl. 13. quod omne animal diligit simile sibi. Vel dic, quod Christus dicitur in similitudinem hominum factus, pro quanto fuit simili alijs hominibus peccatoribus, non quidem in culpa, sed in natura. Vnde Apostolus Rom. 8. dicit, quod Deus, supple' pater filium suum misit in similitudinem' carnis peccati. Et nota, quod non dicit in carnem peccati, sed in similitudinem carnis peccati. Rectē ergo prefiguratus fuit in serpente illo eneo, de quo legitur Nume. uigesimo primo. quod Moyse de mandato domini fecit illum, & posuit ipsum pro signo. Ad quem cum percussi à ueris serpentibus aspicebāt, sanabantur. Quęmadmodum ergo dicitur serpens habebat quidem figuram ueri serpentis, sed non uenenum instar serpentis, ita & Christus in similitudinē carnis peccati est factus, siue in similitudinem hominum, caruit tamen ueneno peccati, quo cæteri homines inficiuntur. Quinimo percussi ueneno peccati à serpentibus illis infernalibus, si deuotē aspiciant ad ipsum Christum in cruce suspensum, mox sanantur interius.

**QUINTUM**, quod fuit in Christo, dicitur benignitas, quia habitu inuentus, ut homo. Homo enim ex conditione naturę suę est creatura benigna, & mansueta, non dura, ama

ra, aut feuera, instar Leonis, Lupi, aut Canis. Talis autem fuit Christus. Vnde Apost. ad Titum. 3. Apparuit benignitas, & humanitas saluatoris nostri Dei. i. apparuit diuinitas benigna in humanitate. Et nota, q̄ Apostolus non dicit de Christo, habitu inuentus, ut Angelus, sed ut homo, quia ut dicit idē Apostolus ad Heb. 2. Angelos nnsquā apprehendit, sed se mē Abrahę apprehēdit. Quod si sentire uelimus, q̄ benignus apparuit Christus in primo suo aduentu, audiamus eum ad se peccatores benignē inuitantem, & dicentem illud Io. 7. Si quis sitit, ueniat, & bibat. Et de hoc longē ante prophetauerat. Esa. 55. Omnes sitientes uenite ad aquas, supple. gratiarū, & misericordiarū. Nunquid bene apparuit eius benignitas, quandoquidē mulieri adulterę locutus est dicens, Ego te non condēnabo. Vade, & amplius noli peccare. Io. 8. Item quando respondit, Chananeę dicens. Fiat tibi, sicut uis, Matth. 15. Item quando dixit peccatrici Magdalenę. Remittuntur tibi peccata tua. Luc. septimo. Similiter quando dixit latroni, hodie mecum eris in paradiso. Luc. 23. Ecce hi omnes, & similes senserunt, quod fuit in Christo, scilicet, eius benignitatem. Practica, quō debemus sequi ipsūm Christūm in benignitate, & signanter hoc agere debent superiores, & prelati. Sed caueant sibi tales, ne nimia eorum benignitas præster subditis occasionem ruię. Nam, ut habetur in decre. dist. 45. disciplina. ubi introducuntur uerba Greg. lib. 20. moral. Benignitas nimia non debet resoluere subditos, nec nimia asperitas exulcerare.

**S E X T I M,** quod fuit in Christo, fuit obedientialitas ad patrem. Hęc autem obedientialitas tangitur in epistola, cū dicitur. Factus obediens patri. Quia enim in diuinitate erat Christus equalis patri, ideo assumptis humanitatem, secundum quam fuit illi obediens, tanquā subditus suo superiori. Vnde Apostolus ad Heb. 5. Et quidem cum esset Dei filius, didicit ex his, quia passus est, obediētiam. De eo etiā potest intelligi, tanquā propheticē dictū, illud Eccles. 4. Eris tu uelut filius altissimi obediens. Hanc autem Christi obedientiam debemus sentire in nobis practicē, in tali uirtute ipsūm imitantes, quantum possumus. Pro quo notandum, quod tunc sentimus Christi obedientiam in nobis, si obedi-  
mus lætanter, festinanter, integraliter, perseveranter, cordiā  
licet

licet, rationabiliter. Iste enim sunt sex gradus scalę uerę obedientię, quibus ascenditur in cœlum.

**P R I M O** igitur obediendum est lætanter, siue hilariter, sine contristatione, iuxta illud Eccles. trigesimo quinto. In omni dato hilarem fac uultum tuum. Vnde Bernardus in quodam sermone, qui intitulatur de uirtute obedientię. Serenitas in uultu, & dulcedo in sermonibus multum colorant obedientiam obsequentis. Contra autem, qui cum tristitia obediunt, similes sunt Simoni Cyrenęo portanti crucem post Christum in uirtē. Item tales sunt similes dæmonibus, qui inuirtē obediabant Christo eijcienti eos de obsessis corporibus, ut legitur Luc. 4. Insuper tales sunt similes rotis currum, & quadrigarum, quarum una non uult moueri absque alia. Sic in congregationibus, si aliquid alicui imponatur, non libenter illud exequitur, nisi alij cooperentur, & concurrant.

**S E C U N D O** obediendum est festinanter, sine tardatione, ut notatur in decre. distinct. 93. si inimicus. Nam, ut dicit Augustinus ad fratres in eremo. Sermo. quadragésimo. qui intitulatur de obedientia clericorum. Obedientia sine mora esse debet. Sic enim obediuerunt Christo Iacobus, & Iohannes, qui ab eo uocati, statim, relicti retibus, & patre secuti sunt eum. Matt. 4. Sic etiam obediuit festinanter Zachęus Christo, de quo legitur. Luc. 19. q̄ cū illi dixisset ipsa Chrs, Zachęe festinans descende, quia, &c. Ille festinanter descendit. Sic deniq; festinanter obediuit ille Monachus, qui uocatus ab abbate, dimisit literā imperfectam, ut iret ad eū.

**T E R T I O** obediendum est integraliter, id est, in omnibus, quę spectant ad auctoritatem præcipientis, ita ut subditus mered̄ dicere possit superiori illud Tobie. quarto. Omnia, quę præcepisti mihi pater, faciam. Et hoc est contra multos, qui obediunt libenter in illis, quę eis placent, sed non nisi inuirtē in illis, quę eis displicent, non attendentes illud Iacobi secundo. Qui offenderit in uno, factus est omnium reus. Nota de illo fratre, cui cum prelatus diceret. Frater Nicolae, uolo, quod uadatis foras ad associandum talem, uel talem predicatorem, semper se excusabat, siue propter temporis in dispositionem, siue propter sui debilitatem. Sed cum dicebat illi, ut iret ad cameram hof-

spiritum causa refectionis sumenda cum aduertijs fratribus, mox inclinabat caput, dicens. Libenter obediam patri. Talis autem frater male practicabat sententiam Aug. ad fratres in ere ser. 5. dicentis, quod obedientia in prosperis nihil debet habere de suo, sed bene in aduersis. Cum enim huius mundi prospera precipiuntur, cum locus superior imperatur, is, qui ad hæc percipienda obedit, uirtutem obedientie in se euacuat, si ad hæc ex proprio desiderio auhelat. Rursum cum mundi despectus precipitur, cum probra, & contumelie adipisci iubentur, nisi hæc ex femeriplo animus appetat, obedientia merum sibi minuit. Ista autem postsumus ostendere in illis duobus Dei amicis Moyse, & Paulo. Moyses enim Deo iubente, ut populo Israel præficeret, apud se fuit humilis, & gloriam tanti regiminis considerans, & expauescens, ne hoc reciperet, humiliter se excusauit. Sed Paulus Dei reuelatione monitus, ut Hierusalem pergeret, nec ignorabat ea, quæ ibi pati deberet (unde cum fideles uellent eum tenere, exclamauit dicens. Ego autem non solum alligari, sed mori paratus sum pro nomine Iesu, ecce Hierosolymam pergit. Per reuelationem ergo aduersa cognoscit, & tamen hæc libenter appetit. Ex quo patet, quod Moyses ad prospera de suo nihil habuit. Paulus uero ex uoto suo aduersa suscepit. Hac ille.

**Q**UARTO obediendum est cordialiter, id est, puro, & bono corde, sine inquisitione. Nam, ut dicit Augustinus. ad fratres in eremo sermo. quadragesimo, qui intulatur de obedientia clericorum. Non placet Deo morosa, & disceptatrix obedientia, quæ quidem, cum quid præcipitur, querit, cur, quare, quamobrem præcipiatur. Non enim sic Deo obediuit Abraham, cum iussus est immolare filium suum, sed statim præparauit præcepti adimpletionem, ut patet Gene. vigesimo secundo. Ipse ergo cordialiter obediuit. Nunquid etiam sic cordialiter obediebat Ps. cum ad dominum dicebat. Paratum cor meum Deo, paratum cor meum? Et alibi. Paratus sum, & non sum turbatus, ut custodiam mandata tua. Sed profecto, ut dicit Bernardus sermo. primo de conuentione sancti Pauli, pauci sunt cordialiter obedientes ad instar Pauli, & qui dicant præcipienti. Quid me uis facere? Item, qui dicere possint illud Samuelis uerbum. 1. Reg. 3. Loquere

quere domine, quia audit seruus tuus. Sed habemus plures illius ceteri euangelici imitatores, ad quem loquitur dominus dicens, Quid uis, ut faciam tibi? Hæc ille.

**Q**UINTO obediendum est rationabiliter sine offensione, quia, ut habetur Actu. 5. obedire oportet Deo, magis quam hominibus. Item Aug. li. 2. confess. & recitatur in decret. dist. 18. c. quæ contra mores. Sicut, inquit, in potestibus humane societatis maior potestas minori ad obediendum preponitur, ita Deus omnibus. Ad idem etiam propositum loquens idem Augustinus ad fratres in eremo ser. 5. qui intulatur de obedientia, dicit, quod per obedientiam nunquam debet fieri malum, etiam si angelus, uel archangelus, cherubin, uel seraphim illud tibi præcipiat. Hæc ille. Similiter idem Aug. super psal. & similiter recitatur. 1. 1. q. 3. qui resistit, dicit, quod in ea sola re filius non debet obedire patri suo, si ipse pater aliquid iusserit contra dominum Deum ipsius. Neque etiam debet irasci pater, quando sic ei proponitur Deus. Vbi autem hoc iubet pater, quod contra dominum non sit, audiendum est, quomodo obedire patri iussit Deus. Exod. 20. Hæc ille. Ad idem propositum loquitur. c. si. dominus item. caulianus. ubi supra.

**S**EXTO obediendum est perseveranter, exemplo Christi, de quo dicitur in presenti epistola, quod factus est obediens patri usque ad mortem crucis. Ecce perseverans obedientia. Et istud est contra multos, qui pro tempore ualde sunt prompti ad obedientiam, etiam usque ad mirabilia, sed successu temporis retrocedunt, usque ad defectum. Contra quos loquitur Grego. in mora. & recitatur de pœni. dist. 3. c. in cassum. ita dicens. In cassum bonum opus agitur, si ante uitæ terminum deseratur. Perseueret ergo unusquisque usque ad uitæ terminum in uera obedientia mandatorum Dei, siue secundum statum suum, ut sic mereatur sequi Christum ad regnum cælorum. Quod nobis concedat, & car.

# Dominica in ramis palmarum.

Dominica in ramis palmarum, Sermo secundus  
de Euangelio.



**S**ATIſ inuenietis aſinā alligatā. Matt. 21.  
PRO introductione præſentis ſermonis  
mouetur quæſtio talis. Quare Chriſtus, cum  
eſſet rex regum, & Dominus dominantium,  
potius uoluit aſcendere ſuper aſinam, quam  
ſuper equum? Reſponderetur ad hoc, quod

propter tres rationes.

**P**RI<sup>M</sup>A igitur ratio eſt literalis. Ipſe enim Chriſtus in  
præſenti ſemper uoluit tenere ſtatū pauperatis, tam in prin-  
cipio, quam in medio, quam in fine. In principio quidem na-  
ſcendo in præſepio. Luc. 2. In medio uerò carendo proprio  
domicilio. Propter quod Matt. 8. dicebat. Vulpes terræ fo-  
ueas habent, & uolucres cæli nidos, filius autē hominis nō ha-  
bet, ubi caput ſuū reclinet, propter quod Chryſoſtomus ſuper Iohan.  
exponens illud uerbū. Egreſſus Ieſus introiuit in hortū, &c.  
dicit expreſſe, q̄ ipſe Chriſtus frequenter extra pernoctabat.  
In fine autem, quia nudus uoluit in cruce mori, & poſt hoc  
in alieno ſepulchro ſepeliri, quod ſibi parauerat Ioseph ab  
Arimathia, uir decurio, & nobilis, ut referunt ſacri Euange-  
liſtæ. Ne ergo medium diſcreparet ab extremis, uoluit ipſe  
Chriſtus potius aſcendere hodie ſuper aſinam ad uſus pau-  
perum deputatam, quam ſuper ſeruidum, & inſignē equum.  
Eſt & alia ratio literalis, quia ſcilicet, ſic longē ante prophē-  
tarum fuerat Zacharię 9. ubi ſic legitur, prout in hodierno  
Euangelio recitatur. Exulta filia Sion, iubila filia Hieruſa-  
lem. Ecce rex tuus ueniet tibi iuſtus, & Saluator, ipſe pau-  
per, & aſcendens ſuper aſinam. Modò ut ipſe dixit diſcipu-  
lis ſuis, cum reſurrexiſſet à mortuis, neceſſe eſt impleri om-  
nia, quæ ſcripta ſunt in lege, prophetis, & Pſalmis de me.  
Luc. vlii. Et nota, quod dicit prophetis, de quorum numero  
fuit Zacharias, &c.

**S**ECUNDA ratio eſt moralis. Venit enim Dei filius in  
hunc mundum, ut nobis præberet exemplum perfectæ, & totius  
humilitatis, prout ipſemet teſtatur eſt. Mart. 11. dicens.  
Discite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. Et ut habet in  
decretis diſt. 93. Dñs noſter, ipſe omnia cū humilitate geſſiſ-  
ſet  
ut non

# Sermo 11. de Euang. 230

ut non ſolū uerbo, uerumetiam factō nobis præberet exem-  
plum diſtę humilitatis. Hoc autem palam hodie oſtendit, in  
hoc ſcilicet, quod intraturus Hieruſalem uoluit aſcendere  
ſuper aſinam, quæ eſt animal ſatis humile, & deſpectabile,  
quærens pacem. Secus autē eſt de equo, de quo dicit Chryſo-  
ſtomus ſuper Matt. in opere imperfecto. hom. 34. quod eſt diſcordie  
amator, procul odorans bellum, & gaudens ad eſſuſionē ſan-  
guinis, & ad uocē tubę. Valde ergo reprehensibiles ſunt mul-  
ti Eccleſiæ prælati, qui gloriantur in multitudine, & pulchri-  
tudine equorū, quos frequenter multo precio emunt, & pau-  
peres egere permittunt. Secus autē de nobilibus, quibus opus  
eſt habere bonam equitaturā pro defenſione patrię, & reipu-  
bliç. Debēt tamen ſibi cauere à ſuperſtuitate, ut poſſint eſſe  
largiores ad pauperes, & ad pia loca, & ne inaniter in talibus  
nimis exceſſiue, & prodigē conſumant ſubſtantiam ſuam, &  
tandem cogantur multas exactiones facere, tam in ſubditos,  
quam in extraneos. Et ſic patet de ſecunda ratione.

**T**ERTIA ratio eſt myſticalis. Aſina enim myſticē deſi-  
gnat crucē, ſuper quam aſcendit Chriſtus, cum uoluit intra-  
re in cæleſtem Hieruſalē, iuxta illud Luc. 24. Oportuit Chri-  
ſtum pati, ſupp. in cruce, & ita intrare in gloriam ſuam.  
Fuit autem in tali ingreſſu honorificē receptus à tota curia  
cæleſti, ideſt, à multitudine angelorum canentium, & dictan-  
tium: Gloria, laus, & honor ubi ſit rex Chriſte Redemptor,  
cui, ſup. primum intranti ciuitatem Hieruſalem, puerile decus  
prompti oſanna pium. Quod idem ualet, ſicut obſe-  
cramus, nos ſaluā. Sed quid in propoſito deſignat alliga-  
tura aſinę? Profectō ſignificat illam vnionem hypſtaticam,  
qua aſina prædicta, ideſt, Chriſti humanitas alligata eſt in-  
diſſolubilibiter ſuppoſito uerbi, quia teſte Damasceno, quod  
ſemel Dei filius aſſumpſit, nunquā dimiſit. Et de hac aſina  
rectē poteſt intelligi thema præaſſumptum, in quo dicitur,  
Statim inuenietis aſinam alligatā, ideſt Chriſti humani-  
tatem alligatam diuinitati, quæ ſtatim inuenitur per fidem à  
rectē credentibus.

**I**N præſenti ſermonē intendo proſequi myſterium aſinę  
ſecundum ſenſum moralem, prout Dominus dabit. De di-  
ſta igitur aſina, ideſt, peccatrice anima quatuor uidebun-  
tur, uidelicet.

Quare sic appellatur.

Quomodo ligatur.

Quomodo apratur.

Quomodo soluitur.

PRIMò igitur uidentium, est quare anima peccatrix asina appellatur. Et circa hoc inuenio, quod meritiò sic appellatur propter multa, quæ sunt.

Vilitas. Stoliditas. Pigritia. Debilitas,

PRIMò igitur anima peccatrix uocatur asina propter uilitatē. Nam sicut asina est uile, & contemptibile animal, cuius etiã usibus soli pauperes utuntur propter sui uilitatē, sic & anima peccatrix est uilis, & despectibilis conditionis, quia ut dicit Saluator. Iohan. 8. Qui facit peccatū, seruus est peccati. Et Greg. in suo pastoral. ca. 17. Omnes, inquit, homines natura equales genuit, sed uariatē meritorū ordine alijs alios culpa postponit. Hæc ille. Et August. de ciui. Dei lib. 4. ca. 4. Bonus, inquit, si seruiat, liber est, malus autē, si regnet, seruus est. Nec quidem uenit Dñi, sed (quod est grauius) tot dominorū, quot uitiorū. De quibus quidē uitij, cum ageret scriptura diuina uidelicet. 2. Pet. 2. ait: A quo quis deuitus est, huic & seruus additus est. Hæc ille. Et breuiter peccatū adeo uilē reddit hominē, q̄ facit eum simile animalibus brutis, iuxta illud Psal. Homo cū in honore esset, q̄ ad imaginē, & similitudinē Dei factus, non intellexit, idest, intelligere noluit, sed sup. peccando cōparatus est iumentis in spiritibus, & similis factus est illis. Vbi nota, q̄ uilius est cōparari iumentis, quā esse iumentū per naturā. Vide sup hoc Boetij de cōs. lib. 4. prosa. 3. ubi cōparat diuersa genera peccatorū diuersis generibus bestiarum, utpote, iracundos leonibus, luxuriosos porcis, auaros lupis, litigatores canibus, insidiosos uulpibus, & huiusmodi. Vnde hac de causa poere olim illos nō reputabat homines, quos bestialiter, & ferarū more uiuere conspiciebant. Et ideo in hoc eorū fabule fundantur, cū fingunt homines in bestias mutatos. Non. n. uolebant dicere, q̄ realiter essent in bestias mutati, sed solum quantum ad mores. Propterea refert Petrus Damianus de quodā summo Pontificē dicto Benedictus, qui post mortē apparuit cuiusdā in specie monstrū, sic scilicet, q̄ habebat nares, & caudam asini, in ceteris autem partibus se habebat ad modum ursi. Sic autem monstruosus

monstruosus apparuit, eò quod bestialiter uiuisset, ut ipsemet confessus est. Ecce ergo primum, scilicet, uilitas, propter quod anima peccatrix meritiò asina uocatur.

SECUNDO anima peccatrix uocatur asina propter stoliditatē. Nam sicut asina est stolidas, seu stulta, sic & peccatrix anima. Nōne ualde stolidus est superbus, qui pro gloria trāstoria huius mūdi paratus est perdere gloriã æternã paradisi. Nunquid etiã ualde stolidus est auarus, q̄ pro bonis terrenis paratus est perdere bona æterna? Nunquid denique ualde stolidus, & insensatus est luxuriosus, qui pro momentanea, & imunda delectatione paratus est perdere delectationes, quæ sunt in dextera Dei usq; in finē? Idem dic de gulosos, & alijs generibus peccatorum. Sed profectò stultus, siue stolidus nō intelliget hæc, quia ut habet Prou. 1. Sapientiã, atq; doctrinã stulti, idest, peccatores despiciūt. Cuius ratio assignatur eiusdem. 1. 2. cū dicit. Via stulti recta in oculis eius, sup. uidetur.

TERTIò anima peccatrix uocat asina propter pigritiã. Nam sicut asina est pigra, nec diligētiter incedit, nisi stimuletur, sic & peccatores sunt pigri, ad bene operandū, nisi stimuletur aduersitatis huius seculi: Vnde in Psal. Multiplicatæ sunt infirmitates eorū, postea accelerauerūt, sup. currere ad dñm. Et Greg. Mala, q̄ nos hic premūt, ad Deū ire cōpellunt. In cuius figurã legit Num. 22. q̄ Balaam peuitiebat asinã suã, ut eã ad semitã redueret, & ire cōpelleret. Hinc piger dicitur, quasi pede eger, quia reuera peccator est pede eger ad rectē ambulandū, utpote, cum ambulandū est ad Ecclesiã, ad confessionē, ad prædicationē, ad peregrinationē, ad infirmorū uisitationē, & hmōi. Sed talis attēdere debet illud Greg. verbū in suo pastoral. c. 29. ita dicitur. Sepe dum oportuē agere, q̄ possimus, nolimus, paulo post cū uolumus, nō ualeamus. Hęc ille.

QUARTò aīa peccatrix uocat asina propter debilitatē. Est. n. asina animal debile à parte anteriori, forte autē, & robustum à parte posteriori, sic & multi peccatores sunt debiles in ijs, quæ Dei sunt, utpote, ad ieiunandū, peregrinandū, surgendū mane ante lucē, ad diuina audiendū, ad pernoctandū in orōne, & sic de alijs feris operib;. Ad opa autē tenebrarū, siue peccatū, & totius nequitiæ exercēda sūt ualde prōpti, robusti, & fortes. Vnde Greg. in moral. li. 19. & similiter recitat in decretis dist. 47. oēs. Omnes, inq̄, huius seculi dilectores in terrenis rebus

erbus fortes sunt in celestibus, aut debiles. Nam pro temporalis gloria usque ad mortem desudare appetunt, & pro spe perpetua, nec parum quidem in labore subsistunt, pro terrenis lucris quaslibet iniurias tolerat, & pro caelesti mercede, uel tenuissimum uerbi ferre contumelias recusant. Terreno iudicio toto etiam die assistere fortes sunt. In oratione uero coram domino, uel unius horum momento lassantur. Saepe nuditate, deiectionem, famem pro acquirendis diuitijs, atque honoribus tolerant, & earum rerum spe se per abstinentiam cruciat, ad quas adipiscendas festinant, superna autem laboriose quaerere tanto magis dissimulant, quanto magis ea retribui tardius putant. Hi itaque, quasi malarum arborum more, deorsum uasti sunt, sursum angusti, quia fortes in interiora subsistunt, sed ad superiora deficiunt. Haec Gregor. ubi sup. Audiant ergo tales Esaiam prophetam terribiliter eis comminantem, & dicentem. *Ve, qui potentes estis ad bibendum uinum, uiri fortes ad sectandam ebrietatem. Eiusdem. s. Item idem paulo ante, ubi sup. Dilatauit infernus os suum absque ullo termino, & descendit fortes eius, & populus eius, & sublimes eius, gloriosusque eius ad eum, scilicet infernum. Ecce finis eorum, qui uirtutes in parte posteriori morte assequuntur. Non simus igitur tales charissimi, sed potius simus fortes in parte anteriori, id est, in ijs, quae Dei sunt, & ad prostrandam post Christum crucem penitentiae, dicentes ad dominum singillatim, cum psal. Fortitudinem meam ad te custodiam, quia Deus susceptor meus es, qui, scilicet, paratus es unumquemque poenitere uolentem ad misericordiam suscipere. Patet ergo, quare peccatrix anima asina uocatur.*

*SECVNDOD* principaliter uidendum est, quomodo ligata sit asina. Et circa hoc inuenio multa uincula, quibus ualde stricta, & rigida, atque fortiter ligata. Et horum tria assignauimus in expositione euangeliorum quadragesimalium in praesenti dnica, quae repetere non erubescemus addendo quaedam alia. Huiusmodi ergo uincula sunt, haec, uidelicet.

- Delectatio peccati,
- Pudor commissi,
- Spes diu uiuendi,
- Ignorantia delicti,

- Mollities carnis,
- Consuetudo peruersa,
- Peccandi necessitas,
- Multitudo delinquentium,
- Abstinentiae diffidentia,
- Spes de uenia.

*PRIMUM* igitur uinculum, quo ligatur anima peccatrix, uocatur peccati delectatio, quae interdum est adeo uehemens, quod non nisi multum difficulter uitari, seu relinquere potest. Et hoc maxime habet uerum in peccatis carnalibus, siue consistant in ueneris, siue in potibus, & cibis. Nam ut dicit Seneca, quidam uoluptatibus se immergunt, quibus in consuetudinem adductis carere non possunt, & eo miserissimi sunt, quo ea facta sunt eis necessaria. Circa quod notandum, quod sunt nonnulli, qui non nisi difficulter allicientem ad certa peccata, sicut patet de nonnullis puellis, aut castis mulieribus, quo ad peccatum carnis. At uero postquam imbuti sunt fecibus peccatorum, uix, aut nunquam ab illis se retrahere possunt, in hoc quodammodo similes uerso, de quo fabulatur, quod cum maxima uolentia per auriculas tractus esset ad alueare apum, & de melle gustasset, non potuit inde amoueri, quinimmo cum per caudam inde extrahi tentaretur, potius permisit illam sibi auferri, quam inde extrahi. Unde ex tunc remansit curtatus auribus, & cauda sicut plene cernitur. Applicatio est facilis ex dictis. De hoc etiam figuram habemus, Gen. 8. de coruo, qui cum gustasset de caeueribus mortuorum corporum, ibi mansit, nec deinceps ad arcam rediit. Applicatio similiter est facilis. Ecce ergo quid operatur peccati delectatio, & quomodo ligat animam peccatricem in peccatis suis. Et sic patet de primo uinculo.

*SECVNDUM* uinculum, quo ligatur anima peccatrix in peccatis suis, uocatur pudor commissi. Hoc enim commune est in peccatis carnalibus, & praesertim de illis, quae sunt horribiliora, ut incutiant pudorem, dum actor uult ea confiteri, sicut praecipue patet in peccato sodomitico. Unde Sodoma interpretatur muta, & hoc ab euentu, eo, scilicet, quod huiusmodi peccatum reddit praesudore hominem mutum, ne illud confiteatur. Multae etiam mulieres in adulterium

num lapſe, aut ſimiliter puellę fornicatę, pudore retrahente, non audent cõfiteri peccata ſua curatis, aut uicarijs ſuis, ne ſe ſcandalizent, & ſic manent conſcientiæ earum ligatę, quouſque deſcendant in infernum. Propter quod Prouer. 1. & dicitur. Qui abscondit ſcelera ſua, non dirigitur, ſupple, tandem in cœlum, ſed tamen dirigitur in infernum. Tales ergo conſiderare debent, quod niſi conſiteantur peccata ſua in præſenti ſacerdoti, tandem in die iudicij ad eorũ inſamiam coram omnibus angelis, & ſanctis, ac dæmonibus, & damnatis hominibus publicabuntur, dicente domino Naũ. 3. Reuelabo tuam in facie tua, & oſtendam gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam. O quantus igitur tunc reprobis pudor, quanta confulſio, quãtave ignominia eos inuadet. Eſt & alius pudor, ſiue pudoris timor, aliàs humana uerecundia, qua ligant multi in peccatis ſuis, & ſignantur nobiles, ac principes, qui erubeſcunt dimiſſione ſtatim ſuum ſuperfluum, & exceſſiuum. Propter quã cauſam faciunt multas exactiones in ſubditos. Alij debita recuſant ſoluere, ne pauperes appareant. Alij magnas expenſas faciunt propter eandem cauſam. Sunt etiam multę mulieres, quę erubeſcunt minus ornate uideri, cum procedunt in publicum, quã in inferioribus, aut pares earum. Propter quod uolunt pompoſe ornari, quod non fit abſque ſuperbia. Ecce quomodo pudor, ſiue humana uerecundia ligat multos in peccatis ſuis.

**TERTIUM** uinculum, quo ligatur anima peccatrix in delictis ſuis, uocatur ſpes diu uiuendi. Multi enim etiam ſignanter iuuenes, & fortes, atque ſani dicunt. Dei gratia ſum adhuc iuuenis, & fortis, & ideo pro tempore ducam lætam uitam, & accipiam partem meam de bono tempore, cum autem ſenuero, faciam, ut ſenes, & mutabo uitam meam in melius. Quo fit, ut frequentur tales perſeuerent in peccatis uſque ad mortem, etiam ſic tandem perpetuò damnantur. Vnde Auguſt. de uerbis domini ſermo. 47. & ſimiliter ſuper Iohan. tractatu. 3. in fine, dicit, quod ille ſperando decipit, qui dicit, benignus eſt Deus, miſericors eſt Deus, faciam, quod mihi placet, laxabo habenas cupiditatis meiſ, & implebo deſideria animę meę. Quare hoc? Quia miſericors eſt Deus, benignus, & manſuetus eſt Deus. Spe ergo talis percli-

periclitantur. Hęc ille. Contra uanam ergo ſpem talium loquitur ſcriptura Eccleſ. 5. dicens. Ne tardes conuerſi ad dominum, & ne differas de die in diem, ſubito enim ueniet ira eius, &c. Quod ſi non ſic differenda emendatio uitę uſque in craſtinum, quis non de die in diem, ut dicit prædicator ſcriptura, quanto minus differenda eſt uſque ad annum, uel uſque in ſenectam, & ſenium? Hinc Chriſtus Mat. 25. nos ad monet dicens. Vigilate, quia nescitis diem, neque horam. Et alius dicit. Dum adhuc ordiret, ſuecidit me. Eſa. 38. Ecce, quæ incerta eſt uita, & mors noſtra. Et ideo nullus debet peccare ſub ſpe longę uitę, ſi ille non uelit inter fatuos, præſum ptuoſos connumerari.

**QUARTUM** uinculum uocatur ignorantia delicti. Multi enim ignorant ea, quę ſcire tenentur, & poſſunt, ſed non adhibent debitam diligentiam ad uincendum huiuſmodi ignorantiam, ſicque in ſuis peccatis permanent quodammo do ligati per ipſam ignorantiam uitioſam, & culpabilem. Hęc autem ignorantia tunc fortius ligat, cum eſt affectata, utpote, cum quis pro poſſe ſuo non quærit remedia ad uitandum peccatum, ſed potius uult ea ignorare, hoc autem maximè tangit groſſos peccatores, qui quærunt ex induſtria ſimplices, & illiteratos conſeſſores, qui non oſtendant eis grauitatem ſuorum delictorum. Et iſti ſunt multi. Vnde noui quemdam ſacerdotem uix ſcientem declinare nomen ſuum, qui in quadam maxima ciuitate huius regni degens audiebat præcipuos eccleſiaſticos, & nobiliores totius ciuitatis de conſeſſione, ita ut ab his, qui eum nouerant, uulgo appellaretur, Italicè il conſeſſor de gente da ben. Audiant ergo tales conſitentę, & conſeſſores illud Chriſti uerbum Matth. 15. Si cęcus cęco dncatum præſter, ambo in foueam cadunt. Apoſtolus. 1. Corinth. 14. Si quis ignorat, ignorabitur. glo. talis non cognoscetur tandem eſſe inter prædeſtinatos, ſicut Chriſtus dicturus eſt fatuis uirginibus. Non noui uos. Matth. 25.

**QUINTUM** uinculum uocatur mollities carnis. Et iſto uinculo ligantur multi nobiles, ac ſolmes, qui delictatę, & molliter uiuere uolunt. Tales enim ſolent ſe excuſare ſuper obſeruatione ieiuniorum eccleſiæ, ac abſtinentiarum, uigiliarum, peregrinationum, diſciplinaram, ac ceterorum o-

Ser. Do. G. Pep. Pars Hiem. Gg perum

## Dominica in ramis palmarum.

perum arduorum, atque laboriosorum, refugientes quantum possunt austeritatem penitentiae, allegantes pro omni excusatione, & ratione vitae carnis tenuitatem. Quod fit, ut delicatè uiuendo nutriant superfluè hostem animae suae, quod est corpus, quod sic per concupiscentias inde sequentes ligat, & in uinculis peccatorum detinet pauperem animam, ita ut quasi respirare non possit, nec audeat. Unde ad propositū pōt intelligi illud Eccl. 7. Lustrauī (inquit Salomon) uniuersa animo meo, ut cognoscerem impietatem istius, id est, peccatoris, & errorem imprudentium, & ecce inueni amariorem morte mulierem, id est, carnis concupiscentiam, quae laqueus uenatorum est, id est, hominum carnaliter uiuentium. Vincula sunt manus illius, id est, opera carnis illaqueant hominem. Qui placet Deo, effugiet illam, supplicat nalem mollietatem, & concupiscentiam. Qui autē peccator est, capietur ab illa. Ecce uinculum, quod prius uocabatur mollietatis carnis. Qui ergo uult se absolueri ab hoc uinculo, debet considerare apud se, quā durum sibi erit portare poenas inferni, qui in praesenti propter mollietatem suae carnis refugit portare modicam penitentiae austeritatem. Nam, ut habetur iob. 6. Qui timent pruinam, irruet super eos nix. Super quo glo. interli. Qui timet minorem tribulationem, maior tribulatio irruet super eum.

S X T I M uinculum uocatur consuetudo peruersa, & istud uinculum est adeo forte, quod uix potest rumpi, & solui, maximè cum consuetudo sit, quasi altera natura, id est, uertatur, quasi in naturam, ita ut non uideatur aliquid amplius peccatum postquam est in consuetudinem deductum. Unde Salustius in suo Catilinario. Plura, inquit, sunt, quae licet grauius sint, tamen pro consuetudinem pro nihilo habentur. Item Isido. de sum. bo. lib. 2. c. 23. Omne, inquit, peccatum antequam, admittatur, amplius pertimescitur. Quāuis autem graue sit, dum in usum uenerit, leue existimatur, & sine ullo metu committitur. Et post pauca, peccatum, inquit, committere est in puteum cadere. Consuetudinem uero peccandi ficere est o putei coangustare, ne, scilicet, qui ceciderit, ualeat exire. Dicit etiam Aug. de spiritu, & anima. c. 57. q. peccata, cū in longam consuetudinem fuerint obseruata, cū mens ab illis exurgere uoluerit, non poterit, malè cōsuetudi-

nis

## Sermo I I. de Euang.

nis onere pressa. Et super hoc dat Hiero. <sup>324</sup> epistolam suarum epistola. 5. ad Athletam de institutis uelut sine sensibus, aliquas similitudines. Prima est de forma Cura, quae fit cū conchylijs marinis, seu eorum sanguine, quae dum lauatur deponi non potest. Secunda est de testa, uentri quae diu retinet saporem, & odorem, quo primum imbuta est. Insuper adducit ibi exemplum de Alexandro Magno, qui uir factus non potuit carere uitijs illis, quibus adhuc paruulus fuerat à Leonida Pedagogo suo infectus. Hæc ille. Ecce ergo, quomodo peruersa consuetudo, quasi indissolubiler detinet animam peccatricem in peccatis suis alligatam. Summum ergo remediū est, ut si quis in peccatum ceciderit, uelociter resurgat cordis contritione, oris confessione, & operis satisfactione.

S E R T I M uinculum uocatur necessitas, supple, ad peccandum. Et istud uinculum rationabiliter ponitur immedie post præcedens, quia ut dicit Isido. de summo bono lib. 2. c. 14. Cogitatio praua delectationem parit, delectatio consensū, consensus actio, actio cōsuetudinē, consuetudo necessitatem. Sicque his uinculis homo implicatur, quadam cathena uitiorum tenetur astrictus, ita ut ab ea euelli nequaquam possit, nisi diuina gratia manū iacentis in peccato apprehendat. Hæc ille. Eandem sermē sententiam ponit August. lib. 8. confessionum, ubi de seipso loquens dicit sic. Spirabam ligatus non ferro alieno, sed mea ferrea uoluntate. me ea tenebat inimicus, & inde mihi catenam fecerat, & me constrinxerat. Quippe ex uoluntate peruersa facta est libido, & dum libidini seruitur, facta est consuetudo, & dum consuetudini non resisti, facta est necessitas. Quibus quasi ansulis quibusdam sibi meti innexis ( unde cathenam appellauit ) tenebat me obstrictum dura seruitus peccati. Hæc ille. Similiter ad idem propositum loquens Chryso. super Matth. in opere imperfectèd homilia. trigesima quarta, exponens illud uerbum praesentis euangelij. Inuenietis asinum alligatam, dicit sic. Antequam peccemus, liberum arbitrium habemus, si uolumus sequi uoluntatem diaboli, an non. Quod si semel peccantes obligauerimus nos operibus eius, iam nostra uirtute euadere non ualeamus, sed sicut nauis fracto gubernaculo illuc ducitur, ubi tempestas uoluerit,

Gg 2 sic



sic homo diuine gratie auxilio per peccatum perdit non, quod vult, agit, sed quod Diabolus vult. Et nisi Deus ualida manu misericordie sue soluerit illum, usque ad mortem in uinculis peccatorum suorum permanebit. Ergo nostra quidem uoluntate, & negligentia alligamur, sed per Dei misericordiam absoluihur. Sicut enim uidemus in istis mundialis regnis, quomodo in primis nemo potest seipsum facere regem, sed populus creat sibi regem, quem eligit, sed cum ille rex fuerit factus, & in regno confirmatus iam habet potestatem in hominibus, nec potest populus deinceps iugum eius de ceruice sua repellere, & sic potestas populi in necessitatem uertitur, sic homo priusquam peccet, liberum habet arbitrium, utrum uelit esse sub regno Diaboli, an non, sed cum se peccando tradiderit sub regno ipsius, iam non potest de potestate eius exire, & sic prima eius uoluntas in necessitatem conuertitur, nec potest inde liberari, nisi a solo Deo. Hæc ille. Ecce quomodo, peccatum inducit necessitatem, que est alterum uinculum, quo ligatur asina, idest, peccatrix anima.

OCTAVVM uinculum uocatur delinquentium multitudo. Multi enim peccatores, & peccat rices, cum reprehenduntur, de suis peccatis, etiam notorijs, & manifestis, solent respondere, & dicere, quod non sunt soli tales, & quod si oporteat propter talia eos damnari, non erunt soli. Et de hoc loquitur sapiens. Eccles. trigimosecundo. dicens. Homo peccator utabit correctionem, & secundum uoluntatem suam inueniet comparationem, idest, aliquid sibi similem, uel peiorem, ipsum allegando ad sui excusationem, & defensionem. Vnde Sen. secunda parte epistolarum suarum epistola trigesima quinta. Summum malorum est, quod uiuitur ad exemplum malorum, & August. Non minus (inquit) ardebit, qui cum multis ardebunt, sup. in inferno. Alij autem dicunt, quod multi fuerunt graues peccatores, qui nunc ualde honorantur in ecclesia tam militante, quam triumphante, ut Dauid, Paulus, Magdalena, Matthæus, & similes. Contra quos loquens idem August. homi. vigesima prima. ait. Multi cadere uolunt cum Dauid, & nolunt surgere cum Dauid, Non ergo cadendi exem-

plum

plum propositum est tibi, sed si cecideris, resurgendi. Dicunt ergo mali peccandi patrocinium sibi querentes. Si Dauid adulterium commisit, cur non ego? Sed attendant tales, quod ipse Dauid adulterium sibi ad exemplum profuocar iniquitatis, sicut & illi. Hæc ille. Idem dicit super Psal. 50. Item Isido. de sum. bo. libr. secundo. cap. undecimo, ad idem propositum loquitur dicens. Ad conuersionem, seu correctionem mortalium, multum profunt exempla bonorum. At uero reprobi non attendunt documenta bonorum, quæ imitentur in melius, sed proponunt sibi exempla malorum, quibus ad peruersitatem morum suorum utantur in peius. Ob hanc enim utilitatem scribuntur sanctorum ruinae, & reparationes, ut spem faciant salutis humanæ, ne quisquam post lapsum penitendo desperet ueniam, dum conspicit sanctorum reparationem fuisse etiam post ruina. Sciant flagitiosi, ad quam utilitatem proponantur sanctorum exempla, scilicet, ut aut sint, quos imitentur ad reparationem, aut uertere ex eorum comparatione durus de inobedientia puniantur. Hæc ille.

NONVM uinculum uocatur abstinenti diffidentia. Multi enim peccatores, & peccatrices dicunt. Cur confitebor, maxime cum non possim a tali, uel tali peccato abstinere? Sic enim potius irritare contra me diuinam iram, quam pronuicare pro me eius clementiam. & misericordiam, ut pote, iniuriam faciens sacramento confessionis, ad quod nullus accedere debet, qui non proponat morum emendationem. Et sic per hunc modum subtiliter, & cautillaqueat, & uinculis suis detinet inimicus multos peccatores, faciens illis apparere abstinentiam a peccatis, nedum eis difficilem, uerueriam, tanquam impossibilem, quia ut dicit Chrystost. super Matthæum hom. decima sexta. Quamdiu in uitijs permanemus, asperam, atque difficilem, & omnino arduam opinamur uirtutem esse, ipsa uero uitia desiderabilia prorsus, atque dulcia, nec tamen propter hoc diffidere debemus, quia ut subdit idem Chrystost. ubi sup. Si peccata deseramus, tunc horribilia, atque turpia, uidebuntur, uirtus autem delectabilis, atque facilis apparebit. Hæc ille. Dicit etiam Beatus Anton. quod nullus debet nomen uirtutis, tanquam impossi-

Gg 3 hie

bile expauescere. Ecce quomodo rumpitur prædictum uinculum.

**D** V E T M V M uinculum uocatur spes uenię cõsequendę. Multi enim peccatores dicunt: Benignus est Deus, misericors est Deus, qui etiam in sine peredit bono latroni, cum ait illi. Hodie mecum eris in paradiso. Luc. 23. Spero ergo, paratundem mihi faciet in fine dierum meorum. Nam adeo paratus est Dominus ad ueniam dandam, quod etiam Ludas ab ea non fuisset exclusus, si in sine penitere, & illam petere uoluisset, ut dicit Ambr. de penitentia lib. 2. ca. 5. & notatur in decret. de pę. dist. 1. §. item his. Et reuera cum isto uinculo trahit diabolus pœnẽ infinitos homines in abyssum inferni. Vnde Ambr. super Psal. Beati immaculati. 1. ser. 8. Et si inquit, omnem emendationẽ nostram exofam habeat inimicus noster, tamen ad tempus, ut sobrię mentis uirum, aut mulierem possit elidere, præterdit futuram indulgentiam, ut presentia persuadere peccata, & ad erroris assensum pertrahat. Hęc ille. Sed quam fatuus sit, qui perseuerat in peccatis spe uenię consequendę, perpulchrẽ offendit August. in libello de honestate mulierum, ita dicens: Dicit fortẽ aliquis quomodo, iuuenis sum, faciam, quod me modò delectat, & postea penitentiam agam. Quomodo si dicat. Percutit me crudeli gladio, & postea uadam ad medicum. Heu miser homo, nescis quod unius horę puncto uulnus accipitur, sed uix longo tempore ad sanitatem pristinam reuocatur: Quid enim fornicans dicit, pœnitentiam agam, quare non timeret, ne eum subitanea febricula, uel aliquo casu subita mors superueniens rapiat, & dilatio sua pereat, succedatq; damnatio aeterna? Hęc ille. Cuiuslibet ergo talis fatuitatẽ ostendens sapiens Eccl. 5. ait. Ne dicas in corde tuo: Miseratio Domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserabitur. Sequitur. Subinõ enim ueniet ira eius, & in tempore, &c. Propterea quemlibet talem alloquitur August. de uerbis Domini ferm. 47. dicens. Metuendum est, ne te occidat spes, & cum multum speras de misericordia, incidas in iudiciũ. Hęc ille. Patet ergo, quam multiplici uinculo ligatur asina, idest, peccatrix anima in peccatis suis. Et sic patet de secundo principali.

**T** E R T I O d. principaliter uidentium est, quomodo dida asina apratur. Circa quod notandum, quod sicut apratur, sic

sine stratur asina naturalis tribus modis, sic & anima peccatrix. Hi autem modi sunt.

**F**erratura. Frenatura. Sellatura. **P**RIMVS igitur modus aptandi asinam, idest, animam peccatricem consistit in ferratura quo ad quatuor pedes.

**P**RIMVS igitur pes anterior, & dexter ferratur ferro obstinationis. Quod quidem ferrum est ualde solidum, durum, & grossum, ita ut uix dissolui, & frangi possit. Et de hoc habemus historiam de rege Pharaone, qui fuit, ita durus per mentis obstinationem, ut flagella Dei, quantumcumq; plura, grauia, & longa nõ portuerint ipsum emollire ad penitentia, ut patet in Exodo per plura capitula, quinimo in ipsis flagellis durior effectus est, & perijt, ut notatur. 23. q. 4. Nabuchodonosor. Quid autem sit cor durum, & obstinatum, per pulchrẽ declarat Bernad Eugenium de periculo obstinationis, ita dicens. Cor obstinatum, & durum, ut lapis est, quod nec compunctione scinditur, nec pietate emollitur, nec precibus mouetur, nec minis cedit, sed flagellis induratur. Hęc ille. Iustẽ ergo taliter obstinatis in malicia Deus nunquã miseretur, ut notatur in decret. dist. 8. cõsuetudo. Heu quot sunt hodie asinę super terram, idest, peccatrices animę ferratę hoc ferro obstinationis. Nota de illis, qui nolunt acquiescere salutaribus consilijs. Item de illis, qui nolunt bono corde indulgere inimicis. Item de concubinarijs, usurarijs, simoniacijs, raptoribus, & similibus, qui nolunt relinquere peccata sua.

**S**E C V N D V S pes anterior, & sinister dictę asinę ferratur ferro desperationis, supp. de Dei misericordia. Cum enim quis considerat multitudinem, magnitudinem, atq; enormitatem scelerum suorum, sepe desperat de uenia, & de Dei misericordia. Et de hoc habemus historiam Gen. 4. de Cain, qui cum occidisset fratrem suum, ait. Maior est iniquitas mea, quam ut ueniam merear. Vnde dicit August. ad fratres in eremo ser. 47. quod desperatione illi periclitantur, qui cum inciderint in grauia peccata, putantes iam nõ posse sibi ignosci, dicunt apud seipso, iam damnati sumus, quare non, quod uolumus, facimus? Sed hos a desperatione debet reuocare Dei promissio infallibilis, quaz inferitur Ezec. 18. ubi dicitur: In quacunq; hora, &c. Hęc ibi.

**TERTIVS** pes posterior, & dexter prædictæ asinæ ferratur ferro cõtempus, de quo Proue. 18. Impius, cum in profundum peccatorum uenerit, contemnit, sup. Deum se uocantem. Item contemnit omnia remedia salutis, utpote, confessionem, prædicationem, diuinorum auditionem, insuper & eos, qui eum admonent de sua salute. Vel potest esse sensus: Impius, cum in profundum peccatorum uenerit, contemnit, sup. peccare, idest, non curat peccare. Vel contemnit se, quia pro quolibet uili dat se, ut avarus pro obolo, luxuriosus pro momentanea uoluptate, superbus pro uanissima laude, meretrix quasi pro nihilo. Proue. 6. Precium scorti uix est unius panis. Vel cõtemnit Deum, quia à peccatis absorptus ipsum, nec reueretur, nec timet. Et nota circa prædictam auctoritatem, quòd profundum peccatorum potest dici contumacia, pertinacia, defensio, iactantia, desperatio, præsumptio, intellectus, excecatio, affectus, corruptio, & deprauatio. Quid autem tali impio futurum sit, apertè, declarat Salomon cum subdit. Sequitur eum ignominia, & opprobrium, sup. futuræ damnationis Hiere. 20. Confundentur uehementer, quia non intellexerunt opprobrium sempiternum, quod nunquam debetur. Caueamus ergo charissimi, ne cadamus in profundum peccatorum, sed si ex humana fragilitate peccemus, citò resurgere studeamus.

**QUARTVS** pes posterior, & sinister prædictæ asinæ ferratur ferro defensionis, proprie iniquitatis. Et istud ferrum est ualde periculosum, & grauissimum peccatum. Vnde Aug. super Psal. exponens illud uerbum. Non miserearis omnibus, qui operantur iniquitatem, dicit, quòd est quadam iniquitas, quam, qui operantur, omnino eorum non misereatur Deus, & illa est defensio peccatorum. Qui enim defendit peccata sua, magnam iniquitatem operatur, quia hoc defendit, quod Deus odit. Sed quomodo hoc? Nemo enim est, qui audeat dicere, bonum est adulterium, bonum est homicidium, bona fraus, bonum peritrium. Quomodo ergo iniquitatem suam defendunt peccatores? Profectò dicendo, quòd si Deus uoluisset, nõ fecissem iniquitatem, aut quia fata me fecerunt talem, quæ quidem fata & ipse fecit. Sed qui sic loquitur, blasphemat. Nam ad hoc peccatum suum defendit, ut Deum accuset. Hæc ille. Ad idem etiam propositū loquens Greg.

lib. 3.

lib. 3. moral. cap. 23. ubi exponit illam auctoritatem Iob. 3. Sic nox illa solitaria, nec laude digna, dicit sic. Sunt nonnulli, qui non solum non desunt, quod faciunt, sed etiam laudare, & defendere non desunt. Et nimirum, dum culpa defenditur, geminatur. Contra quod rectè Eccl. 2. dicitur. Fili peccasti, non adicias iterū. Peccatum quippe peccato adijcit, qui male gesta defendit. Et noctem solitariam non reliquit, qui culpæ suæ tenebris etiam patrocinia defensionis adiungit. Hinc est, quòd primus homo de nocte erroris sui requisitus, eandem noctem esse solitariam noluit, quia dum requisitione ad poenitentiam uocaretur, ei adminicula excusationis adiunxit, dicens. Mulier, quam dedisti mihi forniciam, dedit mihi de ligno, & comedi. Ac si apertè diceret. Tu mihi occasionem præbuisisti delinquendi, qui mulierem mihi dedisti. Culpa ergo, quam fecimus, sola remaneat, ne dum laudatur, & defenditur, in conspectu iudicis nos multiplicibus astringat. Hæc ille. Item ad idem propositum Loquens deuotus Bern. ferm. 8. de Natiuitate Domini, dicit. In ueritate dico uobis, quia nihil sic exasperat iram diuinitatis, quam iniquitatis defensio. Aequo enim certamine cum Domino certamus, cum defendimus, quod odit, & cum nobis placet, quod illi displicet. Quando enim sanari poterit, qui medicum spernit? Deinde comparat idem qui prius, prædictos defensores propriarum iniquitatum hericis, qui se armant squamis suis, cum queruntur à uenatore, atque suis aculeis pungunt eos, qui capere ipsos fatagunt. Applicatio est facilis. Patet ergo, quomodo ferratur asina, idest, peccatrix anima.

**SECUNDVS** modus aptandi, & describendi asinam prædictam consistit in frenatura. Oportet enim dare asinæ frenum, cum quo dirigitur, & domatur, ut habetur Iaco. 3. ita necesse est dare animæ peccatrici, siue peccatori frenum tribulationis, & aduersitatis, ut sic dometur, & omnipotentè Deo obediens reddatur in Psal. In chamo, & freno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te. Et alibi. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt, sup. redire, & conuerti ad Dominum. Item alibi. Imple facies eorum ignominia, & querent nomen tuum Domine. Dicit etiam Greg. q. mala, quæ nos hic premunt, ad Deū ire compel.

compellunt. Et de hoc figuram habemus Luc. 14. ubi inuit dominus, quòd huiusmodi aduersa uos occasionaliter trahunt ad nuptias celestes, ad quas nos inuadit medio earum, ita, ut uideatur dicere tribulationi, siue aduersitati corporali, seu temporali: *Exi citò in plateas, & uicos ciuitatis, & pauperes, & debiles, & cæcos, & claudos introduc huc. Item postea: Exi in uias, & sepes, & compelle intrare.* Et nota, quòd dicit, *compelle intrare.* Ecce quomodo mala, quæ nos premunt, ad Deum ire compellunt, ut dictum est, hinc de filijs Israel legitur in Psalm. Clamauerunt ad dominum cum tribularentur.

**TERTIUS** modus aptandi sæpe dictam asinam, idest, peccatricem animam, consistit in sellatura. Oportet enim sibi dare sellam, ut sit utcunque idonea, ut super eam sedeat rex regum, & dominus dominantium spiritualiter per gratiam, sicut hodierna die corporaliter sedit super asinam hierosolimitanam. Per huiusmodi autem sellam intelligitur uirtus humilitatis, quæ est sedes Dei: iuxta illud Esa. 66. *secundum unam literam.* Super què requiescet spiritus meus, nisi super humilem, & contritum, ac tremementem sermones meos? Vnde in figuram huius legitur Hester. 6. quòd rex Assuerus interrogauit Amam dicens: *Quid debet fieri uiro, quem rex uoluerit honorare? Ad quem ille, homo- quem rex cupit honorare, debet indui uestibus regijs, & imponi super equum, qui de selia regis est, & accipere regium diademam super caput suum.* Ad propositum rex Assuerus est dominus noster Iesus Christus, qui cupit nos honorare in presenti per uirtutum decorem, & similiter in futuro per gloriæ plenitudinem. Oportet ergo omnem talem sedere super equum, qui de sella regis est, idest, super humilitatem, quæ de sella regis est, quia super sedit in suo primo aduentu ipse Christus. Ecce descriptio asinæ prædictæ, quantum ad sensum morealem. Et sic patet de tertio principali.

**QUARTO** principaliter uidendum est, quomodo asina, idest, peccatrix anima soluitur à uinculo peccati. Pro quo notandum, quòd soluitur tribus modis.

**PRIMO** quidem per timorem diuinorum iudiciorum, quæ olim exercuit circa peccatores. Maximè autem per timorem futuri, ac terribilis iudicij finalis: Prouerbio. 15. *Per timo-*

timorem domini declinat omnis à malo. Sic enim solutus fuit à uinculis peccatorum suorum regius Propheta Dauid, ita ut diceret ad dominum post commissum adulterium, & homicidium. *A iudicijs tuis timui, ideo feci iudicium, & iustitiam, sup. de meipso, ne tu, illam tandem faceres in alio sæculo.*

**SECUNDO** soluitur per peccationem diuinæ misericordiam. Cum enim pauper peccator considerat, quàm misericors, & pius est Dominus, utpote, qui non uult mortem peccatoris, sed ut conuertatur, & uiuat, cum etiam audit, uel legit, seu cõsiderat apud se, quàm misericors ipse Dominus olim extitit alijs peccatoribus, & peccatricibus ad eum per pœnitentiã redeuntibus, utpote, Petro, Paulo, Mattheo. Magdalene, mulieri in adulterio dẽprehensæ, Mariæ Aegyptiacæ, Pelagiæ, Theophilo, ac pene infinitis alijs, tunc affumit spem redeundi ad eum, & fiduciam de ipsius misericordia, maximè cum scriptum sit Lucæ. 1. *Misericordia eius à progenie in progenies timentibus eum.* Dicit etiam Leo episcopus, & recitatur 26. quæst. 6. his qui, quòd mihi dei nec mensuras possumus ponere, nec tempora diffinire, apud quem nullas patitur uenie moras conuersio, dicente Dei spiritu per prophetam, uidelicet, Ezech. 18. *Cum conuersus ingenueris, tunc silus eris. Hęc ibi.*

**TERTIO** soluit per desiderium celestis gloriæ. Cũ enim pauper peccator considerat, quæ dilecta sunt tabernacula dñi, concupiscit, & deficit aña eius in arria dñi. Sed cũ audit, quòd nihil cõquinatũ, aut abominationẽ faciens intrabit in illam celestem Hierusalem, ut hr Apoc. 21. tunc mouetur ad detestandũ, & deserendũ peccati, tanquã id, p quod impedit introitus dictæ celestis gloriæ. Quã nobis concedat ille, qui in trinitate perfecta, uiuit, & regnat. Amen.

*In die sancto Pascha, Sermo primus, de epistola.  
De sacramento altaris.*

**EXVIRGATE** uetus fermentum, ut sitis noua cõspersio. 1. Corint. 5. *Quia em̄ est, hodie quò de receptione sacramenti altaris ab omnibus Christi fidelibus ad anos discretionis peruenientibus, ideo Apost. in uerbis præ-*

batis omnes, ac singulos admonet dicens. Exurgate uentis fermentum, ut, & c. Pro quo notandū, q̄ circa receptionē dīcti uenerabilis sacramēti aliter, & aliter se habuerunt olim ipsi Chrī fideles pro uarietate tēporū. Nā in primitiua ecclesia quotidie communicabant Chřiani, quod facile fieri poterat p̄sertim propter paucitatē. Et de hoc legit Act. 2. Erant omnes perseverantes in doctrina Apostolorū, & cōmunionē fractionis panis, s. communis, uel sancti, ut exponit gl̄, interl. Et nota, quod per panem sanctū in proposito intelligit altaris sacramentum, quod quotidie sumebant credentes tunc temporis, ut dicit dñs Hugo Card. similiter, & de lyra. Hodie autē a quotidiana sumptione huius sacramenti non solum laici sunt absoluti, uerum etiā, & clerici, ad hunc sensum, quod sacerdos non peccat, si quotidie non cōicer, maximē cum dicit Aug. & recitat de cōsec. dist. 2. quotidie. Quotidie eucharistiā sumere, non laudo, nec uitupero. Post talem ergo quotidianā eucharistię sumptionē, propter multitudinē fidelium ductū est pro tēp̄e in consuetudinē, ut solum semel in hebdomada. s. die dñico deuotē, & reuerenter sumeretur ipsum eucharistię sacramentum, quamuis de hoc, nec in Act. Apost. nec in corpore iuris aliquid scriptum inueniatur. Sed hoc p̄tendit ex cōi ritu ecclesiarū parochialium, in quibus in fine missę porrigit unicuique panis benedictus a sacerdote, quasi in rememorationē predīctę sumptionis. Postmodum ecclesia statuit ter in anno ad minus de se cōicandum, uidelicet in Paschate, Pentecoste, & Natiuitate dñi, ut patet de cōsec. dist. 2. & si nō frequentius. Et istud p̄ceptū erat olim adeo rigorosum, q̄ si quis in predīctis festis non communicasset, p̄cipiebatur a cętu fidelium separari, ut patet, ubi sup. c. seculares, ubi sic legit. Seculares, qui in Natali Dñi. Pascha, & Pentecoste non communicauerint, catholici nō credant, nec inter catholicos habeant, nisi, ut, inquit, gl̄. ob humilitatem, uel delicti conscientia abstineant. Hodie tñ predīcta iura uident esse abrogata, siue p̄ nō vsū, siue per decretalem. omnis uiriusq; sexus. rubr. de pe. & re. ubi ecclesia p̄cipit semel in anno adultis confiteri, & dñicum corpus de manu sui ordinarij suscipere. Quod ut melius, & salubrius fiat. Apost. in principio epist. hodiernę solēnitatis nos admonet preparare corda nostra ad suscipiendū,

tam uenerabile sacramentum per cordis contritionem; tum per oris confessionem dicens. Exurgate uetus fermentum, ut sitis noua conspersio, id est, puri, & mundi ad dignē suscipiendum tantum sacramentum.

In p̄senti ergo sermone pro exhortatione Christi fidelium, & admonitione eorum ad dignē, & reuerenter suscipiendum ipsum dignissimum altaris sacramentum intendo ostendere, quod quicquid facit panis materialis circa corpus humanum, idem facit panis iste sacramentalis deuotē sumptus circa animam deuotam. Pro quo notandum quod panis materialis ista facit, quo ad corpus. Nam.

Conseruat, P̄seruat, Calcificat. Decorat, Augēt, L̄tificat. Delectat, Restaurat, Corroborat. Alleuiat, Fugat, Allicit.

PRIMÒ igitur panis materialis conseruat, supple, uitam corporalem restaurando deperditum. Sic panis sacramentalis conseruat uitā spiritualem animę, quę est multo p̄ciosior uitam corporis, pro quanto anima est plusquam corpus. Quinam iste panis excedit illum in hoc, quod ille conseruat uitam corporis ad tempus, & usque ad certam periodum. Iste uerò, quantum in se est, conseruat uitam spiritualem in perpetuum. Vnde ad propositum loquens Christus Iudæis Iohan. 6. dicebat. Non sicut manducauerunt patres uestri manna in deserto, & mortui sunt. Qui manducat hunc panem, uiuet in æternum. Ratio autem huius diuersitatis est, quia panis materialis non habet uitam in se manentem sicut habet panis sacramentalis. Bene ergo de dignē sumente hoc uenerabile sacramentum loquitur scriptura Eccles. 15. dicens. Cibauit illum dominus pane uitę. Econtrario autem de recusantibus, aut negligentibus suscipere dīctū panē sacramentalē loquitur idē Chrī, ubi supra dīcēs. Nisi mādcaueritis carnē filij hoīs, & biberitis eius sāguinē, nō habebitis uitā in uobis. Vitā, inquit, grę, q̄ cōfert, & cōseruat ipsū sacm̄ in eo, q̄ dignē accedit ad ipsū. In cuius rei testimoniuē eucharistiā gręc, bona grā dī latinē. Nota tñ iuxta ultimā autoritatē, q̄ est duplex modus sumendi hoc uenerabile sacramentū, unus sacramentalis, alius spiritualis. Iterū modus sacramentalis est duplex. Vnus est, cū suscipi sub utraq; specie. Et quātū ad hūc modū, tñ sumēdū est a sacerdotibus.

dotibus, ut notatur de consecra. dif. 2. comperimus. Alius est, cum suscipitur tantum sub specie panis. Et hoc modo ipsum suscipiunt laici, saltem apud latinos, & hoc propter vitandum periculum effusionis, si sub specie uini ab illis susciperetur. Nam inter eos multi sunt incauti, siue propter nimiam iuuenturem, siue propter nimiam senectutem, qui de facili possent permittere species sanguinis effundi in terram, propter quod rationabiliter datur illis ipsum sacramentum tantum sub specie panis. Est, & alia ratio, scilicet, periculum uomitus, & presertim, quo ad eos, qui non habent in usu bibere uinum. Modus autem spiritualiter sumendi hoc sacramentum est deuotè illud adorare, cum uidetur inter manus sacerdotis, cum fide sincera. Hinc Aug. in li. de remedio penitentia, & similiter recitatur de consec. distinct. 2. ut quid paras. Crede, inquit, & manducaisti. Et sic patet de primo.

**S E C U N D O** panis materialis præteruat comedentem ab alienatione mentis, quam posset faciliter incurrere per nimiam abstinentiam. Sic, & panis sacramentalis præteruat in teriore hominem ab alienatione mentis, ne stultus, auctans efficiatur circa ea, quæ Dei sunt, ita ut de eo possit dici illud Psal. Panis cor hominis confirmet. Sed forsitan dices multos ecclesiasticos frequenter diuina celebrare, & tamen amore mulierum, seu concubinarum infatuatos esse, ita ut ab eis separari nõ ualeant. Non est ergo uerum hunc panem præseruare sumentem à mentis alienatione. Responso. Factum ipsum negare non possumus, cum notorium sit, quo ad multos tales. Nec tamen per hoc infringitur dictum nostrum, quod intelligitur de dignè sumentibus ipsum sacramentum. Non miretur ergo quispiam, si uiderit multos sumentes hoc sacramentum infatuatos amore mulierum, siue rerum temporalium, siue bonorum huius sæculi, & huiusmodi. Ex hoc tamen potest sumere probabilitatem, quod tales indignè dictum sacramentum susceperunt, & ideo non mirum, si eos non præteruat à mentis suæ alienatione.

**T E R T I O** panis materialis calefacit. Hinc est, quod experimur nos calidiores post refectionem, quam prius. Unde, & nonnulli sudant etiam in intentissima hyeme, quoties faciunt prandium, aut cenam. Sic, & panis sacramentalis calefacit interiore hominem in amorem Dei, & proximi, pa-

ritet,

ritet, & celestium bonorum. Nec certè mirum, maximè cum contineat realiter illum, qui est ignis diuinus, de quo dicitur Deute. 4. Item Heb. 12. Deus noster ignis consumens est. Sed quid consumens? Certè consumens peccata, presertim uenialia, similiter mortalia oblita, item peccata peccatis de bitam, interdum in toto, regulariter autem pro parte. Item consumens reliquias peccatorum, quæ sunt pronitas, & facilitas ad peccandum, & similia. Insuper iste panis dicitur calefacere, eò quod accendit corda hominum ad charitatem, ita ut possit dicere deuotus catholicus, postquam illum suscipit, illud psal. Concaluit cor meum intra me. Nec certè iste panis tantum calefacit interiore hominem, cum actu suscipitur, uerumetiam cum quis de eo suscipiendo, siue aliàs de eo cogitat. Unde sequitur. Et in meditatione mea exardescet ignis. Rursum iste panis est ignis, de quo loquitur saluator Lu. 12. dicens. Ignem ueni mittere in terram, idest, institue- re sacramentum altaris in hoc mundo, in quo latet ignis diuinus. Et quid uolo, nisi, ut ardeat? scilicet, humana corda, in flammando ea in amorem Dei. Ecce audistis charissimi, qualiter panis iste sacramentalis deuotè susceptus calefacit interius. Videte ergo apud uos ipsos, si post illius susceptionem experimini quodammodo uos in charitate Dei, & proximi feruentiores, necne, & tunc poteritis quadam probabili conjectura cognoscere, si dignè, aut indignè ipsum sumperitis.

**Q U A R T O** panis materialis decorat hominem corporaliter. Sic, & panis iste decorat animam spiritualiter. In cuius rei signum dicebat beata Agnes filio tyranii, qui eam cupiebat. Corpus sponsi mei Christi corpori meo sociatum est, & sanguis eius ornauit genas meas. Et notanter dicit genas meas, quia pulchritudo mulieris consistit in genis illius. Iste igitur panis sacramentalis facit animam in centuplo pulchriore, quam panis, siue cibus corporalis faciat corpus, quia facit eam similem filio Dei, qui est speciosus forma præ filijs hominum. Ex quo ergo huiusmodi panis adeo decorat hominem, consequens est, ut ipsum reponamus in conscientia pura, & munda. In cuius figuram legitur Matth. 27. quod Ioseph ab Arimathia accepit corpus Iesu, & inuoluit illud in sindone munda, & posuit illud in monumento nouo, quod exciderat in petra. Applicatio est facilis,

**Q**UINTO panis materialis auget corpus. Sic, & panis sacramentalis auget interiorem hominem, & facit eum crescere de bono in melius. In hoc tamen differt iste panis ab illo, quia ille non semper auget corpus, sed usque ad prænitum terminum augmenti. Videmus enim senes, & decrepitos non crescere, sed potius decrefcere, quantuncunque sumant panem materiale. At uerò panis iste præstat augmentum meriti, & gratiæ, si modò debeat, & sumatur non solum à paruulis, uerum etià à magnis, & decrepitis. Quinimo potius debet dari gradè uis, quam paruulis, paruulis in quâ, sensu, ratione, & fide. Vnde de beato Augustino legitur, quod interdum uidebatur sibi, quòd audire uocem de excelso dicentem. Cibus sum grandium, cresce, & manducabis me. Qui ergo uult dignè suscipere hoc sanctissimum sacramentum, debet esse grandis per uitæ meritum. Nec talis fescit, sed potius iuuenescit, dicente scriptura in ps. Renouabitur, ut aquilæ iuuentus tua.

**S**E X T O panis materialis lætificat comedentem, si modò ad debitam mensuram sumatur. Vnde legitur Luc. 15. quòd pater fca. fecit conuiuium lætissimum in receptione filij sui prodigi, ita ut diceret filio suo seniori. Gaudere & epulari oportebat, quia frater tuus mortuus erat, & reuixit, perierat, & inuentus est. Sic & panis iste lætificat interiorem hominem, siue uirum spiritualem, & deuorum, iuxta illud psal. Iusti epulentur, supple, in mensa altaris, & exultent in conspectu Dei, non ergo in conspectu hominum, & delectentur in læticia. Similiter sanguis Christi sumptus sacramentaliter lætificat animam, iuxta illud ps. Vinum lætificet cor hominis. Bene ergo uniuersè; deuote accedentè ad hoc uenerabile sacramentum admonet sapiens Ecclesiast. 9. dicens. Comede in læticia panem tuum, & bibe cum gaudio uinum tuum. Similiter ad idem gaudiū nos admonet Chrs. Matth. 13. sub parabola, ita dicens. Simile est regnum cælorū thesauro abscondito in agro, què, qui inuenit hominè, abscodit, & præ gaudio illius uadit, & uendit, &c. Vbi per thesaurum absconditum in agro intelligitur Christus in sacramento altaris sub speciebus panis, & uini absconditus, & uelatus. Ille autem thesaurus inuenitur per fidem. Vnde ad ipsū nobis salubriter comparandum deberemus libentius omnia

omnia nostra dare, quàm eo carere. De quo etiam thesauro meritò potest intelligi illud Sap. 7. Infinitus est thesaurus hominibus, qui uis sunt, supple, deuotè, & salubriter, particeps facti sunt amiciuæ Dei.

**S**E P T I M O panis materialis delectat comedentè. Vnde refert Aristoteles in Ethicis de quodam guloso, qui desiderabat habere collum gruis, ut magis, & diutius delectaretur in sumptione ciborum delicatorum. Sic & panis iste deuotè sumptus interiorem hominem, siue humanam conscientiam delectat, ita ut meritò dicere possit illud psalmi. Anima mea exultabit in domino, & delectabitur super salutaris suo. Hinc canit ecclesia, & sumitur originaliter ex Genesi. 49. Pinguis est panis eius, scilicet, Christi, & prebit delicias regibus, id est, bene se regentibus, tam ante illius sumptionem, quàm in actuali sumptione, & quam post illius sumptionem. Præctica. Vnde illi, qui hodie dignè communi cauerunt, possunt meritò dicere illud psalm. Repleti sumus manæ misericordia tua, exultauimus, & delectati sumus in omnibus diebus nostris, scilicet, ex sumptione dicti sacramenti. Isto etiam pane suauissimo reficiuntur delectabiliter angeli sancti in cælo, quamuis aliter, quàm deuotici catholici in præsentia. Vnde in Psal. Panem angelorum manducauit homo. Et Sap. 16. Angelorum esca nutritiū populum tuum, & paratum panem de cælo præstitisti eis sine labore, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem. Gustate ergo uos dignè sacramentum altaris sumentes, gustate, inquam, corpus, & sanguinem Christi, ut dicit glo. & uidete, id est, intelligite, quoniam suauis est dominus. Sed, proh dolor multi suscipiunt hoc sanctissimum sacramentum, qui tamen nullo modo in eo delectantur, & hoc propter multa. Primò quidem, quia sunt brutales, & bestiales. Modò animalis homo non percipit ea, quæ Dei sunt, ut habet. j. Cor. 2. Secundò uerò, quia habent palatum insectum, palatum inquam, conscientie. Da exemplum de febricitante, qui propter humorem insectum adherentem linguæ, & palato illius, uidentur dulcia amara. Modò, ut dicit Augustinus. Ille palatum non habet sanum, cui mel cæli in spidū est. Ecce autem habentes palatum conscientie sanum, sapiunt optime Ser. Do. G. Pep. Paris Hiem. H h dulce-

dulcedinem huius cibi. Tertio autem, quia sunt spiritualiter mortui. Modò mortui non habent delectationem in cibo.

Ο C Τ Α Υ Δ panis materialis restatur. Calor enim naturalis continuè agens in humidum radicale diminuit ipsum, adeo quòd tandem illud totaliter consumeret, si non restauraretur per cibi, & potus sumptionem, ita in proposito concupiscit, & tentationes uariè latentes in corde humano, uelut ignis, diminuunt feruorè charitatis, & præsertim quando sunt ueniales, propter quod necessaria est sumptio corporis, & sanguinis Christi in re, uel in uoto, ut sic restaretur prædictas charitatis feruor. Er hoc est quod orat Ecclesia in quadam collecta dicens. Purificent nos, quæsumus Domine, sacramenta, quæ sumpsimus, & præsta, ut hoc sacramentum non sit nobis reatus ad pœnam, sed intercessio salutaris ad ueniã, sit ablutio scelerũ, sit fortitudo fragilitũ, sit contra omnia mudi pericula firmamentũ. Similiter beatus Thomas de Aquino post missam solutus erat orare in hunc modũ dicens: Precor te Domine, ut hæc sancta cõmunio sit uitiorum meorum euacuatio, concupiscentiæ, & libidinis exterminatio, charitatis, patientiæ, humilitatis, & obedientiæ, & totius uirtutis augmentatio, contra insidias inimicorũ meorum tam utilisibulum, quàm inuisibulum sit firma defensio, mortis uitiorum meorum perfecta quietatio, in te uno solo firma adhaesio, atque finis mea: felix consummatio.

Ν Ο Ν Δ panis materialis corroborat hominem, & reficit uires corporis. Sic & panis iste sacramentalis corroborat spiritualiter interiorem hominẽ, iuxta illud Psal. Panis cor hominis confirmet, sup. in bono uirtutis, ut non possit de facili ab eo uelli. Vnde in figura prædicte corroborationis legitur Act. 9. quòd cum Paulus accepisset cibum, cõfortatus est. Similiter legitur. 3. Reg. 19. quòd angelus Domini dixit ad Heliam. Surge, comedere, grandis enim tibi reitit via. Qui cum surrexisset, comedit, & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus usq; ad montem Dei Oreb. Ad propositum, mons Dei Oreb est cœlum, quod est in uertice montium. Ab hoc autẽ seculo usq; ad dictum montem grandis via est, & ideo opus habemus comedere, & bibere Christi corpus, & sanguinẽ Iohan. 6. Caro mea, inquit ipse Christus, uerè est cibus, & sanguis meus uerè est

re est potus: Ecce quomodo iste panis corroborat, & fortificat humanã mentem. Vnde Apostoli, martyres, cõfessores, uirgines, ceteri quoq; sancti Dei amici isto pane corroborati interioris, & ita fortes facti sunt, quòd uicerunt mundum, carnem, & diabolum, omnia quoque tyrannorum tormenta. Quomodo. n. beatus Laurentius in craticula positus ignium calores superare potuisset, si non isto pane confortatus & corroboratus fuisset? Idem dic de beata Agnetè, & similibus utriusq; sexus sanctis Dei martyribus. Vnde Chrysof. Corpus Christi non in carnem, sed in animam confectum mi grat. & magnam quandam uirtutem inspirat. Item August. Non est iste panis, qui uadat in corpus, sed animæ nostræ substantiam fulcit, & maximè firmam reddit. Quòd si quis obijciat contra huiusmodi corroboratiõem, & fortitudinem, quòd nõ obstante sumptione huius sacramenti, adhuc expeditur se fragilem, & debilem ad omne bonum, ad hoc respon demus, qd talis habet in se magnam probabilitatem indignè cõmunicasse, & ideo non ipsum sacramentũ, sed seipsũ inculpare debet. Tales nempe erant illi Corinthij, ad quos scribens Paulus dicebat: Inter uos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi, supple. in peccatis suis. 1. ad Cor. 11.

Δ E C I M Ò panis inaterialis alleuat comedentẽ, si modò ad mensuram debitam sumatur. Hoc enim experimento probaui de quodam pinguissimo uiro, qui ad stateras magnas positus, ponderabat minus duabus libris post prandiũ, quàm prius. Sic & panis sacramentalis deuorè sumptus alleuat interiorẽ hominẽ, ita ut faciat eum tendere ad celsitiam p̄t feruens desideriu, ut se non coniungatur amans amato. Vnde Esa. 35. Ipse Dominus ueniet, & saluabit nos, scilicet, in sacramẽto altaris. Sequitur: Tũc saliet, sicut ceruus, claudus. ubi glos. Saliet de uitijs ad uirtutes, de mundo ad cœlum. Vnde Gregorius: Ille currit uelocius, qui amat ardentius. Vndecimò panis materialis fugat esuriam, & famẽ corporalem. Sic & iste panis sacramentalis faciat spiritualiter interiorem hominẽ, & expellit famem peccati, & rerum temporalium, atq; gloriæ mundanæ. Vnde in Psal. Edent paup̄res, & saturabuntur. Et nota, qd dicitur pauperes, idest, cõtempores huius seculi, uel pauperes, idest, humiles. Tales enim saturantur ex sumptione huius sacramenti. Item idem Psal. subit



Ex adipe frumenti, id est, ex sumptione huius dignissimi sacra-  
 menti, satiat te, sup. Dominus. Similiter Iohan. 6. Ego sum, in-  
 quit Christus, panis uite, qui venit ad me, non esuriet. Ex per-  
 oppositum, qui à sumptione huius sacramenti abstinent, aut  
 qui indebitè ipsum fuscipiunt, famem patiuntur ut canes.  
 Hoc autem videre est in usurarijs, & auarjs, qui querunt do-  
 uorare plebem, Domini, sicut escam panis. Idem dic de mul-  
 tis principibus, & nobilibus huius seculi, qui patiuntur fa-  
 mem gloriæ mundanæ. Propter quam adipiscendam faciunt  
 multas exactiones in subditos suos eos excoriantes uiuor  
 absque misericordia. Sed postquã tales fuerint cum mille de-  
 monibus in inferno, tunc asperitate tormentorũ cognoscent  
 experimentaliter iniquitatẽ, quam operati sunt. Vnde Domi-  
 nus in Psal. Neoune cognoscent omnes, qui operantur iniqui-  
 tatem, qui deorant plebem meam, sicut escam panis?

D V O D E C I M O, & ultimò panis materialis allicet appe-  
 titum hominis bene dispositi. Sepe enim accidit, quòd homo  
 uisã cibi presẽtia prouocatur ad comedendũ, ubi prius ual-  
 lo modo esuriebat. Vnde uulgo dicitur, quòd epule inuitant  
 gentes, sup. ad comedendũ, Italicè la uiuanda agguza l'ap-  
 perito. Ita in propositum iste cibus sacramentalis parter, &  
 potus inuitant appetitũ interiore bene dispositi per sacra-  
 mentalem confessionẽ, dum presentialiter uidentur in men-  
 sa altaris, adeo quòd qui dignè cõmunicauit in die sancto  
 Pasche, frequenter appetat iterum cõmunicare, ut pote, in die  
 Pentecostes, seu Assumptionis beatę Virginis, siue Natiuita-  
 tis Domini, sicut patet de multis deuotis mulieribus, quę plu-  
 ries in anno confitentur, & cõmunicant. Vnde Christus ui-  
 detur dicere illud Eccl. 4. Qui edunt me, adhuc esurient, &  
 qui bibunt me, adhuc sitient: Et est sensus: Qui, inquit, Chris-  
 tus) deuotè edunt me in sacramento altaris sub specie pa-  
 nis, adhuc esurient, id est, adhuc appetent, & desiderabunt me  
 sacramentaliter edere. Et similiter, qui bibunt me in dicto  
 sacramento sub specie uini, adhuc sitient, sicut patet de mul-  
 tis deuotis religiosis, & secularibus clericis fermè omni die  
 celebrantibus, etiam cum magna cõpunctione, reuerentia, &  
 deuotione. Vnde noui quendã fratrem ordinis nostri, quem  
 aliquandò tẽpore mei nouitatus in hoc conuentu Ebroyeca  
 inuare consueuerã, cum diuina celebrabat, qui abundante  
 lachrymas

lachrymas ex oculis emittebat, quoties sacram hostiam post  
 Agnus Dei inter manus tenebat. De quo etiã nõ multo post  
 audiui, quòd in quodam alio conuentu ordinis nostri fœliciter  
 migravit ad Dominũ. Patet ergo, quòd iste panis sacramentalis  
 ualde alliciebat interiore, & spirituale appetitum illius.  
 Nota etiam ad propositum de beata Catharina Senensis, quæ  
 singulis diebus cõmunicabat, cum maxima reuerentia, & de-  
 uotione. Cumq; super hoc à quodã doctore religioso re-  
 prehenderetur, respondisse fertur: Miror uenerandè magister,  
 quomodo ausus esis reprobare hanc consuetudinẽ, maximè  
 cum magnus ille doctor August. eam nõ uituperet. Ipse nem-  
 pe de hoc loquens lib. de diffinitionibus orthodoxæ fidei  
 ca. 22. & similiter recitatur de cons. dist. 2. quotidie. Quoti-  
 die (inquit) eucharistię cõmunionẽ accipere, nec laudo, nec  
 uitupero. Ecce quomodo dictus panis sacramentalis allicet  
 appetitum interioris hominis bene dispositum. Econtra au-  
 tem peccatores nullam suauitatem, nullamq; dulcedinẽ sen-  
 tiunt in perceptione huius uenerabilis sacramenti, sed dicunt  
 cum impijs Iudejs illud Num. 21. Anima nostra nauisat su-  
 per cibo isto leuissimo. Non sic igitur charissimi, sed potius  
 gustate, & uidete, quoniã suauis est Dñs sub speciebus huius  
 sacramenti mirabiliter absconditus. Sic enim agentes hodie  
 ueniet ad uos per gratiam, & tandem ibitis post eum per  
 æternam gloriam. Quam nobis concedat, &c.

In die sancto Pasche, Sermo secundus de Euangelio.



V R R E X I T. Marc. ult. Pro introductione pre-  
 sentis sermonis mouetur quæstio talis. Vtrum  
 resurrectio Christi à mortuis fuerit necessa-  
 ria? Ad hanc quæstionem respondebitur per  
 tres ueritates.

P R I M A igitur ueritas. Resurrectio Christi  
 fuit à mortuis fuit necessaria. Istam ueritatem ponit beatus  
 Thom. 3. parte quæst. 53. art. 1. quam probat ibi quatuor ra-  
 tionibus, & similiter post eum Raynerius in summa sua, tit.  
 de Resurrectione Christi cap. 1.

P R I M A igitur ratio est propter diuinæ iustitiæ cõmen-  
 dationem, seu cõseruationem. Ad diuinã nempe iustitiã  
 H h 3 pertinet

pertinet illos exaltare, qui se humiliant propter Deum, iuxta illud diuę Marię uerbum Luc. 1. Deposuit, supple, diuinā iustitiā, potentes de sede, & exaltauit humiles. Sic est autem, quod Christus humiliari semetipsum, factus obediens patri usque ad mortem crucis, ut habetur ad Philip. 2. Consequens ergo erat secundum ordinem, & dispositionem dię diuinę iustitię, ut exaltaretur à Deo patre usque ad gloriam resurrectionis. Et hoc est, quod Pl. in persona propria Christi loquens ad patrem dicebat. Tu cognouisti, idest, approbasti sessionem meam, idest, humilem passionem meam, & resurrectionem meam, tu, supple, Deus pater approbare debes.

**S E C V N D A** ratio est propter fidei nostrę confirmationem. Nam per ipsius Christi resurrectionem confirmata est fides nostra circa eius diuinitatem, per cuius uirtutem resurrexit. Quod si non resurrexisset, nullus crederet eum fuisse uerum Deum, dicente Apostolo. 1. ad Corinth. 15. Si Christus non resurrexit à mortuis, inanis est prædicatio nostra, inanis est & fides nostra.

**T E R T I A** ratio est propter spei nostrę subleuationem, supple, ad cęlestia, & æterna gaudia. Dum enim audimus Christum, qui est caput nostrum surrexisse à mortuis, speramus & nos resurrecturos, & post eum in cęlum ascensuros. Hinc Apostolus, ubi sup. dicebat. Si Christus prædicatur, & resurrexit à mortuis, quomodo quidem in uobis dicunt, quoniam resurrectionis mortuorum non est? Item Iob. 19. Scio, inquit Iob (scio, inquam, per fidei certitudinem) quod redemptor meus uiuit, à mortuis resurgens, & ideo in nouissimo die de terra surrecturus sum. Sequitur. Reposita est hæc spes mea in sinu meo.

**Q U I N T A** ratio est propter uitę nostrę informationem, & instructionem, ut, scilicet, illius exemplo discamus nouam inchoare uitam. Et hoc est, quod loquitur Apost. ad Ro. 6. dicens. Quomodo Christus resurrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate ambulemus. Hic practica de uariis, luxuriosis, superbis, iracundis, inuidis, & similibus, qui omnes amodò debent inchoare nouam uitam, & in ea perseuerare usque ad mortem. Item idem Apostolus, ubi sup. Christus (inquit) resurgens ex mortuis iam non moritur, ita

& uos estimare mortuos esse peccato, uiuentes autem Deo. Vult ergo dicere Apostolus, quod sicut Christus resurrexit à mortuis, ita nos resurgere debemus à peccatis. Pater ergo prima ueritas, quæ dicit, quod resurrectio Christi fuit necessaria.

**S E C V N D A** ueritas. Resurrectio Christi fuit ad credendum difficilis. Propter quod, ut eam peramplius probaret, non solum semel, aut bis post suam resurrectionem apparuit suis discipulis, sed ut habetur A. ctu. 1. in multis argumentis per dies quadraginta manifestauit se illis, & approbavit incredulitatem illorum, & duritiam cordis, quia ijs, qui uiderant eum resurrexisse, non crederant. Similiter legitur Luc. 40. quod ipse apprensus in specie peregrini duobus discipulis euntibus in Emmaus dixit eis. O stulti, & tardi corde ad credendum in omnibus, quę locuti sunt prope te. De hac etiam difficultate credendi legitur. Io. uigesimo. quod cum decem Apostoli dixissent Thomę se uidisse dominum, ille duro corde ait illis. Nisi uidero in manibus eius fixuram clauorum, & cæt. Non credam. Nonne etiam legitur Luc. vltim. quod cum apparuisset idem Christus in medio discipulorum suorum, & dixisset eis. Pax uobis, ego sum, nolite timere, illi conturbati, & conterriti putabant phantasma esse. Non enim credebant humanam carnem posse à mortuis resurgere, ut dicit glo. ordi. Cumque ille in signum uerę resurrectionis ostendisset illis manus, & latus, nihilominus adhuc illi dubitabant. Propter quod probauit illis ueritatem dicte resurrectionis manducando de parte piscis assi, & de fauo mellis, ut habetur ubi sup. Ecce, quàm difficulter Apostoli crederunt dominicam resurrectionem. Et breuiter, ut dicit Augustin. super Psalm. exponens illud uerbum. Sicut Luna perfecta in æternum. In nulla re sic contradicitur fidei christianę, quàm in resurrectione carnis. Ob eam rem ille, qui natus est in signum, cui contradicitur, carnem suam resuscitauit, ut obuiam iret contradicitori. Et qui poterat membra sua sic sanare, ut ea vulnerata fuisse non appareret, cicatrices seruauit in corpore, ut uultus dubitationis sanaret in mente. In nulla ergo re tam uehementer, tam pertinaciter, tam contentiosè contradicitur fidei christianę, sicut de carnis resurrectione. Nam de animæ

immortalitate multi etiam Philosophi gentium multa dispo-  
tauerunt, & immortalem esse animam pluribus, & multi-  
plicibus libris conscriptum memoriae reliquerunt. Sed cum  
uentum fuit ad carnis resurrectionem, non titubauerunt,  
sed apertissime contradixerunt, ita ut dixerint fieri non pos-  
se, ut caro ista terrena possit in caelum ascendere. Hæc ille:  
Ex quibus uerbis manifestè concluditur propositum, uide-  
ret, quòd resurrectio Christi fuit ad credendum difficilis.

**T** R I A ueritas. Resurrectio Christi tanta certitudi-  
ne tenenda est, quòd nihil est ea certius. Pro quo notandum,  
quòd triplex est certitudo, scilicet, euidentiæ moralis, & fi-  
dei. Certitudo euidentiæ est, cum quid in seipso uidetur sen-  
sibiliter, ut lupo, canis, homo, domus, & huiusmodi. Quod  
si talem certitudinem referamus ad speculabilia, & comple-  
xa, tunc dicimus, quòd certitudo euidentiæ est, cum aliqua  
conclusio euidenter concluditur per medium demonstra-  
tium, & à priori. Da exemplum de ista conclusione. Omnis  
homo est risibilis, quæ concluditur per hoc medium demon-  
stratum. Omne animal rationale est risibile, &c. Sed  
relinquamus hanc certitudinem euidentiæ logicis, & trans-  
feramus nos ad alias duas certitudines. Certitudo ergo mor-  
alis concernit mores, & uitam hominis. Verbi gratia. Con-  
fido in domino, & uerisimiliter credo, quòd omnes adulti,  
quotquot estis hic præsentés in sermone, fecistis debitum  
uestrum, priusquam accesseritis hodie ad mensam altaris, nec  
deinceps peccastis, donec uobis dominus gratiam sic perse-  
uerandi. Nunquid ergo estis certi de remissione peccatorum  
uestrorum, & quòd dignè communicastis, & similiter, quòd  
estis in gratia, & extra periculum aeternæ damnationis, dum  
modò non recidueritis in peccatum? Certè dico uobis, quòd  
sic, & hoc loquendo de certitudine morali; & coniecturæ  
probabilis, quantum possunt humanitus haberi. Certitudo  
autem fidei est, quæ innititur diuinæ reuelationi, siue me-  
diatè, siue immediatè, sicut præcipue patet de articulis fidei,  
inter quos computatur Christi resurrectio, de qua nos cer-  
tos reddidit testimonium Angeli, qui mulieribus ad monu-  
mentum euntibus, ut ungerent dominicæ corporis, respondi-  
t per uerbum in themate præmissum, dicens. Surrexit.

**I** N præsentis ergo sermone simul tangendo materiam  
euangelij

euangelij hodierni, intendo persuadere certitudinem sepe  
dictæ dominicæ resurrectionis multiplici testimonio ui-  
delicet.

Angolorum,	Patriarcharum,	Prophetarum.
Euangelistarum,	Mulierum,	Apostolorum.
Iudæorum,	Custodum,	Gentilium.
Sibyllarum,	Mortuorum,	Miraculorum.

**P** R I M O igitur certitudo dominicæ resurrectionis proba-  
tur testimonio Angelorum. Et de hoc testimonio apertè lo-  
quitur Euangelium huius diei, in quo refert Marcus, quòd  
cum mulieres sanctæ se transfulissent ad sepulchrum domini  
cum, ut corpus Iesu ungerent, & monumentum introissent,  
id est, quandam parauam speluncam rotundam, quæ erat ex-  
cisa in petra, intra quam erat sepulchrum domini, uiderunt  
iuuenem sedentem in dexteris, id est, Angelum in forma ele-  
gantis iuuenis, ut dicit glo. inter. cooperatum stola candi-  
da, id est, alba, & hoc propter gaudium dominicæ resurre-  
ctionis. Qui dixit eis. Iesum quæritis nazarenum crucifixum?  
surrexit non est hic, scilicet, per præsentiam carnis,  
qui nusquam deest per præsentiam maiestatis. Sed cur ad-  
didit Angelus. Nazarenum crucifixum? Responso, addi-  
dit Nazarenum, ad differentiam aliorum hominum, qui  
uocati sunt hoc nomine Iesus, qualis fuit Iesus Naue. Item  
Iesus filius Iosedech. Item Iesus filius Syrach, & alij. Si-  
militer addidit crucifixum, ad insinuandum, quòd etiam  
hodie, quàmuis sit spiritaliter in domino exultandum, pro  
us admonet Ecclesia dicens. Hæc dies, quàm fecit  
dominus, exultemus, & lætemur in ea, nihilominus de-  
bemus reducere ad memoriam Dominicam Passionem.

**P** R O quo notandum, quòd ad hoc nos admonet tria,  
scilicet, scriptura, ecclesia, & consuetudo humana.  
Primò quidem scriptura, de qua Ecclesiast. vndecimo. In  
die bonorum, id est, gaudiorum dominicæ resurrectionis,  
non immemor sis malorum, id est, dolorum excessi-  
uorum, quos pridie pro te sustinuit Saluator tuus Chri-  
stus. Secundo ad idem nos admonet ecclesia, quæ sepe  
in officio suo gaudium dominicæ resurrectionis immiscet  
tristitiam, siue compassionem dolorosæ suæ passionis. Un-  
de à dominica in albis usque ad diem ascensionis, tam

in uesperis, quam in matutinis subditur antiphona de dicta passione pariter, & resurrectione loquens, in uesperis quidem cantando. Crucem sanctam subiit, qui infernum confregit, accinctus est potentia, surrexit die tertia. In matutinis uero cantando. Crucifixus surrexit a mortuis, &c. Deinde utrique antiphonę subditur communis collecta de utroque prædicto misterio loquens. Idem etiam uidere est in hymnis, qui cantantur in ecclesia tempore paschali, sicut patet intuenti. Tertio ad idem nos admonet consuetudo humana. Nam populus fidelis maximè solet hac die deuotè exemplo sanctorum mulierum uisitare representationem dominici sepulchri in locis, & ecclesijs, in quibus habetur illius copia. Insuper in uesperis huius diei, & duorū dierum sequentium solet clerus processionabiliter descendere ad nauem ecclesię, & deuotè ibi stando cantare ante crucem illud responsum. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, &c. Deinde subiungere uersum. Dicant nunc Iudei &c. In quibus duobus fit mentio de pia Christi morte. Ecce ergo quomodo tria debent nos mouere, & incitare in istis sanctissimis, ac iucundissimis diebus paschalibus ad deuote recolendum pijsimam saluatoris nostri mortē, & passionem. Ad quod etiam insinuandum angelus subiunxit in uerbis prædictis mulieribus loquens. Iste uis queritis na zarenum crucifixum? Quam quidem passionem non solum istis diebus, uerum etiam per totum annum, seu, ut manifestius loquitur, per totam uitam nostram iugiter debemus habere in memoria, & coram oculis nostris, iuxta illud Ecd. 29. Gratiam fidei uosris tui ne obliuiscaris, dedit enim pro te animam suam. Quantum autem ualeat huiusmodi memoria dominicę passionis, patet ex illis uerbis domini ad Moysen. Exo. 23. ubi figuratiuè loquens ait ad eum, Ponam te in foraminibus petre, & protegam te dextera mea. Et notandum, quod petra est Christus, ut dicit Apostolus. 1. ad Cor. 10. Cuius foramina sunt quinque eius principalia uulnera. Quemadmodum ergo columbę uidentes, accipitrem desuper uolitantem, ut eas rapiat, statim ingrediuntur columbarium suum, ubi securè ab eo percutiuntur, ita & qui tentantur a demone, debent mox recurrere ad Christi passionem, & ingredi per fidei deuotionem, seu mentis con-

templa-

templationem prædicta foramina petre, quia ut habetur, in Psal. Petra refugium herinactis. Hoc est dicere: Memoria dominicę passionis multum prodest tentatis, & quęcumque aduersa patientibus, ita ut dicat Aug. in suo Manuali, cap. 21. In omnibus, inquit, aduersitatibus non inueni, tam effi cax remedium, quam uulnera Christi. Patet ergo diffusè, quare angelus nunciatus mulieribus Christi resurrectionem fecit de ipsius passione mentionem, cum addidit. Crucifixum.

SECVNDÒ certitudo resurrectionis dominicę probatur testimonio Patriarcharum, qui cum sub figuris cognouerunt, de quibus loquens Apostolus 1. ad Corinth. 10. dicit, quod omnia in figura contingebant illis. Sed de uis figuris pauca afferamus.

PRIMÒ igitur patet dicta resurrectio Christi testimonio patriarchę Noe. Ipse enim cam nouit sub figura, quando emisit columbam de arca, quę postmodum illie redijt, ut legitur Gene. 8. Ad propositum arca Noe Christi corpus designat, in qua requieuit per unionem hypostaticam uerus Noe. Dei filius. Columba autem eiuſdē Christi animam designat, quę fuit tota alba per gratia nitorem, & simplex per totius malicia carentiam. Hęc igitur pulcherrima columba tunc emissa est de arca, quando Christus in inclinato capite tradidit sp̄m Deo patri. Postmodum uerò Dei nutu iterum prædicta columba redijt ad arcam, qñ in die resurrectionis Christi anima redijt ad proprium corpus eidē communicans gloriam suam per quandam redundantiām. Da exemplum, de candela accensa, quę si ponatur intra lucernam, tunc communicat illi suam claritatē, sicut patet in cornu claro ibi apposito. Moraliter columba est mens humana, quę tories foras emittitur, quoties ipsa per mundana, & exteriora uagatur. Tunc autē redit, qñ homo ad seipsum redit, & à prædictis euagationibus, quantum fieri potest, se retrahit. Caueant ergo sibi deuoti catholici, ne istis sanctissimis diebus foras permittant abire columbam suam, id est, mentem, desiderium, & uoluntatem, sed potius eam intra se recludent.

SECVNDÒ Christi resurrectio patet testimonio patriarchę Ioseph. Ipse enim eā nouit sub figura, quando post uocationem,

dictionem,

ditionem, falsam accusationem, & incarcerationem suam, factus est dominus, & dispensator totius domus regis Pharaonis. Ad quem etiam tandem accedentes fratres sui gratias emendi, non cognouerunt eum, quamuis optimè eos recognosceret. Postremo cum eis manducās, & bibens in eadem mensa manifestauit semetipsum illis. Ad propositum per Ioseph, qui augmentum interpretatur, designatur Christus, qui auxit populum suum, id est, Christianus uehementer, & hoc, tam per se, quam per Apostolos suos, quādo, scilicet, dixit eis illud Mar. ult. Euntes in mundum uniuersum predicare euangelium omni creaturæ. Hic ergo noster gloriosus Ioseph postquam fuit à Iuda proditore uentus, à Iudæis falsò accusatus, & in carcere sepulchri triduo detentus, tandem in sua resurrectione inde ereptus, factus est summus dominus in cælo, & in terra, eo dicente Matth. 28. Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra. Tunc etiā factus est supremus dispensator bonorum, & cælestium, scilicet, gratiæ Dei in præsentia, & gloriæ in futuro. Hunc etiam quā primum resurrexit à mortuis, non cognouerunt fratres sui Apostoli, quinimmo eo illis apparente putabant phantasma esse. Tandē seipsum illis manifestauit cum eis manducantur, ut patet Luc. 24. item Actu. 1. & eiusdem. 10. ubi introducuntur uerba beati Petri Apostoli dicentis de eo ad Iudæos, hunc suscitauit Deus tertio die, & dedit eum manifestum fieri non omni populo, sed testibus præordinatis à Deo, nobis, qui manducauimus, & bibimus cum illo. Et sic patet intentum.

**TERTIÒ** Christi resurrectio patet testimonio patriarchæ Samsonis. Ipse enim eam nouit sub figura, quando ut legitur Iudic. 16. ingressus est Gazam amore mulieris meretricis. Quo ingressu circumdederunt Philisthij domum eius, ponentes custodes, ut mane facto occiderent eum. Dormiuit ergo ibidem usq; ad noctis mediū. Et inde confurgens apprehendit ambas fores ciuitatis cum postibus suis, & sera, impositisque humeris suis portauit eas usq; ad uerticē montis. Hæc ubi supra. Ad propositum, Samson, quem angelus domini nunciiauit nasciturum, designat Christum, quē Gabriel nunciiauit uirgini Mariæ fore nasciturum, dicens. Ecce concipies in utero, &c. Luc. 1. hic ergo noster Samson adamauit

adamauit mulierem meretricem, id est, humanam naturam, quamuis peccatricem, ita ut alliceret eam ad se, dicens illud Hierem. 3. Tu fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, & ego suscipiam te. Vnde Can. 2. inquit sponsus Christus de sponsa sua, quæ est natura humana. Amore eius languo. Intra uerbo dictus Samson in Gazam, quando corpus eius fuit in sepulchro positum, ibique dormiens à uespera diei parasæueus iacuit usque ad matutinum diei paschæ. Quo dormiente Philisthij, id est, scribæ, & pharisæi fecerunt sigillari sepulchrum eius sigillo Pilati, ponentes custodes, ne uenientes discipuli eius furarentur huiusmodi corpus, ut dicebant. Sed postquò post mediam noctem iste Samson surrexit à somno mortis, & hoc ad uocem Dei patris cum excitantis, & dicentis illud Psalm. Exurge gloria mea, exurge psalterium, & chithara. Ad quem ille respondens ait. Exurgam diluculo. Quo excitato tandem in sua ascensione ascendit in montem excelsum ualde, & qui est in uertice montium, scilicet, in cælum, ibiq; seder ad dexteram dei patris, inde uenturus est iudicare uiuos, & mortuos. Ambæ autem fores Gazæ, designant animas sanctorum patrum, atque sanctarum martyrum, quas ille de limbo liberans secū duxit in cælu. Vnde in ps. Ascēdēs Christus in altum, captiuam duxit captiuitatē. Sicque per hunc modum gloriosum fuerunt impij Iudæi, & milites Pilati custodientes sepulchrum delusi. Nā quanto plus impedire nitēbatur dñicam resurrectionem, tanto magis præter intentū eam claram reddiderunt. Ex quo patet, quòd non est consilium aduersus dñm sup. Deum patrem, nec aduersus Chrm eius. Patet ergo, quòd Christi resurrectio probatur testimonio sanctorum patriarcharum, qui eā enigmaticè, & sub uelamine figurarum prouiderunt fiendam.

**TERTIÒ** principaliter Christi resurrectio probatur testimonio prophetarum, qui eam prædixerunt futurā, & hoc plumen diuinę reuelationis, quia ut dicitur 2. Pet. 1. Nō uolūtate humana allata est aliqñ propheta, sed spū sancto inspirati locuti sunt sancti Dei hoīes. De multis ergo prophetis, qui lecti sunt de huiusmodi resurrectione, afferemus tantum testimonium trium.

**PRIMÒ** igitur Chri resurrectio probat testimonio prophetę Dauid

re David, qui de hoc sacro mysterio loquitur in pluribus psal-  
 tibus sui psalterij. Primò quidè Psal. 15. ubi in persona Chri-  
 sti loquitur ad Deum Patrem dicens: Caro mea requiescet in  
 spe, idest, in felici expectatione resurrectionis in proximo  
 sciendè, secundù quòd dicitur Eccl. 44. quòd corpora sancto-  
 rum in pace sepulta sunt, idest, in felici expectatione futu-  
 ræ pacis. Deinde idem Psal. assignat rationè prædictæ spei, cum  
 ait. Quoniam non derelinques, tu sup. Deus Pater, animam  
 meam in inferno, idest, in limbo dormiente corpore meo in  
 sepulchro, nec dabis sanctum tuum, idest, corpus meum à te  
 sanctificatum, & diuinitate balsamatum, a videre corruptio-  
 nem, idest, experiri incinerationem, & putrefactionem in se-  
 pulchro more aliorum corporù humanòrum, sed sup. ipsum  
 citò resuscitabis à mortuis, ita ut meritò possim tibi dicere  
 Notas mihi fecisti vias uitæ. Secundò idem Psalmus. psal. 3.  
 de hoc mysterio loquitur, dicens, in persona Christi: Ego dor-  
 miui, supple, dormitione mortis, qua dormitione dicebat  
 idem Christus Lazarum mortuum dormire, dicens ad disci-  
 pulos suos: Lazarus amicus noster dormit, sed uado, ut à  
 somno excitè eum. Iohan. 11. Cõuenienter ergo mors Chri-  
 sti comparatur dormitioni, tum quia brevis, tum quia fortis,  
 & melius habuit ipse Christus secundù corpus post somnum  
 mortis, quàm prius, sicut & ceteri dormientes cõmuniter sunt  
 fortiores, & agiliores post somnũ, quàm prius. Sequitur. Et sop-  
 ratus sum, inquit Christus. i. sauiter requieui triduo in se-  
 pulchro, & exurrexi. i. extra sepulchrum surrexi, quia Dñs sit  
 sceptri me, mihi auxiliũ prebendo, uespote, faciendo me à mor-  
 tuis surgere. Et ideò nõ timebo milia populi circumdãtis me,  
 idest, multitudinẽ militum circumdantiũ sepulchrum meũ, &  
 quasi uolentiũ impedire resurrectionẽ meã. Quòd autè ipse  
 Christus tales custodes nõ timuerit, patet per illud Matt 28.  
 ubi dicitur, quòd cum angelus reuoluisset lapidem monu-  
 menti, factus est terræ motus magnus, & præ timore eius ter-  
 rriti sunt custodes, & facti sunt, uelut mortui. Tertiò idem  
 Psalmus. psal. 60. qui incipit. Beatus, qui intelligit sup egenũ,  
 & pauperem, & qui totus allegoricè exponitur de Christo,  
 circa finem in persona Christi loquens ait. Tu autem Domi-  
 ne, sup. pater, miserere mei, qui in miseria mortuus ex parte  
 corporis sum cõstitutus, & resuscita me, faciendo me à mor-  
 tuis

tuis gloriosè resurgere, & retribuã eis, scilicet, impijs Iudæis  
 omne malum, quòd gesserunt aduersum me, aut fieri pro-  
 cauerunt. Hęc autè retributio tunc facta est, quã ciuitas Hie-  
 rusalem capta est per Titũ, & Vespasianum, anno, s. quadra-  
 gesimo secundo à Passione Domini.

SECUNDÒ resurrectio Christi probatur testimonio  
 prophete Esai. 53. dicens. Iustus, idest, Christus, de angustia  
 liberatus est, idest, à doloribus passionis liberatus est per glo-  
 riam resurrectionis. Nam tunc factus est totaliter immor-  
 talis, & impassibilis.

TERTIÒ prædicta resurrectio probatur testimonio  
 prophete Sophoniæ 3. cap. dicens in persona domini. Expecta  
 me in die resurrectionis meæ in futurum. Ac si apertè dice-  
 ret. Tu popule fidelis noli diffidere, aut dubitare de meã  
 futura resurrectione, sed eam indubitanter crede. Vbi nota,  
 quòd illi fideles, qui dictam Christi resurrectionem præces-  
 serant, credebant eam futuram. Qui uerò eã secuti sunt, tenentur  
 credere eam iam fuisse impletam. Vtrorumq; tamẽ  
 una fides est, quia uarietas temporis nõ uariat habitũ fidei.  
 Et sic patet de testimonio prophetarum.

QUARTÒ principaliter resurrectio Christi probatur  
 testimonio euangelistarum. Ipse em̃ Chrs tanquã summus  
 pontifex elegit quatuor præcipuos notarios, quos euangeli-  
 stas appellari uoluit, qui gesta sua fideliter, & syncerè scri-  
 pto commendarent, quorũ ista sunt noĩa: Matthæus, Mar-  
 cus, Lucas, Iohannes. Videamus ergo in libris eorũ, quid de  
 huiusmodi resurrectione referant.

PRIMÒ igitur Mattheus ult. c. libri suorũ euangeliorũ  
 narrat, qualiter uespere sabbathi, que lucefcit in prima sab-  
 bathi, idest, prima die post sabbatum, uenerunt uidere sepul-  
 chrum Maria Magdalene, & altera Maria, cuius nomen nõ  
 exprimit. Que inuenerunt ibi angelum dicentem eis. Nolite  
 timere uos. Scio em̃, quod Iesum, qui crucifixus est, queritis. Nõ  
 est hic. Surrexit enim, sicut dixit. Deinde refert idem Mat-  
 thæus, qualiter prædictis mulieribus recedentibus à monu-  
 mento, ut prædicta nunciarent Apostolis, occurrit illis Chri-  
 stus dicens: Auerte. Quæ accedentes ad eum, tenuerunt pedes  
 eius, & adorauerunt eum. Demum misit eas ad discipu-  
 los suos, hæc nunciare, & quòd illis appareret in Galilæa.

Refert deniq; idē, qui prius, qualiter ipse Christus apparuit, 11. discipulis in quodam monte, qui erat in Galilea.

**S E C U N D O** Marcus vit. c. suorum euangeliōrū refert, qualiter transacto Sabbato Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome uenientes ad monumentū, ut ungerēt corpus Iesu, inuenerunt angelum, qui dixit eis. Nolite expauescere. Iesum q̄ritis Nazarenū crucifixū. Surrexit, nō est hic. Deinde refert, qualiter ipse Ch̄s primō apparuit Marię Magdalene, consequenter duobus discipulis simul ambulantibus. Nouissimē uerō. 11. discipulis, q̄n, ascendit in cęli, & exprobrauit incredulitatem, & duritiam cordis eorum, quā his, qui uiderant eum resurrexisse, non crederant.

**T E R T I O** Lucas vit. c. suorum euangeliōrū refert, qualiter sanctę mulieres ualde mane uenerunt ad monumentū, ut ungerent corpus Iesu. Quibus apparuerunt duo uiri, duo angeli in forma humana, qui dixerunt ad eas. Quid q̄ritis? uenientē cū mortuis? Non est hic, sed surrexit. Ille autē in de recedentes nunciauerit hęc oīa illis undecim, & cęteris oībus. Refert etiam, qualiter ipse Ch̄s apparuit duobus discipulis euntibus in Emaus ipsa die resurrectionis. Itē qualiter ipse postmodum apparet discipulis suis salutabit eos, dicens. Pax uobis. ostendens eis manus, & latus, & similiter manducans de pisce. quem illi obrulerant. Similiter idē Lucas Act. 1. refert, qualiter ipse Christus prebuit seipsum uiniū suis Apostolis post suam resurrectionem in multis argumētis per dies quadraginta apparet eis. Item qualiter uidentibus illis eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum, &c.

**Q U A R T O** Iohannes. 20. cap. libri suorum euangeliōrum refert, qualiter Maria Magdalene ueniēs mane ad monumentum uidit lapidē sublatū à monumento. Et mox hoc ipsum nunciauit Petro, & Iohanni, qui illuc uenientes, ita innenerunt, uiderunt etiam ibi linteamine posita, & sudarium, quod fuerat super caput Iesu. Quibus inde recedentibus. Maria sola illic remansit. Et tunc apparuit illi, sicut in specie hortulani. Item refert, qualiter ipso die resurrectionis, cum sero factum esset, & fores essent clausę, uenit Iesus, & stetit in medio eorum, & dixit eis. Pax uobis; ostendens eis manus, & latus. Itidem fecit post dies

octo presente Tho. cui ait. Infer digitum tuum hęc, & uide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in laras meū, & noli esse incredulus, sed fidelis. Quod cum fecisset, exclamauit dicens. Dñs meus, & Deus meus. Similiter idē Ioh. 21. ca. refert, qualiter idem Ch̄s apparuit septē discipulis piscātib; in mari Tyberiadis, quod erat in Galilea, prout p̄dixerat angelus mulieribus loquens. Itē, inquit, dicite discipulis, & Petro, quia p̄cedet uos in G. illeam. Ibi cum uidebitis, sicut dixit uobis. Mar. vit. Ecce ergo quale testimonium referunt quatuor p̄dicti notarij apostolici de Christi resurrectione, ita ut non sit ultra locus dubitandi.

**S E D** circa p̄dicta testimonia uidetur esse in aliquo discrepantia, seu dissonantia.

**P R I M O** quidem quo ad tēpus, quo uenisse referunt deuotę mulieres ad sepulchrū dñicum. Nam Matthæus dicit eas uenisse uespere ad monumentum, ita inquit. Vespere autem sabbathi, quę lucefcit in prima sabbati, uenit Maria Magdalene, & altera Maria uidere sepulchrū. Marcus uerō refert eas uenisse ualde mane ad ipsum monumentum. Venisse autē ad monumentū uespere, & ualde mane, sunt duę differētię tēporis nō bñ sibi coherentes. Insuper Marc. in hodierno euāgelio asserit dictas mulieres uenisse ad monumentū orto iam Sole. Iohannes autē asserit eas uenisse illuc, cū adhuc tenebrę essent. Venisse autem orto iam Sole, & cum adhuc tenebrę essent, non bene sibi coherent.

**S E C U N D O** p̄dicta testimonia uident inter se discrepare quo ad numerū deuotarū mulierum ad monumentum Ch̄i uenientium Nam Iohānes tr̄i facit mētionem de una, scilicet, de Maria Magdalena, ita dicens. Vna sabbathi, idest, prima sabbati, siue prima die post sabbatū, uenit Maria Magdalene, cū adhuc tenebrę essent, ad monumentū. Matthæus autē facit mētionē de duabus, ita dicens. Vespere autē sabbati, q̄ lucefcit in prima sabbati, uenit Maria Magdalene, & altera Maria uidere sepulchrū. Marc. uero facit mētionē de tribus, ut patet, in principio euāgelij hodierni. Cęterū Lucas facit mentionem de pluribus, quā de tribus, ut patet eiusdem. 24. ubi sic ait. Vna sabbati ualde diluculo uenerunt ad monumentum mulieres portantes, quę paruauerunt aromata. Deinde exprimit eorum nosa ita, dicens. Erat autem

Maria Magdalena, & Iohanna. i. mater Iohannis euangeliste, & Maria Iacobi. i. Mater Iacobi minoris, & ceterę, quę cum eis erant, quę uenerunt ad Apostolos nuntiantes hæc, sci licet, quæ uiderant, & audierant in sepulchro dominico.

**TERTIO** prædicta testimonia uidentur inter se discrepare quo ad numerum angelorum, qui uisi sunt in sepulchro dominico. Nam Matthęus tantum facit mentionem de uno. Lucas uero facit mentionem de duobus similiter, & Iohannes, quorū unus erat ad caput, & alius ad pedes. Marcus autem, qui tantū facit mentionem de uno, sicut & Matthęus, asserit ipsum apparuisse à dextris sepulchri, Cum ergo Lucas ponat duos, unum ad caput, & alium ad pedes, consequens est dicere ibi tres angelos apparuisse.

**QUARTO** prædicta testimonia uidentur discrepare quo ad locum Angeli apparentis. Nam Matthęus asserit Angelum apparentem reuoluisse lapidem ab ostio monumenti, & super eum sedisse, sicque à sanctis mulieribus uisum fuisse, Marcus autem in Euangelio hodierno asserit mulieres monumentum introisse, & ibi iuuenem. i. Angelum in forma iuuenis à dextris sepulchri sedentem uidisse. Videtur ergo esse repugnantiā, quod eędem mulieres simul, & semel uiderint eundem angelum sedisse extra monumentum, ut ponit Matthęus, & intra, ut ponit Marcus. Ex quibus omnibus uidetur sequi, quod testimonia quatuor Euangelistarum de Christi resurrectione loquentiū, non bene sibi coherent.

**RESPONDENDUM** ergo est, & satisfaciendum prædictis obiectionibus, & dissonantijs, non quidem realibus, sed uerbalibus, apparentibus, & non existentibus, quia absit, ut in sacra scriptura aliqua falsitas inueniatur. Nam si in solo passu falsa conuincitur, in ceteris suspecta de falsitate redditur, ut dicit Aug. lib. 7. confes. Et idē dicit Hieron. in epistolis suis, epistola. 9.

**AD** primum ergo dicitur conformiter ad beatum Aug. de consensu euangelistarum. li. 3. cap. 24. quod prædictę mulieres secundum Matthęum dicantur uenisse ad dominicū sepulchrum uespere sabbati dispositiue, siue preparatiue. Nam cum tali hora liceret eis operari, eodē maxime, quod magnus ille dies festus paschę expirasset ad occasum solis, sicut & ceterę solennitates iudeorum, emerunt specis aro-

maticas,

maticas, ex quibus confecerunt ungueta ad unguendum corpus dominicum, quod separabant adhuc inuenire in sepulchro. Et ratione talis dispositionis dicit Matthęus tales mulieres uenisse ad monumentum uespere, quauis ille realiter nõ peruenerint. nisi mane lucente, ut refert Marcus. Aliā solutionem ponit idem Aug. ubi supra. quam annotaui in expositione euangeliorum quadagesimalium, super euangelio præsentis diei. Vide ibi.

**AD** secundum dicitur, quod non est inter euangelistas discrepantiā ad numerum mulierum uenientium ad sepulchrum Domini. Sed bene uerum est, quod id, quod tacuit unus euangelista, alius expressit. Ioh. ergo, qui tantum facit mentionem de una, scilicet, de Matia Magdalena, non negat, nec excludit alias mulieres cum ea uenisse. Et idem iudicium est de Matthęo, qui tantum facit mentionem de duabus. Et similiter de Marco, qui tantum facit mentionem de tribus.

**AD** tertium dicitur conformiter ad eum idem Aug. ubi supra, quod potest probabiliter dici ibi tres angelos apparuisse, quorum unus sedebat super lapidem ablatū ab ostio monumenti, de quo loquuntur Matthęus, & Marcus. Alij autem duo erant stantes, unus quidem ad caput, alius uerò ad pedes, de quibus loquitur Lucas.

**AD** quartum respondet Aug. ubi supra dicens, quod dictus angelus potest intelligi simul fuisse intus, & extra, & hoc respectu diuersorū. Pro quo notādum, quod potuit fieri, ut angelus aperiens monumentum Domini, reuoluerit lapidem, qui claudebat ipsum monumentum, intra dictum monumentum, maxime cum ipsum monumentum esset aliquantulum spatiosum, concauum interius, ita ut contineret dominicum sepulchrum, siue illum lapidem concauatum, in quo reposuerat Ioseph ab Arimathia corpus Christi. Quo quidem lapide reuoluto, tunc super eum sedit angelus, ut dicit Matthęus. Potest ergo intelligi probabiliter, quod sepe dictus angelus erat intus quo ad ipsum monumentum. Extra autem quo ad sepulchrum dominicum. Aliam solutionem dat idem Aug. ubi supra dicens, quod forsitan ibi apparuerunt duo Angeli. Vnus quidem sedens super reuolutum lapidem, de quo meminit Matthęus, qui tacet de alio



apparente à dextris sepulchri in ueste candida, de quo meminit Marcus tacens de primo. Ex quo patet nullam esse inter Mattheum, & Marcum dissonantiam, ut plenius scripsi in expositione euangeliorum quadragesimalium. Ex quibus omnibus patet, qualiter quatuor euangelistæ reddunt fidele testimonium resurrectionis Iesu Christi. Et sic patet de quarto principalia.

QVINTÒ principaliter probatur prædicta resurrectio per testimonium Apostolorum, iuxta illud Act. 4. Virtute magna reddebat Apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi Domini nostri, & gratia magna erat in omnibus illis. Sed quomodo uirtute magna reddebant Apostoli prædictum testimonium? Profectò, quia signis, & prodigijs uirtute diuina factis. Præctica, quomodo apostoli prædicantes resurrectionem Christi in testimonium dictæ ueritatis resuscitabant mortuos, illuminabant cæcos, sanabant egrotos, curabant leprosos, liberabant demoniacos. Et tunc hæc uidentes credebant dictam Christi resurrectionem, & conuertebantur ad Christi fidem. Item Petrus Apostolus de hoc fert testimonium Actu. 10. dicens de Christo. Hunc suscitauit Deus tertia die, & dedit eum manifestum fieri non omni populo, sed &c. Item Paul. 1. Cor. 15. ait. Nouissimè omnium tanquam abortiuo uisus est mihi, &c.

SEXTO probatur dicta resurrectio per testimonium mulierum sanctarum. Et quamuis secundum iura ecclesiastica mulier non recipiatur in testimonium de communi lege, ut notatur. 15 q. 3. quasi per totum, ubi etiam allegantur multa iura ciuilia, nihilo minus in certis casibus potest testificari, & presertim in materia fidei, siue contra hæresim, ut notatur, ubi supra. ca. de crimine. In proposito ergo uisum est, quomodo mulieres tulerunt fidele testimonium de miraculis resurrectionis. In primis ergo Magdalena de hoc tulit testimonium, quando Christo uiso in specie hortulani uenit ad Apostolos, & dixit eis. Vidi Dominum, & hæc dixit mihi, scilicet, Vade ad fratres meos, & dic eis, Accedite ad patrem meum, & patrem uestrum, Deum meum, & dei uestrum. Iohannis. 20. Vnde propter hoc testimonium Apostolorum Apostola ab ecclesia appellatur. Et nota, quod Apostola idem ualeat, sicut missa, uel legata. Bene ergo ipsa Magda-

lena Apo-

lena Apostolorum Apostola dicitur, quia fuit missa tanquam legata Christi ad Apostolos, illis nunciatura eius resurrectionis. Vbi etiam aduertendum, quod ipse Christus ualde honorauit Magdalenam, tum primò illi apparendo, tum eam ad Apostolos mittendo. Ex quo patet, quod mulieres non sunt contemnendæ, & presertim si fuerint bonæ, & uirtuosæ. Bene ergo ad propositum canit ecclesia in istis sanctissimis diebus paschalibus in prosa dicens, Dic nobis Maria quid uidisti in uia? Sepulchrum, inquit, Christi uiuentis, & gloriam uidi resurgentis. Et istud secundum fuit, quando ipse Christus illi apparuit in specie hortulani, ut dictum est. Deinde sequitur. Credendum est magis Mariæ peracri, quam iudeorum turbe fallaci. Similiter de dicta resurrectione testimonium ferunt illæ sanctæ mulieres, de quibus dicitur Mat. 28. quod cum recederent à monumento, ubi illis apparuerat angelus dicens. Scio, quod Iesum queritis nazarenum crucifixum, nō est hic, occurrit illis abeuntibus Christus saluans eas, & dicens, Auere. Et tunc accesserunt, & reuenerunt pedes eius. Sed nunquid de hoc tulit testimonium uirgo Maria? De qua piè creditur, quod primò illi apparuerit Christus, postquam resurrexit à mortuis. Profectò piè creditur, quod de hoc Apostolis, & mulieribus deuotis, ceterisque Christi specialibus amicis testimonium tulerit. Sed tamen eius testimonium Euangelistæ scripto nō commendauerunt, eò quod testimonium domesticum repellitur secundum iura, ut patet. C. de testibus. l. etiam item. l. parentes.

SEPTIMO Christi resurrectio probatur testimonio iudeorum. Legitur enim in Euangelio Nicodemus, quod princeps iudeorum post Christum sepulturam in odium illius comprehenderunt Ioseph ab Armathia, & in carcerem recluserunt, proponentes post pascha occidere eum, eò quod sepius honorificè Christi corpus. Et idem fecissent de ipso Nicodemus si se non abscondisset. Cum ergo post Pascha inuisissent dicti principes adduci ipsum Ioseph in eorum consistorium, ut mortis sententiam in eum proferrent, misericordie inuentus est, nec quidem immeritò. Nam ut legitur ubi supra, in ipsa nocte resurrectionis dominicæ circa diluculum eidem Ioseph apparuit Christus dicens. Quia occasione sepulture mee carne mea hic detineris, ideo

ueni liberate te. Egredere ergo de carcere, & uade liber. Sicque factum est. Cum ergo super hoc altercarentur discipuli Principes Iudæorum, ita ut nonnulli eorum inculparent custodem carceris, subito superuenit homo quidam ueniens de Arimathia asserens illum obuium habuisse, & propriam ciuitatem repetiuisse. Sed forsitan dices Euangelium. Nicodemi inter libros apocryphos contineri, eò maxime, quòd non inferatur inter libros sacræ scripturæ, ut constat. Nec similiter ipsum approbat ecclesia, sicut nonnullos alios libros, ut patet distin. 15. Sancta Romana Ecclesia, hęc gratis conceditur, & per consequens, quòd inter Apocryphos libros computatur. Non tamen propterea sequitur, quòd contineat falsitatem, sed tantum sequitur, quòd non est necessariò recipiendus talis liber, illi ergo credat, qui uoluerit.

OCTAVO resurrectio Christi probatur testimonio custodum sepulchri. De his nempè legitur Matth. ultim. quòd Christo gloriosè resuscitato, ecce quidam de custodibus uenerunt in ciuitatem, & nunciauerunt principibus sacerdotum omnia, quæ facta fuerant. Et congregati cum senioribus, consilio accepto pecuniam copiosam dederunt militibus, dicentes. Dicite, quia discipuli eius uenerunt nocte, & furati sunt eum uobis dormientibus. Et si hoc auditum fuerit à præside, sup. Pilato, nos suadebimus ei, & securos uos faciemus. At illi accepta pecunia fecerunt, sicut erant edocti. Et diuulgatum est uerbum istud apud Iudæos usque in hodiernum diem. Ex prædictis ergo uerbis duo elicere possumus. Primum est ueritatis fidele testimonium, quia prædicti custodes nunciauerunt principibus sacerdotum omnia, quæ facta fuerant. Secundum est falsitatis subintroductum testimonium, ibi. Dicite, quia discipuli eius uenerunt nocte, &c. Super quo August. homil. trigesima sexta. dicit sic. O uanitas uendens uanitatem, uanitatem, inquam, audituris uanis, & credituris. Hodieque hoc est apud Iudæos, sic habetur ipsa fama, quàm uana, quàm falsa, inanis? Testimonium martyrum nolunt audire, ut uiuant, & testimonium dormientium audiunt, ut pereant. Si enim dormiebant custodes. Vnde scire potuerunt, quis illum tulerit de sepulchro? O pessimi milites, aut uigilabatis, & custodire debuis, aut dormiebatis, & quid sit actum, nescitis. Impletum est

est ergo, quod Spiritus Sanctus per Psal. multoante prædixerat. Cogitauerunt consilium, quod non potuerunt stabilire. Hęc ille. Ecce ergo, quæ falsum est Iudeorum testimonium, ita ut meritò possumus de eis dicere illud Job 13. Ostendã uos fabricatores mendacij, & cultores peruersorum dogmatum. Sed quomodo? Certè in hunc modum. Quis enim inermis, & timidus præferret presentibus militibus multis, & bene armatis auferre depositum illis commissum? Sic autem est, quòd Apostoli Christi tempore tridui erant ualde timidi, nec etiam incedebant armati. Quomodo ergo præsumpsissent accedere ad sepulchrum magistri sui, ut corpus eius tollerent, maxime cum ibi scirent adeste milites Pilati multos, & bene armatos? Insuper quomodo se occupassent ad deponendum linteamina, quibus inuolutum fuerat corpus dominicum, maxime cum horrendum sit uidere corpus humanum mortuum, & nudum? Et tamen in sepulchro dominico inuenta sunt linteamina posita, & sudarium, quod fuerat super caput Iesu, non inuento corpore, ut patet Io. 20. Ecce ergo, quomodo aperte conuincuntur impij Iudei de mendacio. Propterea ecclesia inuehit in eos dicens? Dicant nunc Iudei, quomodo milites custodientes sepulchrũ perdidissent regem ad lapidis positionem, quare non seruabant petram iustitiæ? aut sepultum reddant, aut resurgentem adorent nobiscum dicentes, quod uiuit Deo.

NONO sepe dicta Christi resurrectio probatur testimonio gentilium. Ecce enim Job, qui gentilis fuit de eo loquens eiusdem. 19. ait. Scio, quòd redemptor meus uiuit. Quod autem intelligat de uita, quæ habetur per resurrectionem, manifestè apparet per hoc, quod præmittit dicens. Scio, quòd redemptor meus, deinde subdit dicens uiuit. Fuit enim Christus redemptor completè moriendo. Quod ergo subdit, uiuit, non potest commodè intelligi, nisi de uita, quæ habetur post mortem, quam dicimus uitam immortalẽ, & gloriosam. Confirmantur hęc omnia per id, quod subdit prædictus gentilis obubi sup. dicens. Et in nouissimo die de terra surrecturus sum, & in carne mea uidebo Deum, sup. in forma humana gloriosa, quia constat, quòd diuinitas non potest uideri ab humana carne.

DECIMO eadem Christi resurrectio probatur testimonio

nie Sibyllarum, & presertim Sibylle erythreæ, de qua mem-  
 nit August. lib. 18. de ciui. Dei. c. 23. dicens, quod uaticinata,  
 sit de ipsius Christi incarnatione, passione, resurrectione, &  
 aduentu in iudicium. Regnauit autem dicta Sibylla tempore  
 belli Troiani. Fuit autem dictæ Sibylle, quamuis genti  
 datum diuinitus prophætare de ipso Christo propter amo-  
 rem castitatis, sicut & de alijs Sibyllis suo modo dicendū est.

VNDECIMÒ Christi resurrectio probatur testimonio  
 mortuorum. Nam, ut legitur Matth. 27. Christo passo monu-  
 menta aperta sunt, & multa corpora sanctorum, qui dormie-  
 rant, sup. somno mortis, surrexerunt. Et exreutes de monu-  
 mentis post resurrectionē eius, uenerunt in sanctam ciuita-  
 tem, & apparuerunt multis. Notandum tamen, q̄ huiusmo-  
 di corpora non surrexerunt à mortuis ipso die mortis Chri-  
 sti, sed tunc primo, q̄n ipse Christus resurrexit, ut dicit glo.  
 ord. Decuit. n. ut Christus resurgeret primus. Refert tñ Lo-  
 dolphus in lib. 9. in ci. uita Christi, prout annotaui in sermo-  
 ne de passione domini, sub septima statione in quinto signo,  
 quamprimum Christus emisit sp̄m, tunc primum monu-  
 menta aperta sunt, sed mortui inde nō surrexerunt, quousq̄  
 ipse Chrs primo resurrexit. Erat ergo tunc mirabile, & nouū  
 uidere toto illo triduo hmōi sepulchra diuinitus aperta, &  
 ossa intus iacentia. Ipso igitur Chro resurgente illi pariter  
 surrexerunt, tanq̄ testes sc̄e resurrectionis, & apparuerunt  
 multis. Specialiter aut̄ apparuerunt Annæ, & Cayphæ, ut scri-  
 bit Nicodemus in suo Euange. fortē reprehendentes eos de  
 hoc, q̄ iniquē aduersus Christum se habuissent, illis affirmā-  
 tes, q̄ pessimē eis succederet, si non peniterēt, uel familia. Re-  
 fert ēr idem Nicodemus de duobus hoīb̄s, qui ante annos  
 quadraginta naturæ debitū soluerāt, qui ipsa die dominicæ  
 resurrectionis plena luce uenerunt in ciuitatē Hierusalem.  
 Qui intrantes tēplum affirmauerunt cunctis, qui ad tale spe-  
 ctaculum conuenerant, q̄ ipse Christus, quem ante triduum  
 crucifixierant, esset uerus filius Dei, & Messias in lege promi-  
 sus, item quod iam surrexisset à mortuis, & quod ideo susci-  
 tasset eos Deus, ut de hoc ferrent testimonium. Quid autem  
 factum sit postea de istis duobus, & similibus, an, scilicet, ite-  
 rum redierint in puluerem, quantum ad corpus, aut cū Chri-  
 sto ascenderint in cælum in corpore, & anima, quamuis Au-  
 gust.

gust. in libello de assumptione beatæ uirginis hoc relinquit  
 sub dubio, nihilominus glo. ord. super Matth. dicit, quod cre-  
 denti sunt cum domino in corpore, & anima ascendisse.  
 Beatus autem Tho. 3. parte. quest. 53. art. 3. in solu. ad secun-  
 dum recitat uttanque opinioem, & neutram reprobatur. Pa-  
 tet ergo, quomodo Christi resurrectio probatur testimonio  
 mortuorum.

DVODECIMÒ, & vltimò sepe dicta Christi resurrectio  
 probatur testimonio miraculorum. Legitur enim de quodā  
 monacho habitante Romę in monasterio S. Laurentij extra  
 muros, q̄ cū semel ipsa de die dicte resurrectionis apud se he-  
 sitaret, quoniam pacto ipse Christus clauso sepulcho exire  
 potuisset, subito cōspexit cingulum suum coram se in terra  
 positum nou ruptum, nec solutum. Quo miratē facta est ad  
 eum uox de cęlo dicens. Tanta facilitate exiuit Christus de  
 sepulcho clauso, quanta exiuit cingulum tuum de circumsi-  
 rentia corporis tui. Exiit quo miraculo ille solidatus est in fide  
 resurrectionis dñi nostri Iesu Christi. Sic, & nos illā firmiter,  
 & indubiē credere debemus, maximē cum multiplici testimo-  
 nio probetur, ut ostensum est. Sic. n. illā credendo ad cęlestē  
 tandem perueniemus gloriam. Quam nobis concedat, &c.

*Dominica infra uēta. Paschæ, Sermo primus de epistola.*



M N I, quod natum est ex Deo, uincit mundū.  
 1. Io. 5. Tanta est celebritas uenerabilis diei  
 Paschæ, seu dominicæ resurrectionis, ut eius  
 octauæ generales protendantur usque ad diē  
 Ascensionis, uel secundum alios usq̄ in diem  
 Pentecostes. Vnde in decretis dist. 30. si quis  
 presbyter, & similiter dist. 76. scire deber. dicitur, quod eccle-  
 sia à Paschæ usq̄ ad Pētecosten nō ieiunat, ut gaudiū dñicę re-  
 surrectionis insinuet. Speciales uerò octauæ diei diei san-  
 ctissime protendantur more aliarū octauarū per totam heb-  
 domadā præcedentē, & usq̄ ad pñtē dñicā in clusiuē, ita ut an-  
 tiquitus populus Christianus p̄ dictā totā hebdomadā diuini-  
 uacaret, cessando ab opere manuali, sicut, & cæteris die-  
 bus festis, ut patet de consec. dist. 3. pronuntiandū, ubi sic  
 dicitur. Feriandi sunt isti dies, sanctum Paschæ, cum tota  
 hebdomadā

habemus historiam. 2. Reg. 11. de David, qui cum uidiſſet Berſabec ſe lauante in ſolario domus ſue, quæ erat ex aduerſo domus regie, ſtatim exarſit in concupiſcentiâ illius, & q̄ eſſet pulchra ualde. Propter quod miſiſ nuncijs tulit eam, dormiuitq; cum ea. Ecce quid operatur incautus aſpectus, de quo tamen pauci faciunt ſibi conſcientiâ, niſi preſertim ſequatur effectus, ideſt, carnalis cõmixtio, cum tamen dicat Saluator Matt. 5. Qui uiderit mulierem ad cõcupiſcendum eam. iam mechatus eſt eam in corde ſuo, ideſt, iam mortaliter peccauit, & eſt coram Deo mechus, quantum ad culpam, & reatum, quia ut dicit Iſido. lib. 2. ſoliloquiorum, oculi ſunt prima tela libidinis, mens quoque per oculos capitur. Tolle ergo (inquit) occaſionem peccandi, ſi uiſe eſt fornicatione turus. Hæc ille. Dicat ergo iuſtus ad Dominũ cum propheta David: Auerte oculos meos, ne uideant uanitatẽ, ideſt, mulierem formoſam, quæ nõ eſt aliud, q̄ uanitas citò tranſiens.

**S E C U N D O** contingit hominem impugnari à carne de prope per impudicum ſermonẽ. Et de hoc habemus historiã. Dan. 13. de caſtiſſima Suſanna, quam allicere ad impudiciã laborauerunt duo ſenes proſbyteri per impudicũ ſermonẽ, dicentes ei. Cõmiſcere nobiſcum, nemo enim nõ uidet, & in cõcupiſcentia tui ſumus. O' quot uirgines, & caſtę multiã res proſtratę ſunt per incautũ, & blandũ ſermonem. Item per blandas, & fallaces promiſſiones, nam ut dicit Apoſtolus. 1. ad Cor. 15. Corruptunt bonos mores colloquia praua. Propter quod idem Apoſtolus ad Ephe. 5. admonet, & cautus reddere cupit pudicas mulieres, dicens. Nemo uos ſeducat inanibus uerbis.

**T E R T I O** contingit hominẽ impugnari à carne manu ad manum, ideſt, per impudicũ tactum. Et de hoc habemus historiã. 2. Reg. 13. de Amnon filio David, qui ui oppreſſit fororẽ ſuam. Thamar. Tãlter etiã impugnatus fuit (ſed uon expugnatus) caſtiſſimus ille Ioseph, & hoc à domina ſua uxorẽ Putipharis, quandoquidem apprehenſa extremitate ueſtimenti eius dixit illi. Dormi mecum. Gen. 39. Quinimo dicta mulier impugnavit eum prædictis tribus modis. Primò quidem à longe per incautum aſpectum projiciens, ſiue iaciens oculos ſuos in eum, ut & ipſe uice uerſa iaceret oculos impudicos in ea. Secundò uero de prope per impudicum ſermonem

nam, quando dixit illi etiam bis. Dormi mecum. Tertio autem manu ad manum, qñ apprehendit ueſtimentũ eius, quaſi vim illi inferens. At uerò ille, tanq̄ perfectiſſimus, & caſtiſſimus tot, & tantas tẽtationes, atq; incõtinentię occaſiones, cũ Dei adiutorio uicit, & ſuperauit. O' quis poſſet hodie inuenire unũ ſm Ioseph in toto mundo? Certẽ diſſiciliſimũ foret, ita ut meritò de illo dicere poſſimus illud Eccleſ. 4. Vnus eſt, & ſecundum non habet. Ecce ergo quomodo contingit hominẽ tentari, ſiue impugnari à carne tribus modis.

**S E D** queritur, quõ potest homo preualere contra huiusmodi impugnationẽ carnis? Reſpondetur, q̄ ſex modis. Primò quidẽ per conſiderationẽ diuini aſpectus. Omnia enim nuda ſunt, & aperta oculis dñi, ut hñ ad Hebr. 4. & Eccl. 23. Omnia uidet oculus eius. Vnde Boetius de conſo. lib. 5. proſa. 6. Magna, inquit, uobis eſt (ſi diſſimulare non uultis) neceſſitas iudici probitatis, cum omnia ante oculos agatis iudicis cuncta cernentis. Da exemplum de uxore regis, quæ nunquam ueller commiſſere alteri uiro rege preſente, & uidẽte. A fortiori debemus cauere à pollutione mentis propter præſentiam illius, qui eſt ſponſus animarũ deuotarũ. Secundũ per conſiderationem mortis. Eccl. 7. Fili memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis. Et Hieronym. 3. parte epistolarum ſuarum, epistola. 85. Non faciliẽ, inquit, in peccata labitur, qui ſe moriturum cogitat, & Deum ſibi forcẽ iudicem non ignorat. Tertio per conſiderationem diuinorum iudiciorum, quę fecit Deus de multis luxuriõſis, unde Pſalma. clama ad dominum dicens. Conſige timore tuo carnes meas, à iudicijs enim tuis timui. Item ad Hebr. decimo. tertio. Fornicatores, & adulteros iudicabit Deus. Quarto per conſiderationem ſuppliciorum æternorum. Vnde de talibus loquens Iohan. Apoc. 21. dicit, quòd pars illorum erit in ſtagno ardenti igne, & ſulphure. Quintò per conſiderationem priuationis cęleſtium præmiorum. Vnde ad Gal. 5. Manti feſta ſunt opera carnis, quę ſunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, &c. Deinde ſequitur. Qui talia agunt, regnum Dei non poſſidebunt. Sextò, & ultimò per flagellationem, & caſtigationem carnis. Vnde Eccleſ. 11. Malitia u-nus horũ obliuionem facit luxurię magnę, ideſt, carnis aſſiãtio, quæ eſt malum corporis, ſi per horam uoluntariẽ aſſumatur

assumatur, euacuatur motus libidinis, & memoriâ illius. Ecce quomodo iustus tentatus à carne potest præualere.

**TERTIO** iustus uincit tentationes diaboli per uirtutem humilitatis, iuxta illud Psalm. Custodiens paruulos dominus, id est, humiles, qui sunt paruuli in oculis suis. Humiliatus sum, & liberauit me. In cuius figuram legitur. 1. Reg. 17. quòd Dauid quamuis breuis stature esset, uicit tamen, & prostrauit gigantem Philistæum, cui nomen Goliath erat. Hinc legitur de beato Antonio, quòd cum uidisset semel mundum totaliter laqueis plenum, & præ admiratione quasiuisset, quis illos euadere posset, audiuit uocem de celo dicentem sibi, quòd sola humilitas. Ad propositum mundus laqueis plenus designat multitudinem penè infinitam tentationum diabolicarum, quæ non melius, quam per humilitatem uincuntur. Diabolus enim superbus est, & ideo humilitate uincitur, & superatur. Humilitate quidem reputando se insufficientem absque Dei auxilio resistere cuiuscunque tentationi.

**QUARTO** præter prædicta iustus uincit seipsum, quòd est opus maximum, & omni laude dignissimum, quia ut habetur Prouerb. 16. melior est, qui dominatur animo suo, expugnatore urbium. Multi enim Imperatores, reges, ac principes expugnauerunt inexpugnabilia humano iudicio fortalicia, qui tamen seipos expugnare non nouerunt. Nà ut dicit Sene. epistol. 51. Hannibal armis multos uicit, qui tamen uitæ uictus est. Refert etiam ibi de Alexandro magno, quòd cum fuisset tot populorum, & regnorû uictor, nihilominus iræ, tristitiæque succubuit. Et breuiter, ut dicit idem Sen. lib. 5. de beneficijs, facilius est Barbaras gentes, atque alieni arbitrij impatientes regere, quàm animum suum cõtinere. Multi enim fuerunt, qui gêtes, & populos habuerunt in sua potestate, paucissimi, autem, qui seipos. Propter quòd Diogenes Philosophus fertur de Alexandro Magno dixisse, quòd quamuis expugnasset multas urbes, nihilominus erat seruus serui sui. Nam ipse Diogenes dominabatur per rationem suo appetitui sensitiuo. Alexander autem econtra suo appetitui seruebat. O quàm pauci imitantur Diogenem, & quàm multi insequuntur Alexandrum regem, Hoc uidere est in iracundis, in luxuriosis, in crapulosis, & huius-

huiusmodi. Pater ergo ex dictis, qualiter uir iustus, qui natus est ex Deo per gratiam, uincit carnem, mundum, Diabolum, & seipsum. Et sic pater de primo principali.

**SECUNDO** principaliter in præsentî epistola tangitur efficacia fidei salutaris, cum subditur, hæc est uictoria, quæ uincit mundum, fides nostra.

**NOTANDUM** est autem circa hoc, quòd magna est uirtus fidei. Nam ipsa uincit.

Mundum,	Carnem,	Diabolum,
Tyrannum,	Saxum,	Supplicium.

**PRIMO** igitur fides uincit mundum, ut dicit beatus Petrus in præsentî epistola. Vincere autem mundum est uincere tentationem de auaritia, & cupiditate temporalium, quam ingerit mundus, ut dictum est. Hanc autem tentationem uincit, & superat fides, cum ostendit per sacram scripturam in rebus temporalibus, consistere uanitatem, & nullâ stabilitatem iuxta illud Eccl. 1. Vidi cuncta, quæ fiunt sub sole, & ecce uniuersa uanitas, & afflictio spiritus. Et notanter dicit afflictio spūs, quia reuera temporalia bona, quæ aufert mundus, affligunt spūm hominis tripliciter. Primò in acquiendo, propter nimiam sollicitudinem. Secundò custodiendo, propter nimium timorem, ne, scilicet, perdantur, & furetur. Tertiò in perdendo, siue exponendo, propter nimium dolorem, ita ut hac occasione nonnulli auari, quandoque se occidant, & amentes fiant. Ecce ergo afflictio spūs triplex, quam ingerunt temporalia bona. Et ideo ualde fatuus est, qui laborat nimio studio illa congregare.

**SECUNDO** uincit carnem, id est, carnalem tentationem ponendo ante oculos mentis horrida supplicia inferni, quæ præparauit, & deputauit Deus his, qui sequuntur carnalia desideria, quæ militat aduersus animam. Horrendū, (inquit, Paulus ad Heb. 10.) est incidere in manus Dei iuuenis. Ecce enim idem A post. ad Gala. 5. clamat dicens, quòd opera carnis agunt, ut sunt adulteria, fornicationes, stupra, & similia regnum Dei non possidebunt. Item ad Hebr. 13. clamat dicens, fornicatores, & adulteros iudicabit Deus, scilicet, deputando eos ad æterna supplicia, pro momentanea uoluptate iuxta illud Apoc. 18. Quantum glorificauit se, & in delicijs fuit, tantum date ei tormentum, & luctum.

**TERTIO** fides uincit Diabolum, maximè cum ille tentat de superbia, ipsa enim ponit ante oculos mentis illud, Ecclesiast. 10. Quid superbis terra, & cinis? Et post pauca, Omnis potentatus uita breuis. Item ponit ante oculos mètis illud Iac. 4. Quæ est uita uestra, nisi uapor ad modicum parens? Similiter ipsa fides ponit ante oculos illius, qui tentatur de superbia, iudicium, & iustitiam, quam olim fecit dominus de superbientibus angelis, ut legitur Esa. 14. Item de Pharaone submerso in mari rubro. Exod. 14. Item de Holoferne. Iudith. 13. Item de Aman. Hester. 6. Item de Nabucho donosor. Dan. 4. Item de Antiocho. 2. Macha. 9. Item de Herode Rege, de quo legitur Act. 12. quòd ueste regali indutus sedit pro tribunali, & concionabatur ad populum. Populus autem clamabat. Voces Dei, & non hominis, & confectum percussit cum angelus domini, eò quòd non dedit honorem Deo, & consumptus à uermibus expirauit. Ipsa deniq; fides ponit ante oculos mètis illud sepe repetitum Domini uerbum euangelicum. Omnis, qui se humiliat, exaltabitur, & qui se exaltat, humiliabitur. Item illud diuè uirginis uerbum Lucæ primo. Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles.

**QUARTO** fides uincit tyrannum, sicut patet de sanctis martyribus, qui uirtute fidei uicerunt reges, & principes tyrannos iuxta illud ad Heb. 11. Sancti per fidè uicerunt regna, i. reges, & principes tyrannos, ita ut interdum diceant. Victi sumus, & præ desperatione, atque impatentia, & ira, quandoque in ignè seipos præcipitarent, sicut patet de Rixionaro, Olibrio, & similibus. Alij autem arrepti à demonibus miserabiliter, & horribiliter necati sunt, sicut patet de Decio, qui cruciauit Laurentium, & de Daciano, qui credens uincere ut tormentorum beatum Vincentium, ab eo uictus est, atque tandem miserabiliter interijt. Nec certè solum fides sanctorum uirorum uicit tyrannos, uerum etiam hoc idem frequenter operata est fides sanctarum, & delicatarum uirginum, sicut patet de beata Catharina, quæ Maxentium superauit. Item de beata Barbara in ordine ad patrem suum Dioscorum. Item de beata Lucia in ordine ad Paschasium. Item de beata Cecilia in ordine ad Almachium præfectum Romanum, & sic de multis alijs. Pro-

pter

pter, quòd frequenter in collecta de uirginibus orat ecclesia ad Dominum dicens, Deus, qui inter cætera potentie tue miracula, etiam in sexu fragili martyrij uictoriam contulisti, concede, &c.

**QUINTO** fides uincit saxum, siue quodcunque corpus graue, quantumcunque pòderofum existat, iuxta illud Christi uerbum Mat. 17. Si habueritis fidem, sicut granum sinapis. i. feruentem per charitatem, & dixeris monti huic, transe hinc, transibit, & nihil impossibile erit nobis, quia, ut dicitur Marc. 9. Omnia possibilia sunt credenti. Et quantum ali qui exponant hunc textum de diabolo, qui dicitur mons propter superbiam suam, quæ ascendit semper, & qui per uirtutem fidei eicitur tam à corde, quam ab obfesso corpore, in cuius rei signum omnes conuersiones demonum sùnt in nomine fidei Sanctæ Trinitatis, aut alcius sacri, nihil lomius ad literam non incongruè potest exponi de monte corporali, qui uirtute fidei quandoque mouetur de loco ad locum, quantum expedit saluti intuentium. Vnde refert Dominus Hugo Cardi. in postilla sua, super Mat. de Greg. Thaumaturgo Cesarjensi Episcopo, quod cù ueller edificare basilicam in angulo montis, & esset mons impedito, pernoctauit in oratione. Et ecce mane factus inuentus est mons in tantum separatus de loco proprio, ut liberum haberet spatium ad dictam basilicam construendam. Similiter legitur in uiris patrum de quodam sancto eremita, qui uirtute orationis impetrauit, ut quidam lapis, qui erat in medio horti sui, in quo uolebat seminare olera, penitus remoueretur. Similiter legitur egisse beatus Bernardus. Nec certè mirum, si uiri Dei uirtute orationis, & fidei mouerint ingentia saxa de locis suis, maximè cum legatur de Alexandro magno, prout refert Dominus Anto. in chronica sua, parte. 1. tit. 4. c. 2. §. 10. quòd cum uenisset ad montes Caspios, & ibi inuenisset decem tribus filiorum Israel captiuas, eò quòd recessissent à Deo Israel immolando uittulis aureis, orauit Dominum deum Israel, ut eos fortius ibi includeret. Mira res. Nam finita eius oratione, ecce subito accesserunt ad se inuicè prærupta montium, & sic ibi inclusi manerunt usque in presentè diè. Egre diens tamè inde circa finem mundi, magnam stragem hominum facturi. Quid ergo facturus est

Deus pro fidelibus si tantum fecit pro infideli principe? Patet ergo, quod fœxa obediunt fidei.

**S**EXTO fides uincit supplicium temporale, sicut patet de multis martyribus, qui uirgute fidei armati superauerunt quosque cruciatus, ita ut nil penitus pati uiderentur. Vnde cum Paulus ad Heb. 11. præmississet dicens: Sancti per fidem uicerunt regna, statim subiunxit dicens. Obtulerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugerunt aciem gladij, fortes facti sunt in bello. Practica iuxta illam particulam, extinxerunt impetum ignis, quomodo multe sanctæ uirgines in medio flammarum positæ nil ab eis læsæ sunt. Idem habes de beato Tyburtio ambulante super carbones ignitos, tanquã super flores amenissimos. Legitur etiam de quodam alio martyre, quod quoties inter tormenta nomen Iesu Christi inuocabat, aut se Christianum pronuntiabat, tunc nihil penitus mali sustinebat. Ecce quomodo fides uincit temporalem cruciatum. Et sic patet de secundo principali.

**T**ERTIO principaliter in presenti Epistola tangitur fidei, siue credendorum determinatio specialis, cum subditur. Quis est, qui uincit mundum, nisi qui credit, quod Iesus est filius Dei? Et est sensus, quod ille perfectè uincit mundum contemnendo temporalia bona, & blanditias illius, qui credit, & recognoscit Christum uerum, & naturalem Dei filium elegisse statum paupertatis, iuxta illud. 2. ad Cor. 8. Cum esset diues, propter nos egenus factus est, ut inopia illius diuites essemus. Et ideo talis uult eum in tali contemptu temporalium imitari, & sequi.

**N**OTANDVM est autem circa hoc, quod fides, quam debemus habere de Christo, est, quod ipse est homo perfectus, & uerus Deus. Et hæc duo tangit Iohan. in presenti Epistola, atque similiter probat. Primum quidem probat, quod sit homo perfectus, cum ait: Hic est, qui uenit per aquam, & sanguinẽ Iesus Christus. Ac si apertè diceret. De latere Christi pendens in cruce fluxit sanguis, & aqua. Ergo erat homo uerus, & non phantasticus. Secundò probat, quod sit uerus Deus, cum ait. Et Spiritus Sanctus, supple, est, qui testificatur, quoniam Christus est ueritas, idest, uerus Deus. Hæc autem testificatio tunc facta est, quando in ipsius Christi baptismo descendit ipse Spiritus Sanctus in corporali specie, sicut columba in ipsum,

sum, ut legitur Luc. 3. Rursum idem Iohannes probat eundem Christum esse uerum Deum, & hoc testimonio celesti, cum ait. Tres sunt, qui testimonium dant in celo, scilicet, de diuinitate Christi, scilicet Pater, Filius, & Spiritus Sanctus. Et hoc similiter impletum est in eius baptismo, atque transfiguratione. Nam utrobique vox patris intonuit dicens. Hic est filius meus, &c. Ipse filius in assumpta humanitate apparuit: Denique Spiritus Sanctus in specie columbe uisus est. Ecce testimonium triplex celeste. Secundò Iohan. probat eundem Christum esse uerum hominem testimonio terrestri, cum ait. Et tres sunt, qui testimonium dant in terra, scilicet, de dicta, & uera Christi humanitate, & hi sunt spiritus, aqua, & sanguis. Spiritus enim, idest, anima Christi dedit testimonium in sua passione, quod ipse esset uerus homo. Et hoc quidem, quando inclinato capite tradidit spiritum, more, sup. aliorum hominum. Item aqua, quam effudit idem Christus, tum stendo super ciuitatẽ Hierusalem ex compassione, tum stendo in Lazari suscitatione, tum orando pro suis crucifixoribus, & inimicis in sua passione. Hęc, in quam, aqua lachrymarum dedit testimonium de eo, quod ipse esset uerus homo. Similiter sanguis, quem ipse effudit, tum in orto in oratione, tum in flagellatione, tum in coronatione, tum in crucifixione, tum in lateris apertione: Hic, inquam, sanguis sic effusus dedit testimonium de eo, quod ipse esset uerus homo. Ecce ergo qualiter spiritus, sanguis, & aqua dederunt testimonium in terra de ueritate humanitatis Christi.

**M**ORALITER. Tres sunt partes penitentię, quæ sunt cordis contritio, oris confessio, operis satisfactio, quæ testimonium dant in celo, idest, apud Deum de futura salute uerorũ penitentium, uel qua ueniunt de celo, idest, à Deo, iuxta illud Iaco. 1. Omne datum optimũ, & omne donũ perfectũ desursum est, descendens à patre luminũ. Et ideo ipse dator orandum est, ut uelit hæc tria nobis efficaciter dare. Et hæc tres, supple, penitentię partes, unum sunt, supple, integrum, & perfectum sacramentum. Si ergo uelimus tandem probare nos esse hæredes Dei, & cohæredes Iesu Christi, perfectò oportet tria prædicta testimonium dare pro nobis, scilicet, quod fuimus uerè contriti, & confessi de peccatis commissis, & similiter, quod condignè satisfacimus. Et tunc in ore trium testium stabit omne uerbum. Deute. 17.

**MORALITER.** Tres qui dant testimonium in terra, sunt concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia uitæ. Et meritò hæc tria dicuntur esse in terra, quia ut habetur. 1. Iohan. 2. Omnes, quod est in mundo, aut est concupiscentia, &c. Hæc ergo tria dant testimonium de iusta damnatione peccatoris auari, luxuriosi, & superbi, ita ut quilibet talis meritò possit dicere illud Iohan. 10. Opera, quæ ego facio, ipsa testimonium perhibent de me, scilicet, quod meritò debeam damnari. Cauemus ergo charissimi, ne tandem in extremo Dei iudicio habeamus hos tres testes contra nos. Sed potius studeamus habere priores testes pro nobis, scilicet, contritionem, confessionem, satisfactionem. Sic enim tandem perueniemus ad celestem gloriam. Quam nobis concedat, &c.

*Dominica in octa. Pascha, Sermo secundus de Euangelio.*



**V**M serò factum esset die illo, &c. Iohan. 20. Pro introductione presentis sermonis mouetur questio talis. Quare presens dnica intitulatur tribus nominibus, uidelicet in octauis Pasche, in albis, & Quasimodò? Respondetur, quod hoc fit conuenienter, sicut patet induciunt.

**PRIMÒ** igitur conuenienter uocatur in octauis Pasche, eò quòd Ecclesia hæc die recolit sollemniter octauas diei Pasche. Si enim in ceteris festis habentibus octauas recolatur, cum quadam sollemnitate dies octaua, ut satis constat, quanto magis octaua dies Dominiæ Resurrectionis sollemniter est celebranda? ut dictum est in principio præcedentis sermonis.

**S ECUNDO** conuenienter presens dies uocatur Dominica in albis, & hoc propter quatuor rationes conformiter ad quatuor sensus Sacre Scripturæ.

**PRIMA** igitur ratio est literalis, eò. sc. quod communiter circa hæc dnica arbores, plantæ, & uirgulta suos flores produciunt, ut experientia docet. Et hoc est, quod canit Ecclesia in hymno Paschali dicens. Dies uenit, dies tua, in qua resistent omnia.

**S ECUNDA** ratio est moralis. Nam præcedentibus diebus uirtute sacramentorum Ecclesiæ, que suscepimus, uidelicet, penitentia, & sacramenti altaris, dealbatæ sunt conscientie nostræ. In signum ergo, quod debemus semper perseuerare in tali dealbat

tione,

tionem, & signantur in istis diebus Paschalibus, conuenienter prædictum nomen in albis sortitur hæc dnica. Hinc est, quod anima deuota Can. 5. loquitur dicens. Laui pedes meos, quomodo iterum inquinabo eos? Ac si aperta dicat: Valde indecens esset, quod post tantam dealbationem, & nitorem, iterum redirem ad uomitum. Practica, quomodo penitens lauat pedes suos, id est, prauos affectus aqua lachrymarum, & concupiscentie cordialis, de qua loquitur Psal. dicens: Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam. Similiter ad propositum loquitur anima deuota, ubi supra dicit: Expoliavi me tunica mea. fuerem hominem à me abiiciendo, cum actibus suis, quomodo induar illam? scilicet, ad uomitum redeundo. Nā qui aliter facit, assimilatur cani Prou. 26. ubi sic dicitur: Sicut canis, qui reuertitur ad uomitum suum, sic imprudens, qui iterat stultitiam suam. Itē talis assimilatur sui. 2. Pet. 2. ubi sic dicitur: Sus lota in uolubro luti. sic, supple, est de illo, qui redit ad uomitum. Vnde, ut dicitur ubi supra: Melius erat illis, scilicet, redeuntibus ad uomitum, non cognoscere uiam iustitiæ, quam post agnitionem retrorsum conuertere ab eo, quod illis traditum est sancto mandato. Et sic patet de secunda ratione.

**TERTIA** ratio est allegorialis, siue mystica. Nam in primitiua Ecclesia tantum ibi in anno dabatur publicæ, & sollemniter sacramentum baptismi. Sin uigilia Pasche, & in uigilia Pentecostes, ut expressè habet de cõse. dist. 4. non ratione, itē in plerisque capitulis ibidem subsequenteribus, uisibilis minus, quoties occurrebat casus necessitatis, tunc indilatè dabatur ipse baptismus, ut cauetur de cõse. dist. 3. celebratè. Qui autē sic sollemniter baptizabant in Paschate, suscipiebant de manu sacerdotis ueste candida, siue chrismale, quod deferabatur per totam hebdomadam Pasche, & tandē dnica sequenti, qualis est presens deponebatur ab illis huiusmodi chrismale. Propter ergo huiusmodi ordinatio est, siue consuetudine hæc dnica uisitato uocabulo appellata est usque, in hodiernum diē dominica in albis.

**QUARTA** ratio est analogicalis. Nā ista dnica, quæ est octaua Pasche, presfiguratur nobis statum futuræ resurrectionis generalis, in qua corpora electorum erunt pura, munda, immaculata, & tanquam dealbata, dicitur dnico Apoc. 3. Ambulabunt mecum in albis, quoniam digni sunt. Ecce quare uocatur presens dnica in albis. Et sic patet de secundo nomine huius diei.



**TERTIO** præfens dies uocatur dominica de Quasi modo. Et huius nominis duplex ratio. Prima quidè literalis, ed, scilicet, quòd introitus missæ incipit per Quasi modò. Nam apud multos dominicæ currentes à Pascha usque ad Ascensionem fortiuntur nomina sua ab introitu missarum, ita ut præfens uocetur dominica de Quasi modò. Sequens uerò dominica de Misericordia. Tertia autem dominica de Iubilante, & sic de alijs. Secunda autem ratio est moralis, uidelicet, in signum, quòd debemus esse interius, quasi modò geniti per uitam munditiam, & doli carentiam, non autem per ignorantiam. Quinimo debemus esse rationabiles, idest, ratione utentes, ut, scilicet, cognoscamus, quæ sunt credenda, quæ agenda, quæ fugienda, quæ appetenda, & huiusmodi. Nam ad hoc nos admonet beatus Petrus in epistola dici præcedentis, ita dicens. Charissimi, deponentes omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationes, & inuidias, & omnes detractiones, sicut modò geniti infantes, rationabiles, sine dolo, lac concupiscite, ut in eo crescatis in salutem, si tamen gultis, quoniam dulcis est dominus. Ecce ergo quare præfens dominica uocatur tribus nominibus prædictis.

In præfenti sermone tractandum est de euangelio hodierno in, quo de tribus principaliter fit mentio uidelicet.

De Christi mirabili apparitione, in principio euangelij.

De Thomæ pertinaci responsione, ibi.

Nisi uidero, &c.

De eiusdem ad fidem reductione, ibi.

Infer digitum, &c.

**PRIMO** igitur fit mentio de Christi, &c. Quia cum serò esset, die illo una sabbatorum, & fores essent clausæ, ubi erant discipuli congregati propter metum Iudeorum, uenit Iesus, & stetit, &c. Et nota, quòd ly die illo, referendum est ad diem dominicæ resurrectionis, quæ facta est prima die post sabbatum, quam uocamus diem dominicam. Nam tali die apparuit Christus quinquies. Primò quidè Mariæ Magdalene, prout de ea canit ecclesia in hymno festi eiusdem dicentis. Surgente cū uictoria Iesum uidet ab inferis, prima meretur gaudia, quæ plus ardebat cæteris. Hoc etiam testatur Marcus. 16. dicens. Surgens Iesus mane prima sabbati apparuit primò Mariæ Magdalene, de qua eiecerat septem demonia.

Hoc

Hoc autem fuit, quado illi stenti ad monumentum apparuit Christus in specie hortulani dicens ei. Mulier, quæ tu uocaueris eam nomine proprio dicens. Mariæ. Quæ recognouit eum dicens. Rabboni. Secundò uerò eidem Mariæ Magdalene presentibus alijs duabus Marijs, scilicet, Mariæ Cleopæ, & Salome. Hoc autem fuit, quoniam illis redeuntibus de monumento, in quo inuenerant Angelum dicentem illis. Num queritis Nazarenū crucifixū surrexit, nō est hic, occurrit uobis. Iosephus Christus dicit. Aucte. Ad quæ cum accessissent, tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum, ut legitur Mat. 28. Tertio autem apparuit duobus discipulis euntibus in Emaus, & hoc in specie peregrini. Lucæ. vigesimo quarto. Quarto deniq; Petro, quāuis nesciatur quando, quomodo, aut ubi. Vnum tamen pro certo habemus, quòd apparuit Simoni, ut habetur ubi supra. Quintò, & postremò apparuit decem Apostolis in unum congregatis, & hoc absente Thoma, ut legitur in principio euangelij hodierni. Hæ sunt quinque apparitiones domini factæ in die suæ gloriose resurrectionis.

**QUARTO** circa hoc, quare toties, & talibus modis uoluit apparere ipse Christus ipso die suæ resurrectionis Responderetur ad hoc, quòd propter tres rationes.

Prima est literalis.

Secunda moralis.

Tertia mysticalis.

**PRIMA** igitur ratio est literalis, ut, scilicet, certius, & pluribus modis probaret ueritatem suæ resurrectionis. Si enim in ore duorum, uel trium testium debeat fides adhiberi, ut habetur Deut. 19. quanto magis credendum est tot, & tantis fide dignis, etiam utriusq; sexus testibus, de quibus uisum est, & quibus apparuit Christus? Quòd si dicat testimonium mulierum esse inualidū, ut notatur. 15. q. 3. quasi per totum. ubi è ad hoc propositū probandum allegantur multa iura ciuilia, ut patet intuenti textū, responderetur ad hoc, quod in materia fidei testimonij mulierū recipiendum est, ut patet ubi supra. ca. de crimine. In propositio autem est questio de maxima, & præcipua materia fidei. Et ideo testimonium mulierum probatum, & in nullo suspectatum est pro uero recipiendum circa materiam subiectam.

SECUNDA ratio est moralis. Prædictæ nempe apparitiones corporales Christi designant apparitiones spirituales, quibus ipse apparet interius in conscientia per gratiam certis generibus hominum. Prima nempe apparitio facta Mariæ Magdalena designat illam apparitionem spirituales, quæ fit per gratiam ueris pœnitentibus, qui rectè designantur per Mariam, quæ mare amarum interpretatur. Nã, & ipsi sunt mare amarum per dolorem, quem habent in cordibus suis de peccatis suis, prout admonet eos scriptura Hierem. dicens. Scito, & uide, quia malum, & amarum est dereliquisse te dominum Deum. Secunda apparitio facta tribus Marijs in unum congregatis designat, quodd dominus apparet per gratiam omnibus rectè credentibus Deum esse trinum, & unum. In cuius etiam rei signum ipse Christus transfuratus est ante tres Apostolos, Petrum, scilicet, Iacobum, & Iohannem. Matth. 17. Tertia apparitio facta duobus discipulis eantibus in Emaus designat, quodd dominus apparet illis per gratiam, qui obseruant duo illa mandata, in quibus tota lex pender, & Prophetæ, quorum primum est dilectione Dei super omnia, secundum uerò de dilectione proximi instar sui ipsius, ut patet Matth. vigesimosecundo. Quarta apparitio facta decem Apostolis designat, quodd dominus apparet per gratiam illis, qui obseruant mandata decalogi, iuxta illud Matth. decimonono. Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. In cuius etiam rei signum ipse apparuit Moyse in caligine, quando dedit illi primò huiusmodi præcepta, ut patet. Exod. vigesimo. Quinta apparitio facta Petro, quæ incerta est nobis, quantum ad locum, & tempus, ut dictum est, designat, quodd apparitio domini per gratiam est nobis incerta, & incuidens, iuxta illud Iob. 9. Si uenerit ad me, non uidebo eum. Si non abierit, non intelligam. Item Iohan 3. Spiritus ubi uult spirat, & uocem eius audis, sed nescis, unde ueniat, aut quò uadat. Ex quo patet, quodd homo nescit accessum Dei ad se per gratiam, aut recessum per culpam, quia ut habetur Eccl. 9. nescit homo, an odio, uel amore dignus sit. Patet ergo, quid spiritualiter designet prædictæ quinque Christi apparitiones.

TERTIA ratio dictarum Christi apparitionum est my-

PRIMA enim apparitio referenda est ad apparitionem Dei ante peccatum, scilicet, durante statu innocentia. Tunc enim temporis apparuit dominus primo parenti in fundatione ei notitiam omnium rerum necessariarum ad gubernationem uitæ humanæ secundum illum statum, siue huiusmodi res essent naturales, siue supernaturales. Alia uerò, quæ nec naturali studio cognosci possunt, nec sunt necessaria ad gubernationem uitæ humanæ, primus homo non cognoscit, sicut sunt futura contingentia, cogitationes hominum, & quædam singularia, puta quot lapides iaceant in flumine, & similia. Hæc ex beato Thom. 1. prima par. quæst. 95. artic. 3. Confirmantur hæc omnia per illum textum Gene. 2. ubi dicitur, quodd ipse Adam imposuit nomina animalibus, nomina autem debent congruere rebus. Ex quo concluditur, quodd ipse sciuit naturales uirtutes omnium animalum, & pari ratione habuit omnium aliarum rerum scientiam per infusionem.

SECUNDA apparitio referenda est ad apparitionem Dei post peccatum, scilicet, in lege nature. Nam tunc apparebat dominus sanctis Patriarchis in figuris, siue sub umbra figurarum, sicut patet de uellere Gedeonis. Iudicum. 6. Item de rubo ardenti ostenso Moyse. Exod. tertio. & sic de alijs.

TERTIA apparitio Christi referenda est ad illam Dei apparitionem, quæ facta est sanctis Prophetis in lege scripta, sicut patet de prædicto Moyse, de quo loquens ipse dominus ad Aaron fratrem suum Num. 12. ait. Ore ad os loquor ei. Palam, & non per enigmata, & figuras Deus uidet. Ille tamen modus uidentium Deum fuit singularis, quo ad ipsum Moysem, & hoc quo ad Prophetas, quorum nullus taliter uidit Deum. Uide ubi sup. præmisit sic dominus dicens. Audite sermones meos. Siquis fuerit inter uos Propheta domini, in uisione apparebo ei, uel per somnium loquar ad eum. At non talis seruus meus Moyse, qui in omni domo mea fidelissimus est. Deinde sequitur. Ore ad os loquor ei, &c. Omnibus ergo Prophetis apparuit dominus in fundendo prophetiæ spiritum, sed non taliter, qualiter ipsi Moyse. Propter quod eximius Prophetarum appellatur, ut patet Deut. trigessimotertio, ubi de eo dicitur, quod non surrexit propheta

propheta ultra in Israel, sicut Moyses, quem nosset dominus facie, ad faciem.

QUARTA apparitio Christi referenda est ad illam ipsius uisibilem, & manifestam apparitionem, quæ facta est in lege gratiæ, quando, scilicet, habitu inuentus est, ut homo. Nam ut de eo ante prophetatum fuerat Baruch. 3. Post hæc in terris uisus est, & cum hominibus conuersatus est. Apparuit ergo Christus in carne passibili, ante passionem, & atque in carne impassibili post suam gloriosam resurrectionem. ad Rom. 6. Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur.

QUINTA, & ultima eiusdem Christi apparitio nondum facta est, sed expectatur in fine sæculorum, de qua Lucæ. 21. Tunc uidebunt filium hominis uenientem in nube cum potestate magna, & maiestate. Et hæc apparitio designatur per apparitionem factam Petro, quia sicut illa est nobis incerta, quantum ad tempus, sic & ista, iuxta illud Matth. 25. Vigilate, quia nescitis diem, neque horam. Practica. qualiter talis apparitio erit terribilis reprobis, ita ut dicturi sint illud Sapient. 2. Grauis est nobis etiam ad uidentium. Item dicitur montibus. Operite nos, & collibus cadite super nos, ut habetur Osee. 10. Apocal. autem. 6. sic legitur. Dicunt montibus, & petris, cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ab ira agni, quoniam uenit dies magnus ire ipsorum, & quis poterit stare? Hæc ibi. Patet ergo diffusè, quid mysticè designent quinque Christi apparitiones prædictæ, quæ factæ sunt in die sancto Paschæ. Multa essent circa hanc primam partem euangelij hodierni dicenda, sed remitto lectorem ad tractatum de expositione euangeliorum quadragesimalium in sermone præsentis domini cæ. Et sic patet de primo.

SECUNDÒ principaliter in præsentis euangelio fit mōtio de Thomæ pertinacis responsione. Hic enim non erat cum alijs decem apostolis, cum apparuit illis Iesus. Cū ergo ad sanctum collegium rediisset, & illi referrent, qualiter ipsis paulo ante apparuisset dominus, ille eis credere noluit, sed pertinacis animo ait. Nisi uidero in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in loca clauorū, & mittam manum meam in latus eius, non credam. Ille ergo disci-

pulus multipliciter errauit. Tum primò, quia testibus fide dignis, & qui plures erant, non credidit. Tum secundò, quia diu in errore perseverauit, uidelicet, per dies octo. Tum tertio, quia de his, qui immediate fidei subiacerent, sensationem, & experientiam habere uoluit. Tum quartò, quia de talibus pleribus modis certificari sensibilibus uoluit. Primò quidem per sensum uisus, cum ait. Nisi uidero in manibus eius fixuram clauorum, non credam. Secundò nero per sensum tactus. Et hoc iterum dupliciter. Primò quidem per tactum digiti, quo ad loca clauorum. In quo etiam excessit, quia non sufficebat ei ad credendum uelle tangere unum locum clauorum, sed uoluit digitum suum mittere ad singula loca. Secundò uerò per tactum manus, quo ad latus ipsius Christi, cum ait. Et mittam manū meā in latus eius, non credam. Ecce in quantis excessit pauper Thomas. Qui si postea ad rectam fidem non rediisset, & de præcedenti infidelitate non penituisset, tandem aternaliter perisset.

MORALITER. Ex prædictis patet, quàm malū, & damnable sit se absentare à societate sanctorū uirorū, & uello singulariter incedere, nisi forsitan quis traheretur à spū sancto ad uitam solitariam, sicut de multis sanctis patribus legimus. Aliàs relinquere sanctā societate ualde periculosum est. Hoc autem probatur quintupliciter, uidelicet.

Authoritate,	Ratione,	Figura,
Similitudine,	Exemplo.	

PRIMÒ quidem autoritate. Ecclesi. 4. Melius, inquit, sapiens, est duos esse, quàm unum. Habent enim emolumentum societatis sue. Quod autē sit illud emolumentū fraternæ cōiōnis, ostendit dñs Matth. 17. cum ait. Vbi sunt duo, uel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Item in psal. Ecce, quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in unum. Secundum emolumentum est id, quod sequitur. Si unus ceciderit, i. ad casum tentatus titubauerit, ab altero succietur, scilicet, consilio, & consolatione, & oratione, ne cadat, quia ut habetur Proverb. 18. Frater, qui uiuaf à fratre, quasi ciuitas firma. Vt soli, i. singulari, quia cū ceciderit, i. cadere paratus fuerit, non habet subleuantē se, s. ipsum consolando, uel consiliū dando, uel pro eo orando.

Tertium

Tertium emolumentum est id, quod sequitur. Et si dormierint duo simul, fovebuntur, mutū dō, se consolando, uel cōsulendo. Vnus. i. solitarius, quō calefit? supple, per se, cum sit frigidus, & solus. Quartum emolumentum est id, quod sequitur. Et si quispiam preualuerit contra unū, duo resistūt, scilicet, simul orantes, & se inuicem consolantes,

**S E C V N D O** probatur idem intentum rōne sic. Homo communiter indiget instructione, & correctione, eo q̄ ualde pauci sunt, qui oīa agenda, & fugienda nouerint. Sic est autē, q̄ ille, qui solitariē incedit relinquēs sanctā societate, non habet, qui eum informer de agendis, aut fugiendis, aut qui eum deficientem, siue errantē corrigat, qui in duo faciliē assequitur, qui sanctam societatem sequitur, igitur, &c. Quōd si in contrarium obiciatur ex uerbis August. lib. de operibus monachorum, dicentis illos sanctiores esse, qui à conspectu hōiū separati nulli ad se prēbent accessum, uiuentes in magna intentione orationum, responderetur hoc esse intelligendum de illis contēplatiuis, qui iā ad perfectū p̄uenerunt, siue per laudabile, & longum exercitium uirtuosorum actū, aut ex solo diuino munere, sicut patet de beato Iohan. Baptista, qui fuit repletus spiritu sancto adhuc ex utero matris suæ. Vnde cum adhuc puer esset, erat in desertis habitās, ut legit̄ apud Luc. Modō ualde admodum pauci sunt super terram, qui sint perfecti? uel etiam, quod minus est, qui ad perfectionem tendant. Ex quibus omnibus relinquatur, quōd magis expedit communitari fidelium, siue sint claustrales, siue in sæculo uiuentes, sequi societatem bonorum, quā solitariē incedere. Propter quod dicit Philo sophus primo Politicorum, quōd homo alijs non cōiciens, aut bestia est, aut Deus, i. uir diuinus, utpote, uirtutē habēs in gradu Heroico. i. perfecto, quod paucorum est, ut dictū est. De hoc uidebūt Thom. 2. 2. q. penul. art. 8. ubi querit, utrum perfectior sit religio in societate uiuentium, quā uitam solitariam agentium.

**T E R T I O** probatur intentum per figuram. Legit̄ eū Act. 2. q̄ omnes Christi apostoli erāt pariter in eodem loco, quando receperunt uisibiliter sp̄m sanctum. Per quod innuatur, quantum placeat eidem sp̄i sancto habitare in sc̄tā societate. De ipso etiam beato Thom. Apost. non legit̄, q̄ ui-

derit Christum, nisi in sancta societate contrarum suorum Apostolorum existens, ut habetur in presenti euangelio.

**Q V A R T O** probatur intentum per similitudinem de ci conijs, de quibus refert Plin. in naturali historia lib. 10. cap. 23. quod inticulatur de gruibus, & ciconijs, dicens, quōd cum uolunt transire de regione calida in frigidam, tūc coueniunt in quadam maxima planitie, quæ est in Asia, & tunc quæ nouissima uenit, lacerat̄ ab alijs in penā. Si ergo aues celi ratione carentes sumunt ultionem de cōsodalī negligente sequi communem societatem altarū, quāto grauius plēctendi sunt pœna saltem in foro Dei illi, qui spernunt societate iustorum, & proborū uirorū, uolentes ex quadā superbia, & arrogancia singulares apparere, ita ut singillatim uideantur cum Phariseo dicere. Non sum, sicut ceteri hominum. Luc. 18.

**Q V I N T O** probatur p̄dictum intentum tali exemplo. Legitur eū in Dialogo Grego. lib. 2. de quodam discipulo beati Benedicti reuente in monasterio cum ceteris fratribus habitare. Cumq; uir Dei Benedictus eū sepe monuisset ad perseverandum in sancta societate aliorum fratrum, & ille oīno hoc facere nollet: tandem uir Dei contra eū iratus iussit, ut inde recederet. Qui mox ut monasteriū exiuit, inuenit draconē uenientem contra se aperto ore, quasi eum deuorare uolentem. Quem ille cernens, & tremens cepit magnis clamoribus dicere. Succurrite fratres, succurrite, quia draco iste uult me demorare. At illi currentes, draconem minime inuenierunt, ipsumque monachum trepidantē, atq; palpitantem ad monasterium reducerunt. Qui statim promisit se nunquam inde recessurum. Quod & factum est.

Paret ergo, quā malum est uelle à sancta societate recedere, & per oppositum, quā bonum, & salutare sit eū bonis, & in sc̄tā societate uelle permanere. Hoc eū prodest tripliciter. Primō quidē ad exemplum rectē uiuendi, & bonæ uitæ. Vnde Senec. ad Lucilium epist. 5. Cum illis, inquit, conuersare, qui te meliorē facturi sunt. Nam ut dicit Amb. lib. de Bono Mortis. cap. 9. Assiduitate, atque imitatione quædam imago similitudinis formatur. Vnde legitur in uitas patrum, quōd quidam interrogauit abbatem dicens. Quid faciam anime mee, quia insensibilis facta est, & non

timet Deum? Ad quem pater: Vade, & iungere homini timere Deum, & cum illi inhaeris, doceberis & tu timere Deum. Secundò permanere cum bonis ualeat ad euitandum Dei iudicium, & iram, etiam esto, quòd taliter permanens sit in se malus. In cuius rei signum legitur Gen. 18. quòd Dominus dixit ad Abraham, q̄ paratus erat parcere Sodomitis, si in eorum societate inuenti fuissent decem iusti iusti. Tertiò dicta cohabitatio prodest ad uitandum multa mala, quae aliàs committerentur. Non enim ita effrenatè, & passim solent mali in praesentia bonorum peccare, sicut aliàs. Nam sepe ex eorum praesentia erubescunt mala agere, aut forsitan ab eis reprehendi, & confundi.

**MORALITER.** Notandum iuxta illud uerbum praesentis Euangelij. Et post dies octo, quòd sicut Christus post dies octo à die suae resurrectionis apparuit corporaliter, & uisibiliter Thomae, ita post dies octo apparet spiritualiter, & inuisibiliter per gratiam animae ueraciter poenitenti.

**PRIMVS** igitur dies uocatur scandalum seculi. Cum enim quis uidet peccatum suum deuenisse ad aliorum notitiam, sepe inde tristatur, & cessat à peccato. Vnde ad hoc propositum potest rectè intelligi illud Christi uerbum Mat. 18. Necesse est, ut ueniant scandala.

**SECUNDVS** dies uocatur pudor commissi. Cum enim quis considerat, quàm sedum, & abominabile sit peccatū, quòd comisit, tunc sepe retrahitur ab eo. Et istud potissimè habet uerum de peccatis carnalibus, de quorum quolibet rectè pòt intelligi illud Nahum. 3. Omnis, qui uiderit te, resiliat à te.

**TERTIVS** dies uocatur horror inferni, siue aeternalis supplicij. Cum enim quis considerat poenas infernales grauissimas, & horribiles, quas peccando incurrit, tunc sepe peccare desistit. Momentaneum (inquit Gregorius) est, quòd delectat, sed aeternum, quòd cruciat. Et in Psal. Cōuertantur peccatores in infernū, oēs gentes, quae obliuiscuntur Deum.

**QUARTVS** dies uocatur timor diuini iudicij. Cū enim quis diligenter considerat, qualiter in die iudicij peccata singulorum, etiam quantumcunq; occulta, & secreta, manifestabuntur coram omnibus ad perpetuam confusionem, & damnationem ipsorum peccatorum, tunc resiliat à malo, iuxta illud Ecclesia. 7. Memorare nouissima tua, & in aeternum

num non peccabis. Vnde per hunc modum tractus est ad poenitentiam rex Dauid post homicidium, & adulterium perpetratum, ita ut diceret ad dominum. A iudicijis tuis domine timui, & ideo feci iudicium, & iustitiam, sup. de misso, me affligendo, ne tu me affligeres in alio seculo. Ideo, subdit. Non tradis me calumniantibus me. Hinc rectè Prou. 15. dicitur. Per timorem domini declinat omnis à malo.

**QUINTVS** dies uocatur afflictio corporalis. Vnde Gregorius. Mala, quae nos hic premunt, ad Deum ire compellunt. Et in psalm. Imple facies eorum, scilicet, peccatorum ignominia, & quaerent nomen tuum domine.

**SEXTVS** dies uocatur incertitudo mortis. Cum enim quis considerat, quòd nihil certius morte, sed nihil incertius hora mortis, & quòd in quali statu quis tunc inuentus fuerit, in tali iudicabitur, tunc mouetur ad poenitentiam, iuxta id, quòd admonet ecclesia pauperes peccatores, dicens. Emendemus in melius, quae ignoranter peccauimus, ne subitò praecipuati die mortis, quaeramus spatium poenitentiae, & inuenire non possimus. Et Ecclesiast. 5. Ne tardes conuerti ad dominum, & ne differas de die in diem, subitò enim ueniet ira eius, &c.

**SEPTIMVS** dies uocatur cordis attritio. Est autem attritio secundum Theologos dolor de peccatis, sed imperfectus. Vnde dicitur ab altero. Est autem atterere aliquid in grossas partes diuidere. Post ergo septem dies praedictos non apparet, nec uenit Christus in animam, quia stat, quòd aliquis habeat haec omnia septem, quae dicta sunt, & tamen non habeat gratiam, nec charitatem.

**OCTAUVS** ergo dies uocatur cordialis contritio. Est autem cordialis contritio dolor de peccatis uoluntariè assumptus propter Deum cum spe uenienae, & proposito confitendi, & satisfaciendi tempore, & loco debitus. Est autem huiusmodi contritio semper gratia informata, quia, ut dicit doctor sanctus. 1. 2. q. 113. ar. 8. ad iustificationem impij quaeritur requiruntur. Primum est infusio gratiae. Secundum est motus liberi arbitrij in Deum, ipsum super oia diligendo. Tertium est motus eiusdè liberi arbitrij in peccatum, ipsum super omnia detestando. Quartum est remissio culpe. Haec tamen omnia simul tempore sunt, quinimo in eodem instanti.

**A**nti. Talis ergo prioritas, aut posterioritas tantum attenditur secundum ordinem nature. Ecce quomodo post dies octo, id est, post octo, quæ dicta sunt, uenit Christus spiritua liter in animam penitentem, dando illi pacem conscientie, quia in pace factus est locus eius, scilicet, Christi. Et sic patet diffusè de secundo principali.

**T**ERTIO principaliter in hodierno euangelio fit mentio de Apostoli Thomæ ad fidem reductione, cum ait illi Christus. Infer digitum tuum huc, & cæc. Qui cum ita fecisset, mox exclamauit dicens, Dominus meus, & Deus meus. Quod autem Thomas non solum uiderit latus Christi apertum, uerumetiam digitum suum in ipsum intulerit, probat Thomas tertia parte quæst. 54. articul. decimo. in solut. ad secundum, allegando uerbum Leonis Papæ dicitis, quod sufficiebat Thomæ ad fidem propriam vulnera Christi uidisse, sed nobis operatus est, ut tangeret, quem uidebat. Meritò ergo tunc dicere potuit Apostolus Thomas illud Psalm. Credidi, propter quod locutus sum, (supp. dicendo. Dominus meus, & Deus meus. Cuius etiam fidem mox approbauit ipse Christus, cum ait. Quia uidisti me Thomas, credidisti. Ecce Thomæ ad fidem reductio. Cur autem potius Christus postquam resurrexit à mortuis, per miserit se tangi ab Apostolo Thoma, quam à penitente Magdarena, cui ait. Noli me tangere, habes huius solutionem in fine expositionis nostræ super euangelia quadragesimalia. Tandem in fine euangelij inuitat nos Christus ad rectam fidem pollicendo futuram beatitudinem, cum ait. Beati, qui non uiderunt, & crediderunt. Beati, inquam, in spe in presenti, & tandem in re in futuro. Deprecemur igitur charissimi patrem cœlestem (ut orat ecclesia in collecta de eodem Apostolo) quatenus eiusdem Apostoli fidem congrua deuotione sectemur, ut tandem post eum ad cœlestem gloriam peruenire mereamur. Præstante domino nostro Iesu Christo, qui cum patre, & spiritu sancto uiuit, & regnat. Amen.

*Dominica prima post octauas Pasche, Sermo primus de epistola.*



**H**RISTVS passus est pro nobis, uobis relinquens exemplum. 1. Petri. 2. Teste Seneca ad Lucilium Epist. 9. opus est aliquo, ad quæ mores nostri seiplos erigant. Nisi enim ad regulam praua non corriges. Hæc ille. Nec certè aliquid inuenire possumus, à quo tot exempla virtutum haurire ualeamus, qualis est magister noster Christus. Nam huiusmodi uirtutum exempla, quæ particulatim in alijs uiris sanctis reperimus, omnia, & singula in Christo reperire est, etiam abundantius, & copiosius. Etenim ait Isido. lib. 2. de sum. bo. ca. 11. in Abraham habemus exemplum obedientie, in hoc, quod uolens obedire diuini iussioni parauit se ad immolandū unicū filium suum, quem diligebat Isaac. Gen. 32. In ipso Isaac exemplū patientiæ, qui permisit se à patre suo alligari, & super struem lignorum ab eodem iactari, ut sic Domino immolaretur, ut habetur ibidem. In Iacob exemplū tolerantie, utpote, qui multa perpeffus est iniuriæ, tum à fratre suo Esau queŕete eū occidere, tum ab auunculo suo Laban mercedē suam ter mutante. In Ioseph exemplum castimonie, quippe, qui reuinit prophanare thorum Domini sui Putipharis. Gen. 39. In Moysē exemplū mansuetudinis, de quo legitur. Num. 12. quod erat uir mitissimus super omnes homines, qui morabantur in terra. In Samuele exemplum pietatis, qui luxit Saul, uident, quod pœniteret Dominum constituisse eum regē super Israel, & hoc propter inobedientiam suam, ut habetur. 1. Reg. 15. In Dauid exemplū misericordiæ, utpote, qui misericordiā fecit cum Saul: cum tamen sepe potuisset eum occidere. Item in Semei, qui illi iniuriabatur. 1. Reg. 16. In Daniele exemplū abstinentie, qui stetit in lacu leonum sex diebus absque omni cibo. Eiusdē. 14. Similiter de eo legitur Eiusdē. 1. quod leguminibus pro cibo utebatur, & aqua pro potu. Ecce qualiter prædicti uiri sancti præbuerunt nobis uaria exempla uariarum uirtutum.

**A**T uerò Christus noster Dominus omnium prædictarū uirtutum saluberrimum exemplū, etiam pæfectius, & abundantius prædictis uiris omnibus nobis reliquit: Hoc autem

sic patet inductiue . Primò nempe dedit nobis exemplum perfectissimę obedientię, quippe, qui factus est obediens patri usque ad mortem, ut dicitur ad Philip. 2. Non ergo ad tempus obediuit Deo patri more multorum, sed semper, quia usque ad mortem . Secundò dedit nobis exemplum patientię, quia cum malediceretur, non maledicebat, ut fecit Petrus in presentí epístola. Sic enim prophetatum de eo fuerat per Eſaiam. 53. c. dicentem. Oblatus est, quia ipse uoluit, & non aperuit os suum . Sicut ouis ad occisionem ducetur . Tertió dedit nobis exemplum tolerantię in aduersis, quia cum pateretur non comminabatur, ut subdit idem Petrus . Et in Eſia, ubi sup. Quasi agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum . Ecce tolerantia inter aduersa . Nos autem neque patientiam contra illatas iniurias, neque æquanimitatem inter aduersa seruare uolumus, sed cupimus ulcisci reddentes malum pro malo , & opprobrium pro opprobrio . Quarto dedit nobis exemplum castimonię melius, quàm Ioseph, tum quia uirgo in ætam permansit, tum quia ex uirgine matre natus, tum quia matrem uirginem uirgini discipulo in cruce commendauit . Quintò dedit nobis exemplum mansuetudinis . Hoc autem patuit quando Iudeis sibi impropertantibus, quòd dæmonium haberet, mansuetè respondit dicens. Ego dæmonium nõ habeo. Iohan. 8. Practica etiam, quàm mansuetè respondit Pilato in hora passionis sue, ita ut miraretur preses uehementer, ut legitur Matth. 27. Sextò dedit nobis exemplum pietatis, ut patuit in nuptijs, quando uidit unum deficere, propter quòd aquam conuertit in uinum. Iohan. 2. Item pietatis exemplum ostendit, quando panes hordeaceos, & pisciculos multiplicauit, ne populus deficeret in uia. Iohan. 6. Septimò dedit nobis exemplum misericordię ad inimicum, quando pro suis crucifixoribus in cruce patrem orauit . Octauò dedit nobis exemplum abstinentię, quando à muliere Samaritana non uinum, sed aquam petijt Io. 4. Itē qñ quadraginta diebus, & totidē noctibus in deserto ieiunauit. Mat. 3. Ecce ergo multiplex exēplū, quò nobis exhibuit, & quasi iure hereditario oibus ueris fidelibus reliquit Christus. Meritò ergo de eo præmissum est in themate ex uerbis Petri, quò passus est pro nobis, relinquens nobis exemplum, ut sequamur uestigia eius.

IN præsentí sermone omiſſa longa expositione epístolę hodiernę, de qua sufficenter dictum est, uersandum est circa materiam in themate contentam, sicut tactam, uidelicet, de exemplo nobis à Christo relicto . Pro quo notandum, quò quadruplex est exemplum, uidelicet.

Tenendum .

Querendum ,

Caendum ,

Timendum .

PRIMUM igitur exemplum, quòd est tenendum à nobis, est illud quòd ipse Christus nobis reliquit, & istud est multiplex, prout immediatè supra ostensum est. Sed præterea, quę dicta sunt, est & aliud exemplum, quòd nobis reliquit idem Christus, & quòd uult à nobis esse tenendum, utpote, in hoc sequentes uestigia eius . Illud autem est, quòd honores huius sæculi, & gloriam mundanam contempſit, & aduersa æquanimiter sustinuit . De primo legitur Io. 6. quòd, ipse panes hordeaceos multiplicasset, cognoscens, quòd populus uiso miraculo uenturus esset, ut ipsum raperet, & regem eum sibi faceret, mox solus fugit in montem. De secundo sufficenter dictum est superius. Et per hæc duo docuit nos præsentis uitę gloriam, honores, & temporalia bona esse contemnenda, & aduersa æquanimiter subeunda . Si enim gloriam huius sæculi, atque temporalia bona sequi uoluisset, homalia nimis ardentè appeteret, quasi ex hoc putans se felice, quòd Deum suum talia prosequentem sequeretur. Insuper si mala uitę præsentis ex toto uitasset, homo nimis abhorreret paupertatem, infirmitatem, atque ceteras aduersitates, & diceret, quòd ille esset infelix, qui talia appeteret, uel haberet Christum nõ sequendo. Contrarium ergo fecit Christus, ut has falsas opinionēs ab hominibus remoueret. Et hoc est, quòd ait Augustin. Omnia, inquit, bona terrena contempſit homo Christus, ut illa contemnenda monstraret . Item omnia mala terrena sustinuit, quę ab alijs sustinenda persuasit, ut nec in illis quæreretur felicitas, nec in istis timere tur infelicitas. Hęc Augustinus. Ecce ergo exemplum, quòd est à nobis firmiter, & securè tenendum.

SECUNDUM exemplum est illud, quòd est à nobis quęrendum, & illud est uita, & conuersatio iustorum, & sancto

rum uirorum, qui dantur nobis in exemplum, quod qui similia fecerit, similiter recipiet, & habebit. Et de hoc exemplo rectè potest intelligi illud Exod. vigesimoquinto. Attendite, & facite, iuxta exemplar, quod tibi in monte monstratum est. Hinc etiam. 1. Machabeorum. 4. dicebat Iudas ille Machabeus, militibus suis, Memento, qualiter salui facti sunt patres nostri. Ac si aperè diceret, quod sancti patres dati sunt nobis in exemplum rectè uiuendi, & ideo querere, & inquirere debemus, qualiter uixerunt, ut possimus eos imitari, quia, ut dicit Gregorius in suo pastoralis. cap. trigesimo quarto, ualde peccauimus, si aliena bene gesta non diligimus, & in quantum possumus non imitatur. Nam illi, qui minimè festinant imitari bonâ aliorum, quæ laudantur approbant, similes sunt stultis spectatoribus ludicrarum artium, quibus uanitas ipsa placet, nec tamen tales esse desiderant, quales sunt, quos laudant.

Hæc ille.

**S E D** profectò multi se excusant super imitatione, & exemplo sanctorum uirorum, qui nos præcesserunt, quasi nomen uirtutis expauescentes. Vnde ad hoc propositum loquens Chrysost. libr. 1. de compunctione cordis, dicit sic. Si aliquis exempla Apostolorum nobis adducat in medium, & dicat nos sequi debere, & imitari eorum uitam sanctam, gestorumque regulas custodire, mox respondebimus, quia nobis impossibile sit illos imitari, & mensuras uirtutum eorum tenere dicentes. Ille Paulus erat. Ille Petrus erat. Ille Iohannes erat. Quid est ille Paulus erat? Dic mihi, quid est, ille Petrus erat? Nonne eiusdem naturæ erant, cuius, & nos? Nonne eadem uia ingressi sunt hunc mundum qua & nos? Nonne eisdem cibis utebantur, atque eundem respirabant aerem. Nonne eisdem uitæ usibus agebantur? Nonne aliqui eorum etiam coniugia experti sunt, & liberos procreauerunt? Quidam uerò ipsorum etiam opifices communium artium erant. Alij uerò, & lapsus perpessi sunt peccatorum. Sed multum, inquis, gratia illi à domino acceperunt. Sed quid dicis? Si enim mortuos suscitare iuberemur, aut oculos aperire cæcorum, seu leprosus curare, aut claudos erigere, siue dæmones effugare, & hasque similes ægritudines sanare, si operationum uirtus que-

quereretur, locum haberet tua responsio. Sed si uitæ atque conuersationis obseruantia à nobis requiritur, quid, facit hæc tua responsio? Tu enim accepisti gratiam per baptismum, & si non ad hoc, tamen quantum sufficeret ad hoc, ut rectè uitæ innocentiam custodires. Et ideo perditionis nostræ nulla causa alia est, quam negligentia, atque desidia nostra. Hæc Chrysosto. ubi sup. Pareat ergo, quod uita, & conuersatio bonorum hominum est à nobis querenda, tanquam exemplum, in quo aspicere debemus, ut imitari eos possimus. Da exemplum de iuene boue, seu tauro, qui, cum primum ponitur ad aratum, solet adiungi boui antiquo, & usitato ad arandum, ut ab eo discat arandi modum.

**E X E M P L U M** est ad propositum de quodam bono abbate, qui per modum, qui sequitur reduxit pessimum hominem ad bene uiuendi modum. Hunc enim cum inuenisset in quodam ne more, in quo explorabat, & spoliabat transeantem cum multis miseris, & periculis uitæ suæ, rogauit eum, ut cum eo ueniret ad Monasterium suum, & illi laudè prouideret de uictu, & uestitu, dummodo cessaret ab iniquitatibus suis. Cuius petitioni ille annuens, eo maximè, quod esset sibi fauorabilis, descendit ad Monasterium, & inuenit abbatem in promissis fidelem. Qui ut eum alliceret ad penitentiam, prouidit illi de quodam bono fratre, qui illi seruiebat humiliter, & charitatiuè, coram eis magnam abstinentiam faciens, ut puta, in pane, & aqua sepe ieiunans. Quem cum dictus malefactor interrogasset quadam die, quod fuisset tam grande eius peccatum, propter quod tam rigidam penitentiam ageret, respondit, quod propter fractionem silentij, & communium defectum, qui tamen à parte rei leuissimi erant. Quo audito ille cepit cogitare grauiter suorum scelerum, ex tunc proponens austeram ducere penitentiam, & in melius uelle mutare uitam. Ecce quantum prodest dare peccatoribus exemplum uirtutis. Ad quod etiam faciendum nos admonet Christus Matthei. 5. dicens, Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent, & car. Nam, ut dicit Grego. super Ezechiel. homilia. decimanona. plerumque plus exempla,



quam ratiocinationis uerba compungunt. Item in prologo sui dialogi dicit, quod sunt nonnulli, quos ad amorem patris celestis plus exempla, quam predicamenta succendunt. Et sic patet de exemplo, quod est a nobis querendum.

**TERTIUM** exemplum est illud, quod est a nobis cauendum, & illud est mala uita, & conuersario, quam uidemus in malis, & peccatoribus. Quemadmodum enim in artificialibus nunquam debet sumi exemplum a malo artifice, ita neque in moralibus. Et hoc est, quod loquitur Hieronymus. 3. parte Epistolarum suarum Epist. 67. ita dicens: Nunquam exemplum a malis sumitur, etiam a seculis rebus, semper a meliori parte incitamenta sunt uirtutum. Hæc ille. Item legitur Num. 5. quod mulier adultera post uentris diruptionem, & post amarum aquarum potationem erat in maledictione, & in exemplum omni populo. In exemplum, inquam, non imitandum, sed magis cauendum, & euitandum. Ut enim dicit Plinius, apes quæ flores amaras frequentant, sicut est flos absinthij, solent mel amarium facere. Sic in proposito illi, qui amari, idest, mala aliorum exempla recipiunt, cõficiunt exinde mel amarum, idest, mala, & inutilia opera.

**CIRCA** huiusmodi ergo exemplum cauendum tria sunt ualde notanda, quæ sunt.

**Deceptio. Offensio. Retractio.**

**PRIMUM** igitur notanda est deceptio. Sunt enim nonnulli, qui sumunt sibi occasione peccandi ex consideratione illorum, qui etsi grauius ceciderint peccando, postmodum tamen gloriosè surrexerunt a culpa penitentiã agendo, quales fuerunt Dauid, Petrus, Paulus, Zachæus, Matthæus, Magdalena, & similes, dicunt ergo multi peccare uolentes. Postquã peccauero, intendo postmodum resurgere per penitentiam, sicut & prenominati. Sed profectò tales turpiter se decipiunt, prout ostendit August. homil. 21. dicens. Multi dicunt patrociniũ peccandi sibi querentes: Si Dauid adulteriũ commisit, cur non ego? Sed attendant, quod Dauid non est eis datus in exemplum cadendi, sed tantum, si ceciderint, resurgendi. Insuper attendant, quod Dauid nullum sibi ad exemplum proposuerat iniquitatis, sicut & illi. Ceciderat enim lapsu iniquitatis, non patrociniũ sanctitatis. Hæc ille. Tales ergo uolunt imitari Dauid ruinam, sed nõ eius sanctitatem.

Item

Item ad idem propositum loquitur Isido. de summo bono lib. 2. ca. 11. dicens. Reprobi non attendunt documenta bonorum, quæ imitentur in melius, sed proponunt sibi exempla malorum, quibus ad peruersitatẽ morum suorum utantur in peius. Sed nouerint, quod ob hanc utilitatẽ scribuntur sanctorum ruinae, & reparationes, ut spem faciant humanæ salutis, ne scilicet, quisquã post lapsum penitendo desperet de uenia, dum conspicit sanctorum reparationẽ fuisse etiam post ruinam. Sciant ergo flagitiosi ad quam utilitatẽ scribantur sanctorum exempla, scilicet, ut aut sint, quos imitentur ad reparationem, aut certè, ut ex eorum comparatione durius de sua inobedientia puniantur. Hæc ille.

**SECUNDÒ** notanda est offensio. Qui enim male uiuendo suo malo exemplo alios scandalizat, ualde grauius offendunt Deum, quia animas, quas Christus precio sanguinis sibi cõparauit, ab eo auferre, & inter manus diaboli, idest, in eius potestate tradere nituntur. Unde diabolus per tales, qui sunt quasi eius incensores, plures animas lucratur, quã per quodcuq; aliud peccatum occultum. Nam per peccatum occultum tantum lucratur unam, aut duas animas, sicut patet in peccatis carnalibus. Sed per scandalum alijs datum, siue per malum exemplũ lucratur interdum decem, aut centum, siue mille animas. Et quanto ille, qui malum exemplũ alijs præbet, est maior dignitate, officio, scientia, aut huiusmodi, tanto plures corrumpit. Da exemplum de alta arbore cadente, quæ quanto fuerit altior, & in ramis extensor, tanto suo casu, plures alias arbores circumstantes secum trahit, & in terram prosternit: Da etiam exemplum de alta domo cadente, quæ plures homines opprimit, quã bassa, & humilis. Propter quod dicebat Bern. in quadam Epistola ad ducentam Aquitanie. scribens: Quod si quis de populo deuiat, solus perit. At uero principis error multos inuoluit, & ceteris obest, quantis præest, quia ut dicit Claudianus: Mobile mutatur sepe cũ principe uulgi. In cuius figurã legitur. 2. Mach. 9. errore Antiochi torus exercitus illius granabatur. Similiter de hoc aliã figurã legimus. 2. Reg. 3. de armigero Saulis, qui uidens magistrũ suum regem irruisse super gladiũ suũ, irruit similiter & ipse super suum. Ecce ergo quomodo principes, & prælati suo malo exemplo multos corrumpunt.

Vnde semel mihi accidit, quod cum in curia cuiusdam magni principis audissem quendam mangonem, nomen diaboli inter ludendum sepius repetentē sub istis uerbis Italicis. Il dia uolo mi porti, & cum reprehendissem, mox ait. Cur non ita loquar, maxime cum princeps ita loquatur? Ex cuius responsione euidenter patet intentum.

**TERTIO** circa exemplum cauendum notanda est reuera-  
tio. Illud enim, quod post timorē Domini debet nos retrahere, ne alijs demus malum exemplū, est periculū aeternae damnationis, quam tandē consequentur, qui alios scandalizant, dicente Christo Matr. 18. Qui scandalizauerit unū de pusillis istis, qui in me credūt, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris, id est, inferni, qui est ualde amarus damnatis. Quinimo ut dicit Greg. in suo pastoral. ca. 28. & recitatur. 11. quest. 3. praeceptū. Qui alios scandalizant, tot mortibus digni sunt, quot ad alios perditionis exempla transmittunt. In cuius figuram legitur. Num. 25. quod Dominus dixit ad Moysen: Tolle cunctos principes populi, & suspende eos in patibulis contra solem. Huius autem penae causa fuit, eō quod ipsi principes suo malo exemplo induxerant populum ad fornicandum cum filiabus Moab, & ad immolandum idolis. Patent ergo tria circa exemplum cauendum.

**QUARTUM** exemplū est illud, quod est a nobis timendū, & illud est aeterna damnatio, siue exemplum damnatorum. Poena enim talis debet esse malis in exemplū, id est, in signū, quod quicumq; similiter fecerit, similiter damnatus erit, quia quos una culpa tenet, cōsimilis poena tenere debet. Hinc in canonica Iuda dicitur, q̄ Sodoma, & Gomorra factē sunt in exemplū ignis aeterni. Et est sensus, quod qui imitatus fuerit Sodomitas in culpa in presenti, uelit, nolit, imitabitur eos in futuro in poena infernali. Vnde ad propositum loquens Christus Iudeis Luc. 13. ait. Nisi poenitentia habueritis, omnes similiter peribitis, sicut illi decem, & octo, sup quos cecidit turris in Siloe, & occidit eos. Putatis, quia & ipsi debitorum fuerint praeter omnes homines habitantes in Hierusalē? Non dico uobis, sed si poenitentia non habueritis, oēs similiter peribitis. Hæc ibi. Superbi ergo, & elati homines debent timere aeternam damnationē, exemplum sumentes a lucifero, qui

qui, quamuis esset iam in cœlo etiā altior ceteris angelis, nihilominus cōfusibiliter deiectus est a Deo in profundū inferni, cum superbia sua, ut habetur Esa. 14. Similiter auari, & tenaces homines debent timere aeternam damnationē, exemplum sumentes a diuite epulone, de quo legitur, q̄ propter suam auaritiā sepultus est in inferno Luc. 16. Itē luxuriosi, & carnales homines debent timere aeternam damnationē, exemplum sumentes ab illis, qui perierunt per diluuium propter hanc causam, ita ut tantum octo personae euaserint tunc Deitatem, ut legitur Gen. 7. Insuper gulosi, & ebriosi debent timere aeternam damnationē, exemplum sumentes ab Adam, qui propter gulositatem suam circa unum pomum eiectus est de paradiso terrestri Gen. 3. Per quod denotabatur, q̄ crapulosi eieciuntur de cœlo, & recluduntur, tanquā porci, in inferno. Ceterum inuidi debent timere aeternam damnationē exemplum sumentes ab Aman, qui propter inuidiam suam cōtra Mardocheum, & populū iudaicum suspensus est iusto Dei iudicio in patibulo, quod parueraat eidem Mardocheo, ut legitur Hester. 7. Per quod denotabatur, quod inuidi, & iniusti oppressores seruatorum Dei tandem suspendentur in furca inferni. Et breuiter, ruina praecedentiū admonitio debet esse sequentiū, ut dicit Chryso. super Mart. in opere imperfecto homil. 30. Timeamus ergo charissimi sumere exemplū a malis, ne nos inuoluat aeterna damnatio cum illis. Sed potius sumamus salubre exemplū a bonis, ut tandē possimus cū illis cōiungi in cœlis. Praestāte Dño nostro Iesū Christo, qui cū, &c.

*Dominica prima post octauas Pascha, Sermo secundus de Euangelio.*



**ONVS** pastor animam suam dat pro ouibus suis. Iohan. 10. Pro introductione praesentis sermonis mouetur q̄stio talis. Vtrum quilibet praelatus in omni euetu teneatur se exponere mortis periculo pro salute ouium suarū. Pro solutione huius dubij ponā aliquas ueritates.

**PRIMA** igitur ueritas. Qui praesunt in Ecclesia, nō equaliter obligant ad subditos. Ista ueritas sic probatur. Nam superiores plati, quales sunt Papa, & Episcopus, taliter obligantur suis

suis subditis, quòd non possunt spontaneè deserere gregem suum priori dignitati renunciando, nisi aliquid ponatur. Et quidè de summo pontifice dicit Dominus Petrus de Pal. in li. de potestate Papæ, quod non potest renunciare Papatui, nisi de cõsensu cardinalium. Quia sic nõ tenet renunciatio. Illis aut̃ consentientibus uice totius ecclesie, quã in tali casu representant, tenet, uidelicet renunciatio. Et sic creduntur quatuor sequentes summi pontifices renunciasse papatui, uidelicet Clemens, Ciriacus, Marcellinus, Cælestinus. Causas autem suarum renunciationum pertranseo. Et ad hunc sensum intelligenda est illa decretalis, quæ habetur de renunciatione c. 1. lib. 7. quæ dicit, quòd Papa potest renunciare Papatui, scilicet de consensu dominorum Cardinalium. Ecce qualiter, & quantum Papa est obligatus sponsæ suæ, quæ est uniuersalis ecclesia. De episcopo autem similiter dicendum est, quòd propria sponte non potest renunciare Episcopatu, sed tantum de consensu summi pontificis, ut cauetur in iure. 7. q. 1. non oportet, & per multa alia capitula sequentia usque ad finem questionis. Idem etiam cauetur extra de renunciatione, per plura capitula. Quòd si Papa non uelit acceptare huiusmodi renunciationem, tenetur Episcopus Episcopatum non deserere. Cuius rationem assignat Beatus Tho. 2. 2. q. 18 §. arti. 4. dicens, quòd Episcopus ex diuina dilectione obligat se Episcopatu acceptado ad hoc, quòd inquit saluti proximorum. Et ideo tandiu obligatur ad hoc, quòd curam pastoralem retineat, quandiu potest suis subditis proficere ad salutem. Vbi autè non potest esse utilis subditis suis tunc de licentia summi pontificis potest à tali cura absolui, non aliàs. Soli enim Pape licet dispensare in uoto perpetuo, qui se ad curam subditorum astrinxit Episcopatum suscipiendo. De simplici autem curato, qui non est ita astrictus ad curam animarum, uideatur dicendum, quòd potest renunciare beneficio suo in manu ordinarij, siue ille acceptet talem renunciationem, siue non, dummodo hoc faciat spe melioris frugis, utpote, religionem intrando. Et sic patet, quod qui presunt in ecclesia, non æqualiter obligantur in ordine ad subditos.

**S E C U N D A** ueritas. Bonus pastor non tenetur ponere animam suam, id est, uitam corporalem pro salute corporali

ouium

ouium suarum. Ista ueritas sic probatur. Nam uita corporalis pastoris in ordine ad se est præferenda saluti corporali, siue uitæ corporali suarum ouium. Ergo non tenetur pastor uitam suam corporalem exponere periculo mortis pro salute corporali ouium suarum. Cõfirmatur hæc ratio. Nam ex ordine charitatis, quilibet plus tenetur diligere corpus proprium, quàm corpus proximi sui. Igitur, &c.

**T E R T I A** ueritas. Bonus pastor tenetur animam suã, id est uitã corporalẽ ponere pro salute spiritali ouiu suarum. Ista ueritas non indiget probatione, maximè cum sit uerbum Christi, (qui est ueritas infallibilis) in presenti euãgelio, prout assumptum est in themate. Nihilominus ex abũdanti possumus eam persuadere tali ratione. Anima rationalis est nobilior corpore. Ergo salus eius est præferenda saluti corporali. Ex quo sequit̃, quod cum imminet periculum salute gregis, quilibet bonus pastor debet pati dispendium corporis sui pro salute gregis, præsertim si aliàs non posset procurare salutẽ dicti gregis, maximè cum dicat August. in 1. lib. de doctrina Christiana, quod plus debemus diligere animam proximi nostri, quàm nostrum corpus proprium.

**Q U A R T A** ueritas. Quoties oues inuaduntur ab hereticis, tenentur pastores eas personaliter tueri, & defendere, non obstante mortis periculo. Probarur sic hæc ueritas. Prælati, & præsertim episcopi obligant se in suscipiendo curam pastoralem ad exequendum officium pastorale propter subditorum salutem. Ergo quoties salus subditorum exigit præsentiam realẽ pastoris, non debet personaliter suum gregem deserere, nec propter aliquod commodum temporale, nec similiter propter aliquod psonale periculum imminens, maximè cum bonus pastor debeat animam suã pro ouibus suis ponere. Sic est autem, quod salus subditorum exigit, ut psona pastoris sit presens cum suis ouibus, quoties inuaduntur ab hereticis, ut eos repellat, tum deuota oratione, tum sancta prædicatione, tum sana doctrina, & disputatione. Ergo bonus pastor in tali casu debet hẽmõ hereticis resistere. Unde de malo pastore, qui in prædicto casu derelinquit oues, & fugit, scribitur Zach. 11. O pastor, & idolum derelinquens gregem. Ac si apertè diceret propheta, quod talis nõ est pastor, sed similitudinem, & idolum gregis pastoris.

QVIK

**Q**UINTA ueritas. Quoties tyrannus nititur persecuti personam pastoris, in nullo ledere uolens oues, tunc ipse pastor potest ad tempus fugere, & dare locum iræ, dummodo prouideat saluti ouium per alium idoneum in absentia sua. Probatur hæc ueritas per illud uerbum saluatoris Matt. 10. 10. Si uos persecuti fuerint in una ciuitate, fugite in aliam. Probatur etiam autoritate diui Augustini, qui in quadam epistola, quam scribit ad Honoratum episcopum, sic ait. Fugiant de ciuitate in ciuitatem serui Christi, qñ eorum quisquam specialiter à persecutoribus quaeritur, ut ab alijs, qui non ita quaeruntur, non deseratur ecclesia. Hæc ille. Vnde in simili casu Paulus fugit de Damasco, ut uitaret rabie Iudæorum ibi habitantium, & rapere eum uolentium, ut legitur Actuum. 10. Similiter nonnulli alij sancti in simili casu leguntur fugisse. Da exemplum de beato Thoma Cantuar. qui fugit de Anglia, & uenit in Franciam, ubi moratus est annis septem. Da etiam exemplum de beato Felice, qui cum quaereretur ad mortem, & se occultasset per modicum aditum inter parietes dirutos, mox aranea diuino nutu per illum aditum telas extenderunt. Quod cum persecutores prospicerent, neminem illic esse putantes continuo discesserunt. Facta autem nocte dicitur uir Dei Felix ad alium locum secessit, ubi per tres menses latitans à quadam deuota muliere alimenta suscepit, cuius tamen faciem, ille nunquam suspexit. Denique pace reddita ecclesie sanctæ restitutus in pace quieuit. Er breuitur multa his similia in passio narijs sanctorum leguntur. Er ne talis fuga imputaretur fugientibus, ipsem Christus adhuc paruulus delatus est in Aegyptum à parentibus, cum, scilicet, Hærodes quaereret, eum occidere, ut legitur Matt. 2. Propter quod August. & recitatur. 8. quæst. 1. aduersitas dicit. Fugiat minister Christi, sicut Christus fugit in Aegyptum.

**S**EXTA ueritas. Quando persecutio tyranni uertitur contra gregem, & pastorem, tunc pastor non debet deserere gregem, sed debet, quantum potest eum tueri, & defendere, atq; cum eo pati, si pati oporteat. Hoc tñ intelligendum est, quando pastor est unicuique, & solus. Nā in tali casu fugien do ostēderet se mercenarium, quia iuxta Christi testimoniū in pñci euangelio ille dicitur mercenarius, & nō pastor, qui

uidens

uidens impium uenientem, id est, persecutionem sequentē, dī mittit oues, & fugit. Si enim perniciosum est nauam in erā quillitate nauem deserere, quanto magis in fluctibus? ut dicit Nicolaus Papa, & recitatur. 8. quæst. 1. sollicitatis. Patet ergo sufficienter ad quaeritum, quo quaerebatur, utrum, qui liber prælatus, &c.

**I**n presenti sermone iuxta materiam euangelij intendo loqui de quatuor, uidelicet.

De Pastore, De oue, De mercenario, De Ispo.

**P**RIMò igit loquendum est de pastore. Et circa hoc notandū, q̄ pastor triplex reperit̄ in sacra scriptura, uidelicet. Diuinus, Virtuosus, Vitiosus.

**P**RIMVS pastor est Christus, qui de seipso loquens in præsentia euangelio ait. Ego sum pastor bonus. Similiter de seipso loquens sub parabola Matth. 18. item Lucæ. 15. ait. Quis ex uobis homo, qui habet cētum oues, & si perdidit unam ex illis, nonne dimittit nonagintanouem in deserto, & uadit ad illam, quæ perierat, donec inueniat eam. Et cum inuenit eam, imponit in humeros suos gaudens, & ueniēs domum, conuocat amicos, & uicinos, dicens illis. Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam, quæ perierat. Ad propositum, centum oues designant multitudinem angelorū, & hominum, qui omnes pertinent domino Deo, saltē iure creationis. Dī autem ipse creator perdidisse unam ex illis, quando omnes in Adam peccauerunt. Sed tunc dimisit nonagintanouem in deserto, quando carnem assumpsit, angelicam naturam prætereundo, & ueniē ad naturam humanam, quæ perierat. Propter quod dicebat Psal. ad dominū. Erraui, sicut ouis, quæ periit, require seruum tuum domine. Quia inuenta beneficio redemptionis, imposuit eam in humeros suos, quando in cruce dolores nostros portauit, & pater posuit in eo iniquitates omnium nostrum, ut habetur Esa. 53. Tandem ueniens domum, id est, ascendens in cælum conuocauit amicos suos angelos, dicens illis. Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam, id est, naturam humanam, quæ perierat. In cuius figuram legitur. Luc. 15. quodd̄ pater in aduentu filij sui prodigi dixit filio seniori, gaudere, & epulari oportebat, quia frater tuus perierat, & inuentus est.

NOTAN-

NOTANDUM est autem, quod iste bonus pastor Christus ueniens ad ouem suam .i. naturā humanam, ut egit pastor circa ouem naturalem. Solet autē primò pastor interdū lauare oues suas, & presertim, quando tempus tondendi aduenit. Secundò in hyeme solet eis dare pabulum in stabulo. Tertio custodit eas à lupis, & moribus canum. Quarto ubi apparent moribide, solet eas ungere. Quintò ubi aliquantulum deuiant, solet eas uoce, siue sibilo reuocare. Sextò solet eas per colles, & montes ad pascuā uberrima deducere. Sic & bonus pastor Christus agit circa oues suas, idest, electos. Primò nempe lauat dictas oues in lauacro baptismi, & tunc efficiuntur albiſſimę, & mundissimę tam à culpa, quàm à pœna. Apoca. 1. Dilixit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, idest, in uirtute meriti passionis suę, quę specialiter operatur in sacramento baptismi, quia non solum uidelicet, ad remissionem culpę, sicut cętera sacramenta, uerum etiam ad remissionem totalis pœnę, ut patet de consecra. distinct. 4. à paruulo. Et quia frequenter contingit huiusmodi oues post priorem lotionem iterum, atque iterum maculari, & sordidari, ideo dictus pastor habet aliam aquam ad eas lauandam, & illa est sacramentum pœnitentię. Et de hac aqua idem pastor loquens eisdem ouibus Ezech. 38. ait. Effundam super uos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus iniquitatibus uestris. Secundò iste pastor per totam hyemem uite presentis deputauit, & apparauit suis ouibus cibum, & potum, idest, corpus suum, & sanguinem in sacramento altaris, iuxta illud. quod ipsemet ait Iohannis. 6. Caro mea uerè est cibus, & sanguis meus uerè est potus. Tertio iste pastor custodit suas oues à lupis, & canibus infernalibus, & signanter in mortis articulo. Iohan. 10. Non rapiet, inquit, eas quisquam de manu mea. Est cõmune pro uerbum, quod id, quod est à Deo custoditum, est bene custoditum. Oues ergo Christi, cum ab eo custodiantur, bene custodiuntur. Sap. 3. Iustorum animę in manu Dei sunt, & ideo non tanger eos tormentum mortis, supple, æternalis. Quarto iste pastor habet unguentum speciale quo ungit oues suas, si efficiantur moribide, & illud est sacramentum extreme unctionis, quod purgat reliquias peccatorum. Iaco. 5. Infirmatus quis in uobis? Inducat presbyteros ecclesię, & orent super

per eum, ungentes eum oleo in nomine domini. Et si in peccatis fuerit, dimittentur ei. Quintò iste pastor oues suas errantes per peccatum reuocat ad rectam uiam pœnitentię, dicens illud Matth. 4. Pœnitentiam agite, appropinquet regnum cœlorum. Item dicens illud Hierc. 3. Tu fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, & ego suscipiam te. Item dicens illud Can. 6. Reuertere, reuertere Sunamitis, idest, peccatrix anima à Deo propter peccatum tuum derelicta. Reuertere, reuertere, ut intueamur te. Ecce, quàm benignè pastor noster bonus reuocat ouem suam errantem, unde per hoc, quod pluries reuocat eam dicens. Reuertere, &c. denotat magnum affectum, & zelum, quem gerit ad illius salutem. Sextò, & ultimò iste pastor tandem ducet oues suas, idest, electos, ad pascuā uberrima, quę sunt in monte sancto Dei, dicens illis illud Matth. 25. Venite benedicti patris mei, percipite regnum, &c. Et hoc est, quod idem pastor promittit electis Ezech. 24. dicens. In pascuis uberrimis pascam oues meas, & in montibus excelsis Israel, idest, uidentium Deum beatificè, erunt pascuę earum. Ibi requiescent in herbis uiuentibus, & in pascuis pinguibus pascentur super mōtes Israel. Sic autem loquitur Propheeta in persona propria domini ad deuotandum abundantiam delectationum, quę sunt in dextera domini usque in finem. Sic ergo patet, quomodo, & qualiter se habeat pastor diuinus, idest, Christus, erga oues suas.

SECUNDVS pastor dicitur uirtuosus, & designat quem libet bonum prelatum, de quo rectè potest intelligi illud uerbum Christi in hodierno euangelio, ubi ait. Bonus pastor animam suam ponit, uel saltem ponere pro loco, & tempore paratus est pro ouibus suis. Debet autem bonus pastor habere tres pulchras conditiones, quę tanguntur in illis uerbis Psalmistę. Paut eos innocentia cordis sui, & in intellectibus manuum suarum deduxit eos. Nam.

Primò debet querere subditorum utilitatem, quia paut eos.

Secundò debet habere in agendis intentionis puritatem, quia innocentia. c. f.

Tertio debet prebere subditis sanctam exemplaritatem, quia in intellectibus, &c.

**PRIMÒ** igitur, &c. Officiū enim pastoris est pascere gregem sibi commissum. In cuius rei signum Christus dixit summo pastori ecclesie, scilicet Petro Apostolorum principi, cū illi comisit curā gregis sui. Pasce oves meas. Iohannis ultimo. Sic enī egit ipsemet Ch̄s in propria p̄sona, a quo cepit post baptismū suum p̄dicare per castella Iudee, & Galilee. Propter quod in p̄senti euangelio uocat se bonū pastorem, dicens. Ego sum pastor bonus.

**CIRCA** quod notandum, quòd pastor debet pascere oves suas dupliciter. Primò quidem cibo corporali subueniendo suis subditis in necessitatibus, & miseris eorum, pro ut potest, quia ut dicit Hieronymus, & recitatur. 16. q. 1. quoniam, quicquid habent clerici, pauperum est, & domus eorum omnibus debent esse communes. Nō ergo debēt pascere canes, aut aues, equos, aut mangones. Non dominos, aut milites, ut eos sibi amicos faciant. Non consanguineos, aut affines, ut eos faciant diuites. Non histriones, aut concubinas, ut eis in nefarijs, & prophanis deseruiant, scilicet, pauperes, & signanter subditos penuria rerum temporalium laborantes. Hac enim de causa illis deputatę sunt, & assignatę possessiones temporales. Vnde dicit Bernardus libro de perfecta conuersione regularium. c. 18. q. in p̄latores pauperum non pauperibus tribuere, par sacrilegij crimen esse dinoscitur, eò quòd facultates ecclesiarum sunt patrimonialia pauperum, & sacrilega eis crudelitate surripitur, quicquid sibi ministri, & dispensatores, non utriusque domini, uel possessores ultra uictū, & ueritum accipiunt. Hęc ille. Secūdo pastor debet pascere oves suas cibo spiritali, siue sacramentorum administratione, siue predicationis eruditione. Nam ut ait saluator Matt. 4. Non in solo pane, sup. corpora li, uiuit homo, sed in omni uerbo, &c. Vnde ad innuendum, q̄ pastor debet pascere oves suas duplici modo p̄dicto, ipse Ch̄s bis p̄uit panibus, & piscibus populū famelicū sequentem se, ut patet Matth. 15. Itē Ioh. 6. Patet ergo, quò pastor ecclesiasticus debet querere subditorū utilitatē pascendo eos p̄diciū duobus modis.

**SECUNDÒ** bonus pastor debet habere in agendis puritatem intentionis, quod fiet, si pascat oves suas in innocentia cordis sui, & non propter amorē, aut honorē huius seculi, siue

li, siue propter acquisitionem temporalis lucrī. Item si non dissimulet correctionem uitiorum propter timorem sui, uel suę damnificationis, expulsiōnis, aut occisionis, quia ut ait Christus in p̄senti Euangelio bonus pastor animam suam, id est, uitam ponit pro ouibus suis custodiendis. Nec certē sufficit p̄lato ad innocentiam cordis, quòd non inferat alijs malum, uel quemquā malo exemplo scandalizet, nisi etiam pro loco, & tempore utatur baculo correctionis. In cuius rei signum datur Episcopo baculus pastoralis, ut scilicet, punget negligentes, percutiat delinquentes, & unco retrahat errantes. Heli enim in se bonus fuit, sed quia filios suos prauos non durē, & asperē arguit, innocens non fuit. Et ideo grauius punitus est à Domino. 1. Regum. 4.

**TERTIÒ** bonus pastor debet prebere subditis sanctā exemplaritatē. Ad quod etiam faciendū eum hortatur Augustinus in regula de cōmuni uita clericorum, ita dicens: Honor eorū uobis p̄latus sit uobis, timore eorū Deo substratus sit pedibus uestris. Circa omnes bonorum operum seipsum p̄bebat exemplū. Sic enim agendo imitabitur summum illū pastore Christū, qui ad discipulos suos loquens Iohā. 13. ait. Exemplum dedi uobis, ut quemadmodū ego feci uobis, scilicet, lauando pedes uestros ego Dominus, & magister, ita & uos faciatis. Ad talem etiam exemplaritatē alijs dandam hortabatur Apost. discipulū suum Titum, dicens: In omnibus seipsum bonorum operum prebe exemplū, in doctrina, in integritate, in grauitate, ad Titum. 2. Debent enim ipsi p̄latus esse in Ecclesia Christi, tanquā speculum purum, nitidum, & mundum, ad quod aspicientes subditi uideant, qualiter maculas scelerum suorum purgare ualeant. Et sic patet de tribus conditionibus boni p̄latus.

**TERTIVS** pastor dicitur uitiosus, qui meritò dicere potest per oppositū ad Christū: Ego sum pastor malus. Malus, inquam, mihi, & subditis, quia ut dicit Augustinus ad fratres in cre. ser. 42. q̄ intulit de uita, & moribus clericorū. Sicut impossibile est demonē in malo obstinatū intrare paradisum, sic impossibile luxuriosis pastoribus, auarīs, & superbis, subditos castos, humiles, & bonos facere, quia necesse est, ut talis sit grex, qualis sit & rex. Hęc ille. Circa quò notandū, q̄ cōtinuat aliquē pastore esse uitiosum tribus modis, quātū ad p̄sentia

spectat, scilicet. Propriam utilitatem querendo. Superflue de temporalibus sollicitando. Vanitatibus seculi nimis insistendo.

PRIMUM igitur prelatum potest esse vitiosum propriam utilitatem querendo, & utilitatem subditorum negligendo. Unde quilibet talis maledicatur a Domino. Ezech. 34. ubi sic ait: Ve pastoribus Israel, idest, populi fidelis uidentis Deum per fidem, qui pascunt semetipsos, non gregem. Nonne greges pascuntur a pastoribus? Lac comedebatis, idest, uictum deliciosum accepistis, & lanis operiebamini, idest, uestitum preciosum de oblationibus subditorum uobis insumpsistis. Quod crassum erat, occidebatis, idest, diuites iniuste iudicatis, & condemnastis ad grossam emendam, ut sic exhauriretis eorum substantiam. Nam comunis practica est hodie in multis diocesis, quod decani rurales, siue promotores pro leui causa deponunt Ecclesiasticos diuites de officio, nisi eos prauenerint cum muneribus. De pauperibus autem dicere solent, quod oportet tales dimittere transire, eod quod sunt pauperes demones, in quibus nihil lucri est. Sequitur: Gregem meum non pascebatis, nec pane doctrine, nec pane edificationis sancte, nec pane corporali loco, & tempore, nec pane sacramentali, ipsum in propria persona administrando subditis, sed tantum per uicarios, & ideo intrabitis paradysum per uicarios. Quod infirmum erat in fide, aut moribus, non consolidastis, supponit in duobus predictis. Quod egrotum erat, scilicet, per peccatum, non sanastis, scilicet, per debitam sacramentorum administrationem. Quod fractum erat per malam consuetudinem, quod uix potest curari, non alligastis, scilicet, per facias, seu per poenas. Quod abiectum erat, scilicet, per excommunicationem, non reduxistis inducendo talem ad querendum beneficium absolutionis. Et quod perierat, scilicet, per hereticam prauitatem, aut errorem, non questistis, sed cum austeritate imperabatis, & potentia, & ideo dispersi sunt oves, mea, eod quod non esset pastor, & facte sunt in deuotionem omnium bestiarum. Deinde post pauca sequitur. Propterea pastores audite uerbum Domini, pro eo, quod facti sunt greges mei in rapinam. Ego ipse requiram gregem meum de manu eorum, & cessare faciam, ut ultra non pascant. Modum autem, quo requirit gregem suum Dominus, paucis declarat sapiens. Sap. 6. ita dicens: Horrendum, & cito appar-

bit uobis, quonia iudicium durissimum fiet ijs, qui presunt, & potentes potenter tormenta sustinebunt. Patet ergo, qualiter contingit pastorem Ecclesiasticum esse uitiosum propriam utilitatem, & non suarum ouium querendo.

SECUNDO contingit pastorem esse uitiosum superflue de temporalibus sollicitando. Sunt enim multi moderni pastores adeo solliciti de temporalibus, quod negligunt spiritualia, quinimo quandoque committunt spiritualia suis officialibus, & uicarijs, etiam cum plenitudine potestatis, temporalia solum sibi reseruantes, nisi forsitan spiritualia talia essent, quod in collatione talium superant comoditate temporalium, ut sunt collationes beneficiorum, item licentie diuulgandi nonnullas indulgentias per suas dioceses, & siqua sunt similia. Hos autem ualde egregie reprehendit deuotus Bern. de consideratione lib. 4. ad Eugenium Papam scribens in hunc modum. Quid, inquit, Episcopo turpius, quam incumbere suppellectili, & substantiis sue, seruari omnia, sciscitari de singulis, moueri suspicionibus, moueri ad queque perdita, uel neglecta? Ad uerecundiam dico quorundam eiusmodi seruantium quotidie omnem substantiam suam, numerantium singula, de minutis, & quadrantibus rationem exigentium. Non ita ille Aegyptius, qui Ioseph omnibus traditis ignorabat, quid haberet in domo sua. Erubescat Christianus Christiano suo non credens. Homo sine fide, fidem tamen habuit seruo, super omnia bona sua constituit eum, & hic erat alienigena. Mira res. Satis, superque Episcopi ad manum habent, quibus animas credant, & cui committant suas facultates non inueniunt. Optimi aestimatores rerum, qui magnam de minimis, paruum, aut nullam de maximis curam gerunt. Sed ut liquidum datur intelligi patientibus Christi ferimus iacturam, quam nostram. Quotidianas expensas quotidiano reciprocamus seruuio, & continua Christi detrimenta nescimus. De precio escarum, & de numero panum cum ministris quotidiana discussio est, & rara admodum cum presbyteris celebratur collatio de peccatis populorum. Cadit anima, & mox adest, qui subleuet eam, perit anima, & nemo est, qui reputer. Hec Bernardus.

TERTIO contingit pastorem esse uitiosum uanitatibus seculi nimis insistendo. Sunt enim plerique inter Eccle-

fiæ pastores, qui gloriantur in multitudine effrenata famulorum, quorum nonnulli uocantur falconarij, qui præstant auib; alij braconarij, qui præstant canibus, alij muletarij, qui præstant mulis. Alij magistri domus, qui præstant manibus. Alij scutiferi, qui diuidunt escam in partes coram eis. Alij argentarij, sed sepe sine argento. Alij elemosynarij, sed sine elemosyna. Alij confessores, quos raro occupant. Alij nobiles, Italice Gentili huomini, solum deseruientes ad fastu, & ad ludendum cum eis ad datos, & chartas, & sic de multis alijs abusus huius sæculi, ita ut multi moderni prælati in pompa, & fastu excedant multos magnos principes seculares. Vnde Bern. lib. 4. de consideratione ad Eugenium, ad propositum scribens ait: Petrus, cuius sedem tenes, nesciuit processisse aliquando, uel gemmis ornatus, aut sericis, uel auro textus. Non equo albo uectus, non milite stipatus, non circumstrepentibus ministris septus. In his successisti nõ Petro, sed Constantino. Hæc ille. Item idem Bern. Epist. 42. ad Henricum Senonensem archiepiscopum, inueniens contra huiusmodi uanitatem quorundam prælatorum Ecclesiæ, ita ait: Clamant nudi, clamant famelici, conqueruntur, & dicunt. Dicite pontifices, in freno quid facit aurum? Nunquid aurum a freno repellit frigus, siue esuriam? Nobis frigore, & fame laborantibus, quid conferunt tot muratoria, uel in perticis extensa, uel in arcis plicata? Nostru est, quod effunditis. Nobis crudeliter subtrahitur, quod inaniter expenditis. Nostris necessariis; subtrahitur, qui uicid accedit uanitatibus uestris. Iumenta gradiuntur onusta gemmis, & nostra nõ curatis crura nuda caligulis. Annulli, catenule, tintinnabula, & eleuata quædã corrigiæ, multaq; talia, tam speciosa coloribus, quam præciosa ponderibus, mulorum dependent ceruicibus, fratrum autem Christianorum lateribus, nec semicinctia miserantes apponitis. Huc accedit, quod hæc omnia, nec à negotiationis studio, nec proprio manu exercitio uobis elaborastis, sed nec iure hæreditario possidetis, nisi forte; & uos in cordibus uestris dixeritis. Hæreditate possideamus sanctuarium Dei. Hæc Bern. ubi supra. Patet ergo, quomodo contingit Ecclesiæ aliquos prælatos esse uiciosos tribus modis prædictis. Et sic patet de primo principali, in quo agitur de triplici pastore.

SECVNDÒ principaliter uidentum est de oue. Pro quo notandum, quòd ouis in Sacra Scriptura sepe accipitur in bonam partem pro quolibet iusto, & hoc propter multas pulchras, & bonas conditiones ouis. Est enim ouis animal.

Simplex. Obediens. Timidum. Fructuosum. Sociale. Pariens. Innocens. Sobrium.

PRIMÒ igitur ouis est animal simplex, non elatum, ut ceruus, non mordax, ut leo, non furiosum, ut ferus, quinimo in incessu, in uoce, & in colore præterit omnimodam simplicitatem. Sic & quilibet iustus in incessu, statu, habitu, sermone, & in omnibus motibus suis præterit honestam simplicitatem. Ad quam quidem simplicitate nos admonet Christus Matt. 10. dicens: Estote simplices, sicut columbæ, scilicet, per carentiam astutiæ malę. Similiter ad idem nos admonet Apost. ad Rom. 16. dicens: Volo uos sapientes esse in bono, & simplices in malo. Talis autem simplex erat sanctus ille Job, de quo legitur Eiusdem. 1. quòd erat uir simplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo. Talis etiam erat gloriosus ille Parriarcha Iacob, de quo legitur Gen. 25. quòd erat uir simplex habitans in tabernaculis. Nota tamen, quòd duplex est simplicitas, scilicet, sensus, & uirtutis. Prima tolerabilis, secunda laudabilis. Sed profectò homines mundani uidentur prædictas duas simplicitates pares reputare. Quantumcunq; enim homo sit uirtuosus, nihilominus tanq̃ in sensu reputat à filiis huius sæculi, nisi ostēdat se cautu, astutu, & fallacē. Hinc Job. 12. dicitur: Deridetur iusti simplicitas.

SECVNDÒ ouis est animal obediens. Oues enim præ ceteris animalibus subiiciuntur homini ad nutum, intantū, q̃ ad uoluntatem pastoris ducuntur, quocunq; ille uoluerit. Sic & iusti libenter obediunt suis superioribus, & prælati, ita ut permittant se ab eis duci, quocunq; illi uoluerint. Et signanter istud habet uerū de ueris religiosis, qui sine rebellionē; aut cōtradictione obediunt promptē maioribus suis, ita ut de prælato habente talē subditū possit dici illud Psal. Deducis uelut ouem Ioseph, idest, subditū. Potest etiam, qui præest talibus ouibus, merito dicere illud uerbum Christi Iohā. 10. Oues meę uocē meā audiūt. Sed cōquerruntur hodie multi prælati de inobediētia subditorū suorū, dicētes, q̃ nec blādē, nec durē, nec uerbis, nec uerberibus possunt inducere



subditos suos ad ueram obedientiam. Quibus respondemus eos forsitan esse in causa, eò quòd multa præcipiunt, & obseruari à subditis districtè uolunt, quæ nec iuxta Christi testimonium digito mouere uolunt. Audiant ergo tales pastores summum illum pastorem Christum de uero pastore loquentem, & dicentem Iohan. 10. quòd cum proprias oues emiserit, ante eas uadit, & oues illi sequuntur, quia scit uocem eius. Per quæ uerba aperitè innuitur, quòd ubi pastor, uel prælatus gregem suum uerbo, & factò præcedit bonis operibus insistendo, grex ipsum sequitur, Quòd si per oppositum pastor per abrupta uitiorum graditur necesse est, ut in præcipitium grex labatur, ut dicit Greg.

**TERTIO** ouis est animal timidum. Nam ultra modum time: lupum. Sic etiam iusti quantuncuque uirtuosi, & perfecti existant, timent lupum infernalem pariter, & periculum damnationis æternæ. Cuius ratione assignat Salomon Eccl. 9. dicens, quòd nescit homo, utrùm amore, an odio dignus sit, sed hominis seruantur in futurum incerta. Aliam etiam rationem prædicit timoris assignat idem Salomò, ubi supra dicens, quòd nescit homo finem suum, sed sicut pisces capiuntur hamo, & sicut aues comprehenduntur laqueo, sic capiuntur homines in tempore malo. Et ideo debet homo semper esse, & uiuere in timore, considerans, quod multi meliores eo tandem peccauerunt, & in peccato decesserunt, sicque eternaliter perierunt. Hinc Prouer. 28. dicitur. Beatus homo, qui semper est pavidus. Talis autè ouis erat egregius ille Paulus, qui de se ipso loquens aiebat. Nichil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. 1. ad Cor. 4. Talis etià ouis erat sanctus ille propheta Dauid, qui dicebat ad Dominum. Ne proicias me in tempore senectutis, cum defecerit uirtus mea, ne derelinquas me. Talis denique ouis erat doctor ille sanctissimus Hiero. qui de seipso loquens dicebat. Cuncta tuta timeo.

**QUARTO** ouis est animal fructuosum. Nam quicquid in ea est, aut ex ea procedit, fructum, & utilitè: em afferit, etià usque ad ipsius stercora, quæ ualde profunt ad impingandum terram sterilem. Nam carnes illius profunt ad escam hominum, ossa ad escam canum, pellis ad scripturam, lana ad uestimentum. Insuper solet per annos singulos sciri unum,

aut

aut duos portare. Sic etiam iusti ualde fructificant in presentium sibi per meritum, & gratiarum accumulationem, tum proximis per beneficiorum charitatis exhibitionem, inuites illi sententiæ sapientis Eccl. 17. uicuique mandauit Deus de proximo suo, scilicet, de procuranda eius salute, & de reuocatione eius à peccato. Item de temporali, siue corporali tempore, & loco subuentione. Nam cum diues subuenit pauperi, quasi stercora proicit in terrâ sterilem. De quibus quidem stercoribus loquebatur Apostolus ad Philip. 3. dicens: Quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta. & arbitròr, ut stercora, ut Christum lucrificam. Nonne fructuosus oues fuerunt Christi Apostoli, quibus ipse loquens Iohan. 15. ait: Ego posui uos, supple, ut oues in medio luporum, ut eatis, scilicet, in mundum uniuersum, & fructum afferatis, scilicet, populum ad fidem uestris prædicationibus alliciendo, & fructus uester maneat Ecclesiam catholicam dilatando. Merito ergo de ipsis Apostolis potest intelligi illud Psal. Oues eorum, scilicet, populum catholicorum, serose abundantes, sup. in spirituali fructu, in egressibus suis, quando scilicet, dicti Apostoli, post Christi ascensionem egressi prædicauerunt ubique: Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. Marci vii. mo.

**QUINTO** ouis est animal sociale. Diligit enim societatem. In cuius rei signum oues gregatim incedunt. Sic & iusti diligunt cum alijs conuersari amicabilem, charitatiuè, atque pacificè. Unde merito possunt dicere illud Psal. Nos populus eius, scilicet, summi pastoris Christi, & oues pascuæ eius. Qui autem spernunt bonorum societatem nolentes amicabilem uiuere, sed suscitant discordias, partialitates, & lites, non sunt propriæ oues, sed potius lupi rapaces, aut feni, qui singulariter, & seorsum incedere solent, maximè postquàm sunt magni. Et tales ualde nocent sanctæ congregationi, ita ut de quolibet tali merito possit uerificari illud Psal. Singularis ferus depastus est eam, scilicet, sanctam congregationem.

**SEXTO** ouis est animal patiens. In cuius rei signum, cum tondetur, aut iugulatur, non clamat, non murmurat. Sic & iusti contra quæque aduersa sunt patientissimi, siue cum tondentur ab oppressoribus, & substantiã suam diripientibus, sicut patuit de Iob, siue cum occiduntur à tyrannis, sicut pa-

suit de sanctis martyribus, de quibus canit ecclesia in hymno dicens. Ceduntur gladij, more bidentium, id est, ouium, non murmur resonat, non querimonia, sed corde tacito mens bene conscia confertur patientiam. Talis autem ouis fuit Christus, de quo dicitur. j. Pet. 2. quod cum malediceretur, non maledicebat, & cum pateretur, non comminabatur. Sic enim longè ante de eo prophetatū erat Esa. 53. dicens. Oblatus est, quia ipse uoluit, & non aperuit os suum. Septimò ouis est animal innocens, id est, non nocens. Non enim habet illa membra, seu organa, quibus pleraque alia animalia utuntur ad nocendum, ut sunt cornua in tauro, unguis in leone, dentes in apro. Sic, & iusti rectè dicuntur innocentes, id est, non nocentes, quia non habent magna cornua elationis, & superbia, quibus alijs nocere uelint. Item nec unguis rapacitatis. Itè nec magnos dentes detractionis sed simpliciter incedunt nemini nocere uolentes, & omnibus prodesse, quantum possunt, cupientes.

**OCTA V O** ouis est animal sobrium. Est enim parco cibo, & parciore potu contenta, non gulosa, aut uorax, ut lupo, canis, aut leo. Sic & iusti paucis sunt contenti, dicentes, cū Apost. 1. ad Tim. 6. habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti sumus. Huius autem contrarium agere uolunt Hæd, Diaboli, qui uolunt laudè pasci, & superflue, atque curiose, & uanè indui, in hoc imitantes in culpa diuitem illū epulonem, de quo. Luc. 15. dicitur quod epulabatur quotidie splendide, & induebatur purpura, & bysso. Iustum est ergo, ut eum tandem imitentur in pena, u. scilicet, post hæc uitam cum eo sepeliantur in inferno. Et sic pater de secundo principali præsentis sermonis, in quo agitur de oue.

**TERTI O** principaliter in præsentī sermone conformiter ad euangelium hodiernum uidendum est de lupo. Circa quod notandum, quod lupo iuxta tres illius proprietates designat tres malorum hominum conditiones. Est enim lupo animal.

**Fallax, Vorax, Mordax.**

**PRIMO** igitur lupo est animal fallax. Nam exterius habet uellus hispidum, & chirsutum. Sed quanto plus hispidior apparet, tanto est crudelior, & deterior. Item solet sub frondibus se abscondere, & dum non uidetur, subito in pedes

infilire. Sic inter homines sunt multi, qui uellus, id est, exteriorem conuersationem habent hispidam, humilem, & austeram, sed interiorem conscientiam habent crudelem, rapidam, & fallacem, quia dum sub frondibus fictionis, & hypocrisis absconduntur, citius, & facilius nocent, dum eorum malitia non cauentur. Hoc patet in hereticis, hoc patet in falsis fratribus, & hypocritis, qui sub uelamine sanctitatis, quandoque exercent opera carnalitates. Propter quod Christus salubriter nos admonet eos uitare dicens illud; Matth. 7. Attendite à falsis prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos. Hæc ibi.

**SECUNDO** lupo est animal uorax. Nam si nocturno tempore intrauerit stabulum ouium, non sufficit suæ uoracitati occidere ouem unam, aut quantum est illi necesse ad replendum uentrem, uerum etiam plures occidit, quas ibi mortuas relinquit. Et quantum ad hoc designat homines gula deditos, quibus habita escarum, & potus copia non sufficit capere ad satietatem, nisi etiam tantum capiant, quod uideantur prædicta per os, & nares (ut uulgo dicitur) reslire. Istud etiam possumus referre ad multos principes, iudices, & communitarium rectores, qui sæpe ad prædā inhiant, & pauperes, ac simplices opprimunt, trucidant, exoriant, & pelle suæ modicissime temporalis substantiæ ipsos attenuant, exuunt, & denudant. Vnde Ezechielis. vigesimo secundo. Principes eius in medio eius lupi rapaces. Nullum ergo est pauperculus ouibus contra tales lupos rapaces remedium, nisi patientia. Nihilominus tales lupi non euadent finaliter iudicium domini. Psalm. Nonne cognoscent omnes, qui operantur iniquitatem, qui deuorant plebem meam, sicut escam panis?

**TERTIO** lupo est animal mordax. Habet enim os ualde apertum, & dentes acutos ad mordendum prædā, quam inuenit. Fertur etiam, quod dentes eius sunt uenulosi, & ideo periculosos mordet. Et quantum ad hoc significat detractores, quorum morsus est adeo uenulosus, quod inficit bonam famam innocentis, eam lædendo,

sedendo, aut ex toto auferendo. De quibus rectè intelligi potest illud Psalm. Linguis suis dolose agebant, uenenum a spidum sub labijs eorù. Quorum os maledictione, & amaritudine plenum est, ueloces pedes eorum ad effundendum sanguinem, dest, ad seminandum, & ad alios referendum distractionem. Ecce quid spiritaliter lupus significat. Et sic patet de tertio principalì.

**Q**UARTO principaliter uidendum est iuxta materiam euangelij de mercenario. Pro quo notandum, quòd duplex est mercenarius, scilicet, bonus, & malus. Mercenarius bonus dicitur ille, qui suscipit curam animarum cum spe retributionis eterne. De quo potest intelligi illud Job. 6. Sicut mercenarij dies eius. Mercenarius malus dicitur ille, qui suscipit curam pastorem propter commoditatem temporale principaliter, & reuera ecclesia hodie habet multos tales mercenarios, quærentes, quæ sua sunt, idest, mercedem temporalem, & non quæ Iesu Christi. Hoc autem tales opere probant in hoc, quòd sine causa rationabili ab ouibus suis se absentant, quasi còrinuè. Quòd si eas semel, aut bis in anno uisitant, hoc magnam beneficium reputant, dicentes, si assidue cum subditis suis moram facerent, minus eos venerantur, eò quòd nimia familiaritas parit contemptum, & sic de similibus. Sed profectò talia eos non excusant. Si uerò contingat tales per dies aliquot cum ouibus moram trahere, & audierint aliquem ex illis peste laborare, mox recedunt, auctoritatem suam uicarijs talibus qualibus committentes. Et hoc est, quod loquitur Christus in presenti euangelio, dicens. Mercenarius autem, qui supple, querit, quæ sua sunt, & qui non est pastor, licet uideatur esse, cuius non sunt proprie oues, eò quòd non amat commodum earum, sed suum, uidet lupum, idest, aduersitatem uenientem, & dimittit oues, etiam localiter, & fugit, quia plus timer pelli suæ, quam saluti animarum subditorum suorum. Non sic autem agit pastor bonus, qui paratus est ponere animam suam, idest, uitam corporalem pro salute spiritali ouium suarum. Et ideo tandem mercedem æternam percipit à domino. Quàm n obis concedet, qui in trinitate perfecta uiuit, & regnat. Amen.



**B**ENEDICIT uos, tanquam aduenas, & peregrinos nos abstinere uos, & c. 1. Petr. 2. Vita presens non debet appellari proprie status, sed tantum futura uita, in qua omnia semper in eodem statu permanent. Status enim à stando dicitur. Constat autem omnia, quæ sub celo sunt, non stare permanenter, sed currere uelociter. Hoc uidemus in corporibus celestibus, & signantur in Sole, Luna, & Stellis. Item in nubibus eorum. Item in auitibus, quæ uolitant per aerem. Item in fluminibus, & piscibus. Item in herbis, & plantis, quæ in uere uirescunt, & in autumno, quasi desiccantur saltè exterius. Item in cunctis animantibus, quæ mouentur, aut grandinuntur super terram, etiam usque ad hominè, qui est nobilissima creatura respectu horum inferiorum, propter quod Salomon. Eccles. 1. ait. Vidi cuncta, quæ sunt sub sole, & ecce uniuersa uanitas. Et de homine quidem expressus loquens. Ps. ait. Vniuersa uanitas omnis homo uiuens. Item alibi. Defecerunt in uanitate dies eorum, scilicet, hominum, & anni eorum cum festinatione. Et iterum. Homo uanitati similis factus est, & dies eius, sicut umbra prætereunt. Hanc etiam uanitatem, & instabilitatem humanæ uitæ in se considerans idem Ps. dicebat ad dominum. Aduena ego sum apud te, & peregrinus sicut omnes patres mei, idest, sicut omnes, qui me præcesserunt. Nam sicut aduena, & peregrinus non habent habitationem stabilem, sic nec omnis homo in presenti, iuxta illud Apost. ad Heb. 13. dicentis. Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Bene ergo, & rectè obsecrando nos admonet beatus Petrus in exordio presentis epistolæ sub nomine aduenarum, & peregrinorum, dicens. Obsecro uos, & c.

**N**OTANDVM ergo, quòd idem Petrus in hac epistola hortatur nos ad multa, uidelicet.

- Ad castitatem,
- Ad exemplaritatem.
- Ad humilitatem.
- Ad libertatem,

in terra inimicorum est, & ideo ingemiscit. Item nescit, quid ei futurum sit, & ideo pertimescit. Vnde Bernar. Vide hō, unde uenis, & erubescit, ubi es, & ingemisce, quod uadis, & pertimesce. Ecce q̄s d̄s spiritaliter ad uena, Peregrinus uerō d̄s ille, qui solo corpore in hac peregrinatione cōstitutus, tota auiditate, & desiderio in illa cęlesti patria cōuersat, ita ut merito possit dicere cū Apost. illud ad Phil. 3. Nostra cōuersatio in cęlis est. Itē cū ps. illud uerbu ad dñm. A te quid uolui super terrā? Et alibi. Renuit consolari aīa mea, scilicet, in istis rebus transitorijs, memor fui Dei, & delectatus sum, & exercitatus sum, supple. in tali memoria, & defecit spiritus meus, scilicet, ex uehementi delectatione, quam habui in tali memoria de Deo, siue in contemplatione illius.

NOTANDVM etiam, q̄ sunt tria signa, per quę facile cognoscitur de aliquo, q̄ sit peregrinus, uel aduena. Primum est si mores retinet alterius prouincię. Secundum, si loquatur linguagiū alterius gentis. Tertium, si affectat illic redire. Sic in proposito per tria predicta cognosci potest de aliquo, si sit peregrinus cęli. Primō quidem, si retinet uitam, & mores electorum Dei. Secundō, si loquatur in laudem Dei, & sanctorum eius. 1. Petri. 4. Si quis loquatur, quasi sermones Dei. Tertio, si affectat ire in cęlum. Videat ergo unusquisque apud semetipsum, si habeat hæc tria, & tunc cognoscere poterit, si sit mansionarius huius mundi, aut aduena, siue peregrinus cęli.

NOTANDVM insuper, quōd non absque causa nos admoeret beatus Petrus abstinere a carnalibus desiderijs. Tum primō quia, ut ibidem subdit, illa militant aduersus animam. Volunt enim eam trahere ad partem suam, ut illis consentiat. Vnde ad Gala. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Item ad Rom. 7. Video, inquit Paulus, aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meę. Tum secundō, quia sunt ut ignis gręcus omnia bona anime eradicās. Vnde Iob trigessimoprimo. Ignis usq; ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina. i. germina uirtutū meritorū, & gratiarū. Tum tertio quia uolēcāt humanā mētē, sicut paruit de duobus illis presertim uolēcāt dormire cum Susanna, de quibus legitur Dan. ecimotertio, q̄ euerterunt sensum suum, & declinaue-

Ad honorabilitatem.  
Ad charitatem.  
Ad timorositatem.  
Ad honorificabilitatem.

PRIMÒ igitur Petrus hortatur cunctos ad castitatem, dicens Charissimi obsecro uos tanquā aduenas, & peregrinos abstinere uos a carnalibus desiderijs, quę, &c. Vbi notandum, quōd debemus libenter facere id, quod nos hortatur Petrus in præsentī epistola. Tum primō propter reuerentiam, & auctoritatem hortantis, quia ipse est ianitor cęli, princeps Apostolorum, & pastor summus ouium Christi. Tum secundō propter utilitatem materię de qua hortatur, ut scilicet, abstinemus nos a carnalibus desiderijs. Tum tertio propter modum hortandi, quia hortatur nos obsecrando, id est, obsecro rogando, & charissimos nos uocando. Vbi insuper notandum, quōd sumus chari beato Petro, quia uinculo naturę sibi connexi. Chariores, uinculo charitatis cum eo fortius ligati. Charissimi uerō, spiritualis fraternitatis ligamine fortissimē sibi astricti. Hic est ergo funiculus triplex, qui difficile rumpitur, ut habetur Eccl. 4. Moraliter. Notandum iuxta illud, tanquā aduenas, & peregrinos, quōd ista tria aduena, peregrinus, mansionarius, sic inter se differunt. Aduena enim dicitur, qui in aliena terra uiuit, sed tamen terrenas possessiones non habet. Peregrinus uerō dicitur, qui transuendo terram alienam præterit, & qui nec uult ibi manere ad uiuendum, nec possessiones acquirere ad manendum. Mansionarius autem dicitur, qui uiuit in aliqua terra, & ibi manet, & possessiones acquirat. Ad propositum mansionarij huius mundi sunt mali, & signanter avari, tenaces, usurarij, & similes, qui statuerunt oculos suos declinare in terram per inordinatum amorem rerum temporalium. Et tales proficiunt, atque prosperantur in rebus huius seculi, iuxta illud Hiere. 12. Plantaſti eos, & radicem miscerunt, proficiunt, & faciunt fructum. Aduena autem dicitur homo, qui quantum non sit malus, nondum tamen est perfectus, sed aliquantulum plus debito amat temporalia, tamen citra Deum. Non enim fraudem, dolum, aut rapinam propter huiusmodi temporalia uellet perpetrare. Animaduertit enim diligenter, unde uenit, & propterea erubescit. Item, q̄

ant oculos suos, ut non uiderent cœlum, neque recordaretur iudiciorum iustorum. Vnde in psal. Supercecidit ignis, scilicet, desideriorum carnalium, & non uiderunt solē, id est, non apprehenderunt Deum seuerè iudicantem, nedū aperta, & manifesta peccata, uerum etiam praua desideria, quantumcunque secreta, & occulta. Sap. 1. In cogitationibus impij interrogatio erit. Vel non uiderunt solem, id est, non habuerunt rectum iudicium practicum de uoluptatibus uitandis, eò, scilicet, quòd huiusmodi iudicium obscuratum est, per carnalia desideria. Et hoc est, quod ait Psal. Supercecidit ignis. Tum quartò, quia in futuam hominem. Vnde 3. Ecl. 4. dicitur, quòd multi amentes facti sunt propter inordinatum amorem mulierum. Tum quintò, quia scandalizant hominem, presertim si ex terius prodeant, per operis carnalis consummationem. Nam nullum uitium est, per quod tantū scandalizetur, homo sicut, per opus carnale. Hinc de Salomone dicitur Ecl. 7. quòd inclinando femora sua mulieribus posuit maculam in gloria sua. Tum sextò, quia auferit gratiam Dei. Tum Gen. 6. ait dominus. Non permanebit spiritus meus, in homine in æternū, eò quòd caro est, id est, carnalis, & lubricus. Tum septimò, quia claudū homini ianuā celestem. Vnde cum Psal. interrogasset semel dominum dicens: Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis, &c. respondit illi dominus dicens. Qui ingreditur sine macula, talis habitabit in tabernaculo meo celesti. Constat, autem, quòd illi, qui subiiciuntur carnalibus desiderijs, non sunt sine macula, ut offensum est de Salomone, ideo tales non ingredientur cœlesti tabernaculum. Hinc Apo. ad Gal. 5. dicit, quòd qui carnalia desideria sequuntur, regnum Dei non consequentur. Tum octauò, quia infernum homini aperiant, ut tandem illic descendat, & perpetuò maneat in tormentis horribilibus, & fetidissimis. Vnde de talibus hominibus loquens Io. Apo. 11. dicit, quòd pars illorum erit in stagno ardentis igne, & sulphure, quod est mors secunda, scilicet corporis, & anime, ut dicit interl. Nam mors prima damnatorum est illa, quæ præcedit iudicij diem, in qua tantum anima punitur. Mors uerò secunda eorundem est illa, quæ sequitur resurrectionem generalem. Tunc enim reprobi præcipit in corpore, & anima. Et dicitur mors propter priuationem

nam uitæ gratiæ, & gloriæ. Tunc ergo pars illorum erit in stagno ardentis, &c. Et nota, quòd dicit pars. Ac si apertè diceret Iohan. quòd reprobi post iudicij diem non solum cruciabantur ab igne, & sulphure, uerumetiam aliunde multipliciter punientur tam ex parte corporis, quàm ex parte anime. Item ad idem propositum loquitur ps. dicens. Ignis, sulphur, & spiritus procellarum, id est, mirabilium tempestatum, pars calicis eorum. Propter hæc ergo, quæ diximus, & his similia meritò debemus abstinere à carnalibus desiderijs, & amare castitatem, prout nos admoñet agere beatus Petrus in principio epistolæ hodiernæ.

SECUNDò beatus Petrus hortatur nos ad sanctam exemplaritatem proximis exhibendam, cum ait. Conuersationem uestram inter gentes habentes bonam. Non quidem solum inter bonos, & iustos, uerumetiam inter peccatores, & peruersos, honestè, & religiosè inter eos conuersando, ut uestro sancto exemplo eos conuertatis, & ad bonum inducatis. Et hoc est, quod subdit dicens. Vt in eo, quod detrahant, id est, frequenter detrahunt de uobis, tanquàm, de malefactoribus uos reputantes malos, ex bonis operibus, quæ uident in uobis relucere, uos considerantes, glorificent Deum in die uisitationis sue, quando, scilicet, conuertentur à uia sua mala. Vel in die uisitationis, quæ erit in die iudicij, quando, scilicet, pro tali conuersatione uestra bona recipietis æternum premium. Ecce quantum prodest dare malis bonum exemplum.

NOTANDVM est autem, quòd conuersatio bonorum cum malis est.

Difficilis, Vtilis, Laudabilis.

PRIMò igitur talis conuersatio est difficilis. Sicut enim difficile est, quòd ouis sana conuertatur diu inter scabiosas sine infectione, aut homo sanus inter leprosos sine contagione, aut ferrum in aqua sine rubigine, sic ualdè difficile est, ut homo iustus, & bonus possit diu cum malis conuersari, & eorum exemplo non maculari, & maximè si sit fragilis, & tenet, seu in conuersatione bona nouellus. Da exemplum de paruo lumine uento exposito, quod difficulter custoditur, & facilliter extinguitur. Da etiam exemplum, quod ponit Chrysost. super Matt. homi. 3. de arbore in uia publica plātata, cuius

cuius fructus raro, & difficulter ad debitam maturitatem perueniunt propter transeuntes. Sic illi, qui publicas societates malorum sequuntur, raro proficiunt, & fructum bonum afferunt. Hinc Psal. Cum peruerso peruerteris. Propterea Io. apoc. 18. dicit se audiuisse uocem de celo dicentē. Exite de Babilone, id est, de societate malorum populus meus, & ne particeps sitis delictorum eius, & de plagis eius non accipiatis. i. ne participando in delicto in presenti, sitis etiā participes in tormentis in futuro. Patet ergo, quod difficile est bonis conuersari cum malis, & nō effici illis similes. Hoc tamen aliquibus perfectis datum est ex speciali Dei gratia, sicut Abrahę, Loth, Noe, & filijs suis, Iudith, Danieli, & multis alijs.

**S E C U N D O**, conuersatio bonorum cum malis est utilis utrisque. Primò quidē ipsis bonis, quia sic augetur per amplius eorum perfectio, quod non sufficit illis tantum propriam procurare salutem, nisi etiam querat malos bonos facere cum bono exemplo, tum doctrina salubri. Sunt ergo boni inter malos, sicut lilij inter spinas, sicut lux in tenebris, sicut granum inter paleas. Secundò, dicta conuersatio est uti lis ipsis malis, quia inde habent materiam edificationis, & occasionem bene agendi. Nam sicut carbo frigidus, seu mortuus approximatus uiuo de facili incenditur, & ignescit, ita & homo malus frequenter ex cohabitatione, & frequentatione bonorum bonus efficitur. In cuius rei signum legitur. 1. Reg. 19. quod Saul cum ministris suis cum propheta Domini prophetauerunt, id est, Deum laudauerunt, ut dicit magister in historia scola. Hinc Senec. epistola. 6. dicit, quod nihil magis animos honestate induit, & in prauum inclinatos ad rectum reuocat, quam bonorum uiuorum conuersatio. Paulatim enim descendit in pectora, & uim præceptorum obtinet frequenter aspici, frequenter uideri. Hęc ille. Dicit etiam Ambro. lib. de bono mortis. c. 9. quod qui bono uiro adheret, assumit inde, quod bonum est. Da exemplum de apibus uolitantibus super flores, quę inde sumunt, quod illis prodest, & inde mel, & ceram conficiunt.

**T E R T I O**, conuersatio bonorum cum malis est ipsis bonis laudabilis, dummodo ex tali conuersatione non relinquunt uitam pristinam. In laudē enim Iob cedit, quod in terra Hus

quam incolebant nequissimi peccatores religiose conuersatus fuerit. Idem dic de Loth in Sodomis. Item de Toboia inter Assyrios, & idololatrās. Itē de beata Agnete in Iupanari. Sic enim in laudem Danielis cedit, quod in medio leonum preseruatus est à suffocatione, à fortiori in laudem iustorum cedit, quod conuersentur inter malos, & tamen ab eis non contaminentur. Hinc Grego. super Ezech. homil. Perfecti inquit bonus non est, nisi qui fuerit, & cum malis bonus, cuius rei signum beatus Iob afferit de seipso dicens. Frater fui draconum, & socius struthionum. Eiusdem. 30. Item idem Gregorius libro. 1. mora. ca. 1. exponens illud uerbum. Vir erat in terra Hus nomine Iob. dicit, quod non est ualde laudabile bonum esse cum bonis, sed bonum esse cum malis. Sicut enim grauior est culpa est inter bonos bonum non esse, ita immensis preconij est etiam bonum inter malos existi se. Hinc Paulus discipulis suis scribens Phil. 2. ait. In medio nationis male, & peruersę inter quos lucetis, sicut luminaria in mundo. Hinc etiam Iohannes Apoc. 2. episcopo Pergami ecclesię scribens ait. Scio, ubi habitas, ubi est sedes Sathane, & tenes nomen meum, & non negasti fidem meam, hinc de nique sancta ecclesia sponsi uoce laudatur, cum in cantico amoris dicitur. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Canticorum 2. Hęc Grego. ubi supra. Patet ergo, quod boni non amissa bonitate sua conuersantes inter malos, sunt de tanta uirtute, & constantia ualde laudandi.

**T E R T I O** principaliter Beatus Petrus in presenti epistola hortatur nos ad humilitatem, cum subdit dicens, Subiecti estote omni humane creature propter Deum, qui, scilicet, exaltat in celo illos, qui in presenti ueraciter fuerint humiles. Luce. 1. Deposuit potentes de sede, id est, superbos angelos de celo, & exaltauit humiles, supple, homines.

**N O T A N D U M** est autem circa hoc, quod triplex est subiectio, siue humilitatis gradus, uidelicet.

Perfectus.

Perfectior.

Perfectissimus.

**P R I M U S** igitur humilitatis gradus dicitur perfectus, & est, cui inferior debere se habet ad superiorē, siue temporalibus, siue in spiritualibus obediēdo. Et quidē de temporali subiectione

exm epificas Petrus ait, siue regi, quasi precellenti. i. tempora. si. iu risdictione maiori, tur ducibus, tanquam ab eo missis. i. ce teris inferioribus officariis temporalibus, qui potestatem a rege accipiunt, ad uindictam malefactorum, id est, ad puniendum malos, laudem uero bonorum, i. ad remunerandum, & exaltandum bonos. De spirituali autem subiectione, que concernit ecclesie prelatos loquitur sapiens Eccl. 4. dicens. Presbytero humilia animam tuam, & magnati humilia caput tuum. De utraque autem subiectione simul loquitur Apostolus Roma. 13. ait, Omnis anima, i. omnis homo potestatis sublimioribus subiecta sit.

SECUNDVS humilitatis, & subiectionis gradus dicitur perfectior, & est, cum quis obedit, siue se subiecit sibi equali, de quo loquitur apostolus Eph. 5. dicens. Subieci uicem in timore Domini. Communiter enim pares inter se contendunt, quis eorum maior appareat, sicut communiter fit inter reges, & principes. Vbi ergo, quis sibi equali se subiecit propter Deum, magne humilitatis est indicium.

TERTIVS subiectionis gradus est perfectissimus, & est, cum quis se subiecit suo inferiori propter Deum. Sic enim egit Christus, de quo legitur Luc. 2. quod erat subditus Ioseph, & Mariæ matri sue. Sic etiam se subiecit Iohanni Bapti. cum ab eo baptizari uoluit. Cui cum dixisset. Iohanes, Ego a te debeo baptizari, & tu uenis ad me? Ait illi. Si nemod. Sic enim decet nos implere omnem iustitiam, id est, perfectam humilitatem. Que est, ut dicit glos. cum quis se inferiori subiecit. Quod si in contrarium obijciatur ex uerbis Augustini iu regula de communi uita clericorum, dicentis, quod ubi prelati sentit se excessisse modum in correctione subditorum, non tamen ab eo exigitur, ut a sibi subditi, ueniam postulet, ne, scilicet, dum nimium seruatur humilitas, regendi frangatur authoritas, sed secundum eum sufficit in tali casu petere ueniam ab omnium domino. Respondetur ad hoc, quod non requiritur a prelati, ut externus subijciantur suis subditis, ne uilescat eorum authoritas. Nihilominus interius, & mente debent omnibus prosterani. Vnde August. in prædicta regula loquens de prelato, dicit suo, honore coram uobis prelati sit uobis, timore coram

re coram Deo, substratus sit pedibus uestris. Debet enim superior uecristimiliter estimare, quod sunt multi inter subditos suos eo meliores coram Deo, quos in corde suo debet sibi præferre. Vnde ad hoc propositum loquens idem August. de uerbis Apostoli ser. 21. dicit sic. Aestimandum est nullum esse hoïem, qui non possit habere aliquid boni, quod tu nondum habes, etiam si lateat, in quo sine dubio possit esse te superior. Et hoc est, quod loquitur Apost. ad Phil. 2. dicens. Nihil per contentionem, aut per inanem gloriam, sed in humilitate mentis alter alterum existimantes superiorem sibi. Hac ille. Patet ergo de triplici gradu subiectionis, siue humilitatis.

QUARTO principaliter beatus Petrus hortatur nos in hodierna epistola ad gratiam libertatem, cum ait. Quasi liberi, & non quasi uelamen habentes malitiæ libertatem. Hec autem uerba dicebat Apostolus ad litteram contra quosdam Christianos primitiue ecclesie, qui dicebant. Quia filius Dei nos liberauit, uere liberi sumus. Vnde propter hoc negabant principibus secularibus sua tributa, & iura abutentes libertate gratiæ. Cuius tamen contrarium præcipit Christus esse faciendum Matth. 22. dicens. Reddite, quæ sunt Cæsaris, Cæsari. Item Apostol. Roman. 13. Reddite, inquit, omnibus debita. Cui tributum, tributum, & cui uectigal, uectigal. Ecce quomodo prædicti abutebantur libertate gratiæ. Vel dic, quod illi habent, quasi uelamen malitiæ libertatem, qui libertatibus, & priuilegijs sibi siue a pontificibus, siue a principibus concessis abutuntur. Exemplum de primo, sicut de multis religiosis exemptis a iurisdictione episcoporum, & ordinariorū, qui hac de causa multa illicita perpetrant contententes de pari cum ecclesie prelati. Vnde & frequenter inde sequuntur multa scandala. Caucant tamen dicti prelati, ne ponant falcem in messem alienam, sed sit quisque sua sorte contentus. Exemplum de secundo, sicut patet de nonnullis clericis, qui prætextu libertatis de tributis non soluendis, interdum comparant certo precio uinum, triticum, & similia, quæ postmodum uendunt, dicentes talia prouenisse ex propria hereditate, siue de fructu beneficiorum suorum, aut ex puro dono. Qui si hac de causa adirentur, non timent peierare. Ec-

ce quomodo libertas prædictis personis concessa cedit eis, & conuertitur per abusum in uelamen malitiæ. Et ideo merentur amittere dictam libertatem, quia ut habetur. 1. 1. q. 3. priuilegium. Priuilegium meretur amittere, qui concessa abutitur potestate.

**Q**UIN T ò principaliter Beatus Petrus hortatur nos ad honorabilitatem, cum subdit dicens. Omnes honorate. Et hoc propter tres rationes. Prima est generalis. Secunda specialis. Tertia specialissima. Prima igitur ratio est generalis, quia, scilicet, omnes sunt ad imaginem Dei facti, & per consequens honorandi. Et hæc ratio est bonis, & malis communis, ideo dicitur generalis. Secunda est specialis, quæ concernit bonum uirtutis, quod uerisimiliter estimamus esse in quolibet proximo, & quod non sentimus in nobismetipsis. Nullus enim quantumcunque perfectus habet omnes uirtutes, sed unus unam, alius aliam. Cuius rationem assignat Grego. super Ezech. homil. undecima, ita dicens. Ideo uni non dantur omnia, ne in superbiam clatus cadat. Sed huic datur, quod tibi non datur, & tibi datur, quod illi denegatur, ut dum iste considerat bonum, quod habes, & ipse non habet, te sibi in cogitatione præferat. Et rursum dum tu habere illum conspicis, quod ipse non habes, tu illi in tua cogitatione postponis, & fiat, quod scriptum est, uidelicet, Phil. 2. Superiores inuicem arbitantes. Deinde exemplificat dicens. Isti uirtus miræ abstinentiæ tribuitur, & tamen uerbum scientiæ non habet. Illi autem datur uerbu scientiæ, & tñ uirtutē perfectę abstinentiæ apprehendere conatur, & nō ualet. Isti datur uirtus prophetiæ, sed tamen presentis proximi egritudinem conspicis, atq; cōpatiens non ualet curare. Mira itaque dispensatione omnipotens Deus sic in electis suis sua dona dispensat, & ut illi det, quod illi denegat, & alteri maius, quod alteri minus tribuit, quatenus dum uel iste habere illum conspicit, quod ipse non habet, uel ille hunc maius accepisse considerat, quod sibi minus adesse pensat, dona Dei alter in altero, idest, uicissim omnes admirerentur, atque ex hac ipsa admiratione alter alteri humilietur, & quem uidet habere, quod non habet, cum diuino iudicio sibi prælatum putet. Hoc patet in Apostolo Paulo, qui mala præcæritæ persecutionis

suę ad Apostolorum innocentem uitam considerans dicebat. Ego sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus uocari Apostolus, quia persecutus sum ecclesiam Dei. Et post pauca dat aliud familiare exemplum, sive similitudinem, ita dicens. Hoc enim agit omnipotens Deus in cordibus hominum, quod facit in regionibus terrarū. Poterat nanque unū cuiilibet regioni fructus omnes tribuere. Sed si unaquaq; bet regio alterius regionis fructu non indigeret, communiōnem cum altera non habuisset. Vnde fit, ut huic uini, alteri olei abundantiam tribuat. Hanc multitudinem pecudum illā uerò ubertate abundare faciat fructuum, ut ea illa deferat, quod illa nō habet, & ista reddat, quæ illa non detulit, per talē communionem gratiæ sibi simul etiam diuersę terrę comuniōne sint. Ita in proposito. Hęc Grego. ubi sup. Practica per oppositum, quomodo superbi considerantes in se uirtutes, quas in alijs non uident, inde superbiunt, & se illis, nedum in cordibus suis, uerueriā in aperto pferunt, nec attendunt bonum, quod alij acceperunt, & quod ipsi non habent. Itē non attendit imperfectiones plurimas, & mala, quę habent, & quę non sunt forsā in alijs, quia si ista considerarent, non extollerentur, sed humiliarentur in cordibus suis, ut per pulchrē deducit idem Greg. super Ezechie. homilia. 10. Et sic patet de ratione speciali, propter quam iubemur ab Apostolo Petro omnes honorare. Tertia ratio est specialissima, & hæc concernit uiros ecclesiasticos, qui rectē, & laudabiliter alijs præstant, de quibus dicit Petrus. Omnes, supple, tales, honorate, quia, ut dicit Apostolus, idest, ad Timo. quinto. Qui bene præsumt presbyteri, duplici honore digni habeantur, uidelicet, quod ad homines, & quod ad Deum. Primò quidem tales sunt honorandi ab hominibus in præsentī. Et hoc iterum dupliciter secundum glossam interlinea, uidelicet, spiritaliter illis obediendo, & temporaliter exteriora eisdem subministrando. Secundo tales in futuro honorabuntur à Deo. Et hoc etiam dupliciter, scilicet, dando illis auream, & aureolam. Esa. 41. In terra sua duplicia possidebunt. Et sic patet de sensu illius propositionis. Omnes honorate.

**S**E X T ò principaliter Beatus Petrus hortatur nos ad uirtutem charitatem, cum subdit dicens: Fraternita-



rem, diligite. Pro quo notandum quòd triplex est fraternitas, quam debemus diligere, scilicet, communis, particularis, singularis. Prima concernit omnes christianos, qui ideo fratres appellantur, eò quòd habent eundem patrem celsè, scilicet, Deum, & eandem matrem, uidelicet, ecclesiam catholicam. Secunda concernit uiros religiosos, qui etiam solent mutuo se uocare fratres. Similiter concernit uiros ecclesiasticos, qui similiter interdum uocant se mutuo fratres, & hoc propter specialem charitatem, quam debent inter se habere. Psalm. Ecce, quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in unum. Tertia concernit consanguineos. Omnibus ergo prædictis loquitur Petrus in præsentì epistola dicens. Fratritatem diligite. Sed, pro dolor, ferè omnes faciunt oppositum. Practica, quomodo hodie inter christianos non est charitas, nec uera amicitia, sed discordia, & pugna. Similiter nec in multis religiosis, aut clericis est mutua fraternitas, sed potius odium, detractio, & inuidia. Item dic de consanguineis, ita ut uideamus hæc tempestate prophetiam. Esa. 9. impletam, quæ dicit. Vir fratris suo non parcat. Item Hiere. 9. Vnusquisque ad proximo suo se custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam, quia omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet, & uir fratrem suum deridebit. Nota de Cain, & Abel. Genesis. 4. Item de Ismaele, & Isaac. Eiusdem. vigesimoprimo. Item de Esau, & Iacob. Gene. 32. Item de Ioseph, & fratribus suis. Eiusdem. 36. Et sic de multis alijs fratribus, inter quos olim fuerunt maxime discordie, & lites immortales. Nec certe sit hodie minus quo ad multos, quia ut habetur Michee. 7. Omnes in sanguine insidiantur, & uir fratrem suum ad mortem uenatur. Item Mat. 10. Tradet frater fratrem in mortem, &c. Ecce quò fraternitatis charitas uersa est in odium fraternitatis.

S E P T I M O principaliter B. Petrus in hodierna epistola hortatur nos ad Dei timorem, cum ait. Deum timere. Non quidem timore seruili, qui fit propter penam uitandam, sed potius timore filiali, qui fit propter ipsius Dei honorem, reuerentiam, & amorem. Solus enim iste timor meretur apud Deum laudem, & premiationem. Practica.

O C T A V O principaliter beatus Petrus hortatur nos ad reuerentiam exhibendam tempore, & loco ijs, qui præsent

in temporalibus. cum ait. Regem honorificate. Pro quo notandum, quòd est triplex rex, quem debemus, & iubemur honorificare. Primus est ille, qui est rex uniuersorū, scilicet, Deus, qui est rex magnus super omnes Deos, ut dicit ps. De quo Esa. trigesimo tertio. Dominus rex noster, legis noster, &cæt. Hunc autem regem debemus summè honorificare, id est, honorem, nedum interius in cordibus nostris, uerum etiã exterius facere. I. Timo. I. Regi seculorum immortalì, inuisibili, soli Deo honor, & gloria in secula seculorum. Secundus rex est spiritualis, id est, qui præest in spiritualibus, ut esse quilibet bonus prælatas. Unde plaros bonos, & iustos allocuens beatus Petrus in sua prima canonica ca. 2. dicit sic. Vos estis genus electum, regale sacerdotium. In cuius rei signum sacerdotes deserunt magnam coronam in capere. Hunc etiam regem debent præcipuè subditi sui honorificare, id est, honorem illi facere. Tertius rex est temporalis, id est, qui præest in temporalibus. Et hunc debent similiter subditi sui honorificare, quasi præcellentem, reddendo ei tributum, ut habetur Matth. vigesimo secundo. Item ad Ro. 13. Cui tributum, tributum, cui uestigal, uestigal, cui timorem, timorem, cui honorem, honorem. Sed profectò multi èt circa hoc errant, qui pro rege temporalì, & querela eius facerent se excoriari, qui tamen summum regem regum uidentur parum timere, & qui non sibi cauent ab offensa illius, neque timore penę, neque amore iustitię, & ideo grauius peccant. Ea quia circa illud prædictum uerbum. Regem honorificate, possent aliqua dicere, hoc esse tantum intelligendum de rege bono, & uirtuoso, non autem de uitioso, & discoloro, ideo Petrus hoc remouet dicens utrique esse obediendum, cum ait. Serui subditi estote in omni timore dominis uestris (sic tamen, quòd summus dominus, qui Deus est, non offeudatur) non tantum bonis, & modestis, sed & discoloris, id est, indisciplinatis, & peruersis. Hæc est enim gratia in Christo Iesu domino nostro, quasi dicat Petrus ijs, qui seruiunt malis regibus, & dominis, quòd sic patienter agendo acquirunt, siue conseruatur gratia Dei. Quam nobis concedat ille, qui in trinitate perfecta uiuit, & regnat. Amen.



**M**ODICVM, & iam nō uidebitis me. Iohan. 6.  
Pro introductione presentis sermonis mouetur  
questio talis. Vtrum Apostoli debuerint  
rationabiliter dolere, & tristari de morte ma-  
gistri sui Iesu Christi? Pro elucidatione, & so-  
lutione huius questionis ponā tres ueritates.

**P**RIMA igitur ueritas. Aliquis potest rationabiliter gau-  
dere, & letari de morte alterius, non quidem de per se, sed de  
per accidens. Nec istud tantum intelligendum est de malis,  
uerum etiam de bonis.

**P**RI-MO quidem possumus rationabiliter gaudere de  
morte malorum, inquantum uerisimiliter æstimamus per mor-  
tem eorum bonos, quos opprimere solebant, pacem habituro-  
rum, & à multis angustijs releuatuos. Et hoc est, quod ait  
Greg. in mora. lib. 2.2. ca. 11. Euenire, inquit, plerunq; solet, ut  
non amissa charitate, & inimici ruina nos lætificet, & rur-  
sum eius gloria sine inuidiæ culpa uos contristet, cum & ruente  
eo quosdam bene erigi credimus, & proficiente illo  
plerosq; iniuste opprimi formidamus. Si enim de inimici  
aduersitate, & morte gaudendum licite non esset, nequaquā  
Psal. dixisset: Letabitur iustus, cum uiderit uindictam, supp-  
impiorum. Hæc Greg. Ecce quomodo, quis potest licite gau-  
dere, & letari de malo alterius, signantei mortis zelo diuine  
iustitiæ, & non zelo uindictæ propriæ. Vel ut dictum est, in-  
quantum æstimatur mors alterius, utpote, tyranni, profutura  
bonis, qui iniuste affliguntur. Et hoc modo gauisi sunt  
filij Israel de submersione Pharaonis, & totius exercitus il-  
lius in mari rubro, ita ut dicerent illud Exod. 15. Cantemus  
Domino, gloriosè enim magnificatus est, equum, & ascenso-  
rem proiecit in mare. Hoc modo etiam letari sunt filij Israel,  
qui erant in Bethulia, quādo ad eos reuertæ est Iudith secum  
deferens caput Holofernis. Iudith. 13. Sic etiam gaudere so-  
let hodie populus Christianus, cum audit aduersarios, & hos-  
tes nominis Christi in bello prostratos. Idem dic de morte  
tyranni, quamuis Christiani.

**S**ED forsā in contrarium dicit quis, hoc non posse sta-  
re,

re, maximè cum militet contra charitatem, quam debemus  
habere ad proximum. Insuper istud prohibetur Prouer. 24.  
ubi sic dicitur: Cum ceciderit, supple, per mortem inimicus  
ruus, ne gaudeas, & in ruina eius, ne exultet cor tuum.  
Et Iob. 31. Si gauisus sum ad ruinam eius, qui me oderat.  
Et nota, quòd ly si, tenetur hic negatiuè, ita ut sit sensus.  
Si pro non.

**S**OLVITIO. prædictæ autoritates, & similes bene prò-  
bant, quòd non est gaudendum de per se de morte, aut in-  
fortunio alterius, quasi zelo uindictæ. Cum quo tamen stat,  
quòd de per accidens possumus inde licite gaudere, ut prò-  
batum est supra. Quod si sit questio de alio infortunio circa  
mortem, tunc etiam licite possumus gaudere, cum uidemus  
Dominū illud inferre alicui peccatori, sperantes, quòd inde  
corrigetur, & melior efficietur. Da exemplum de graui ægri-  
tudine, aut de temporalium amissione, & huiusmodi.

**S**ECONDÒ, possumus rationabiliter gaudere de morte  
bonorum, & iustorum, subintelligendo semper de pro acci-  
dens, utpote, quia speramus eos esse cum Deo, & pro nobis  
apud eum intercessuros, uel quia uidemus eos euasisse mi-  
serias uitæ presentis, & locum quietis perpetuè obtinisse.  
Vnde ad hoc propositum refert Valerius lib. 2. tit. de institutis  
antiquis, de Thracibus, qui desset nauitantes filiorū suo-  
rum, & cum letitia celebrant funera omnium morientium.  
Ratio primi est, quia nascentes intrant labores, & pericula  
humanæ uitæ. Morientes uerò ab huiusmodi eripiuntur.  
De huiusmodi ergo Thracibus uidetur loqui August. lib. de  
uisitacione infirmorum. ca. 1. sic inquit: Fuerunt Philoso-  
phi, qui in ortu pueros lugebāt, in morte autem gaudebant,  
per hoc significantes, quòd homo ad laborem nascitur, ad re-  
quem autem moritur: Idem etiam refert Ambr. lib. de fide  
resurrectionis. ca. 2. ubi uidetur laudare factum talium Philo-  
sophorum. Et sic patet de prima ueritate.

**S**ECONDÀ ueritas. Possumus rationabiliter tristari de  
morte, tam malorum, quàm bonorum.

**P**RI-MO quidem de morte malorum debemus dolere,  
timentes, ne propter malam uitam, quam in præsentia du-  
xerunt, & in ea usque ad uitæ terminum perseverare uisi  
sunt, malè successerit eis in alio sæculo. Vnde propter

hanc causam lugebat mirabiliter pius rex Dauid mortē filij sui Absalom, qui in actuali persecutione patris miserabiliter interierat, suspensus per crines capitis sui ad quamdam quercum. Quo auditio pius pater contristatus est, fleuitq; dicens: Fili mi Absalom: Absalom fili mi: Quis mihi tribuat, ut ego moriar pro te? Absalom fili mi, fili mi Absalom. Quam huiusmodi pertractans August. lib. 3. de doctrina Christiana, dicit, quod Dauid non doluit orbitatem filij sui Absalom in eius interitu, sed quia nouerat in quas pœnas, tam impij filij, tam adultera, & parricidalis anima raperetur. Namq; alio prius filio, qui innocens erat, moriente lætatus est, pro quo tamen egrotante affligebatur. Hęc August. Instat ergo tanti, ac tam sancti regis debent parentes lugere mortem filiorū suorum peruersorum, siue moriantur in bello, siue in brigis, aut societatibus malis, gaudere autem, & Deo gratias agere de morte filiorum suorum Deum, ac ipsos parentes timentium, atque reuerentiam.

**S** E C U N D O de morte iustorum licitè possimus dolere, & tritari, pro eo, quod sunt separati à nobis ad tempus, & quos nobis arbitrabamur adhuc utiles esse, siue pro salubri consilio dando, siue pro bonę uitę exemplo, siue pro alia rationabili causā. Vnde legitur de discipulis beati Martini, quod flebat in obitu eius uberrimè. Similiter legitur de beato Amb. quod flebat amarissimè, quotiescunq; audiebat de obitu alicuius sancti sacerdotis, uel quia se præcesserat, uel quia huiusmodi inuenire difficile erat. Sed profectò uiri mundani interdum multum dolent de morte alicuius magni usurarij, aut diuitis, dicentes magnum damnum esse de morte illius. De morte autem iustorum, & honorum parum curant. Esa. 57. Iustus perit, & non est, qui recogitet in corde suo. Viri misericordiæ colliguntur, & non est, qui intelligat. Et sic patet de secunda ueritate.

**T** E R T I A ueritas, & responsiua ad quæsitum. Apostoli rationabiliter tritari sunt de morte magistri sui Iesu Christi. Pro quo notandum, quod mors, siue passio Christi dupliciter considerari poterat: Vno modo per se, & secundum se, in quantū, scilicet, erat, quedam afflictio morientis, alio modo secundum ordinem ad fructum, ad quem à Domino ordinabatur. Primo modo non erat ab ipso Christo uolita, sed

tantum secundo modo. Apostoli autem tristabantur de ea secundum se considerata, in quantum, scilicet, erat afflictio agni innocentissimi, Domini, & magistri eorum, nihilominus uolebant, & summo desiderio affectabant fructum inde secuturum. Voluntate ergo, ut naturali, dictam passionē nolebant, & ideo inde tristiati sunt, prout canit Ecclesia in hymno dicēs. Tristes erāt Apostoli de uoce sui Domini, quem, &c. Sed uoluntate deliberata, & sequente rectam rationem uolebant dictam passionem, sicut & Deus Pater, cuius uoluntati conformabantur. Et idem iudicium est de beata Virgine Maria, & de ceteris Christi amicis. Vnde de uoluntate Apostolorum primo modo sumpta intelligitur illud Christi uerbum ad eosdem Apostolos, quod habetur in præsentī Euangelio, cum dixit illis: Plorabit, & fletibit uos, mundus autē gaudebit, uos autem contristabimini. Et sic patet ad quæsitum.

In præsentī Euangelio septies refertur hæc dictio ad uerbialiter modicum, sicut patet intuenti textum. Et ideo de dicto aduerbio simul practicando ipsum Euangelium erit præsentis sermo. Aduertendum tamen, quod inuenitur modicum in bonam significationem, & in malam. In bonam quidem significationem inuenitur septuplex modicum in Sacra Scriptura, uidelicet modicum

Pœnitentiæ. Affluentia. Patientia. Abstinentiæ. Compatientiæ. Absentiæ. Præsentia.

**P** R I M O igitur inuenitur modicum pœnitentiæ, de quo Eccl. 51. Modicum laboraui, (inquit, sup. pœnitens) & inueni mihi multam requiem. Quia reuera quis per modicam pœnitentiam in præsentī propter Deum assumptam peruenit ad requiem sempiternam. Nam ut dicit Apost. ad Ro. 8. Non sunt condignę passiones huius temporis ad futurā gloriam, &c. eò quod oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ preparauit Deus diligentibus se. 1. ad Cor. 2. & Sap. 3. In paucis uexari, supp. in præsentī, in multis bene disponitur, scilicet, in futuro. De hoc etiam modico pœnitentiæ loquitur sapiens Eccl. 20. dicens: Est qui multa, sup. peccata redimit modico precio, idest, modica pœnitentia, utpote, modico ieiunio, fletu, aut planctu. Vel qui multa redimit, idest, qui se liberat, & absoluit à multis, & duæ penis alterius seculi, modicā pœnitentia in præsentī tolerata.

lerata. Propter quod sanctus ille Iob petebat in persona penitentis à domino, ut puniret eum in presenti, & non in futuro, dicens. Dimitte me domine, ut plangam paululum dolorem meum, antequam uadam, & non reuertar, ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine, terram miseriae, & tenebrarum, ubi, &c. Iob decimo. Nota ad hoc propositum historiam de Imperatore Mauritio, cui opus data est à domino per angelum, ut eligeret pro suis peccatis in presenti, aut in futuro puniri. Qui tanquam uir prudens elegit in hac uita puniri, ut illi in alio saeculo parceret dominus. Quod & factum est. Nam non multo post Focas imperium usurpauit, & eum cum uxore, & liberis in quandam insulam relegauit. Qui omnia patientissimè ferens tandem gloriosè ad dominum migravit. Ecce quantum prodest modica penitentia in presenti tolerata. Et ideo rectè figuratur per illam paruam ciuitatem, ad quam fugiens Loth saluatus est in subuersione Sodomæ. Gene. 19.

**S E C V N D O** in sacra scriptura inuenitur aliud modicum, quod uocatur modicum affluentiae, supp. temporalis substantiae. De quo in Psal. Melius est modicum iusto, supp. homini, super diuitias peccatorum, supp. auarorum, usurariorum, simoniacorum, iniquorum iudicium, aduocatorum, officiariorum, atq; raptorum, & furum, multas. Et est sensus praedictae auctoritatis, quod melius, & salubrius, atque securius est homini iusto, q̄ habeat modicas diuitias tpales, & maneat in sua iustitia, quam q̄ habeat multas, & sit unus magnus Diabolus per peccatum, quia ut dicit Salomon Proverb. 15. Melius est parum cum timore Dei, quam thesauri magni, & insatiabiles. Nam iustus habens modicas diuitias, habet sufficientiam, ita ut perique talium super hoc interrogati frequenter respondeant se non uelle plus habere, & q̄ multum tenentur Deo de illo modico, quod habent. Et tñ diues auarus habet in corde suo indulgentiam. Oportet enim semper plus habere, etiã quantumcumq; habeat, quia ut dicit Amb. lib. de Naboth Iezraelice ca. 2. Inflammatur lucro auaritia, non eo restinguitur. Hoc autem probat per historiam de Achab rege ditissimo, qui tamen cupiebat habere uineam pauperis Naboth. 3. Regum. 21. Unde diuitiae temporales rectè

compa-

comparantur aquae maris, quae cum sit salua, quanto quis plus de ea bibit, tanto plus sitit. Propter quod de amore teporalium merito potest dici illud uerbum Christi ad mulierem Samaritanam. Omnis qui biberit ex hac aqua, sitiet iterum Iohan. 14. Rectè etiam comparantur guttae aquae frigidae, quae proiecta in ignem uehementem, ipsum non extinguunt, sed potius inflamat. Sic etiam diuitiae peruenientes ad manus auari, non extinguunt ardorem auaritia, quo uritur in corde suo, sed potius ipsum accendunt, & inflamat. Insuper merito comparantur terrae sabulose, quae nunquam sariantur aqua. Unde Ambros. lib. praedictio. cap. 17. metricè loquens de auaro, sic ait. Plurima habere cupit, qui possidet omnia diues. Nempe inopes reddit copia magna uiros. Unde habeant, cura est paucis, sed oportet habere. Per scelus, aquae nephas, pauper ubique iacet. Hoc pater Ambrosi. Nabuth testatur in umbra. Qui pro rure suo rege uolente cadit. Hec Ambrosi. Patet ergo ex dictis, quod diuitiae temporales non satiant auaros, sed potius eos torquent. Propter quod Salomon Proverbio. 19. dicit, quod melior est pauper, qui ambulat in simplicitate, quam diues torquens labia, & insipiens. Et eiusdem. 20. Melius est parum cum laetitia, quam multi fructus cum iniquitate. Gaudeant ergo ueri pauperes, & consolentur, si modicam habeant temporalem substantiam. Nam cum paupertate sua facilius uolabant ad caelum. Exemplum de hoc debeat Martino, de quo canit ecclesia dicens. Martinus hic pauper, & modicus caelum diues ingreditur, hymnis celestibus honoratur.

**T E R T I O** in sacra scriptura inuenitur unum modicum, quod uocatur modicum patientiae, de quo rectè potest intellegi illud Apocalyp. 6. Sustinete adhuc modicum tempus. Ista uerba merito diriguntur ad illos iustos, qui in presenti multa aduersa patiuntur, siue in corpore proprio per aegritudinem, siue in rebus secundis per paupertatem, aut iniustam ablationem, siue in fama, & honore per infamiam, & detractionem. Omnibus ergo talibus, ac similibus dicitur à domino. Sustinete adhuc modicum tempus, omnia talia patienter ferendo usque ad mortem. Sed forsitan dicent tales terminum, quo haec cessabunt, esse ualde prolixum.

lixum, quia usque ad mortem. Sed attendant, quod tantum tempus uitæ presentis non est, nisi unum modicum respectu eternitatis, quæ finem nescit. Vnde in psal. Mille anni, supp. uitæ presentis, ante oculos tuos, id est, respectu eternitatis, sunt tantum hesterni dies, quæ præterijt, id est, parum sunt respectiue, & custodia in nocte. Vbi notandum, quod existentes in bello, diuidunt noctem in quatuor partes, siue uigilias, aut custodias, quarum quælibet habet tres horas. Vult ergo dicere Psalm. q̄ sicut una custodia noctis parum durat, quia tantum per tres horas, & tunc qui uigila nerunt, incipiunt dormire, alijs succedentibus, qui tantundem uigilant in custodijs, ita uita presentis parum durat respectu eternitatis, & uitæ futura. Insuper quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt. Ac si aperte diceret, quod uita presentis, quasi unum, nisi respectu uitæ futura. Est enim de ea, sicut de herba, quæ mane est uiridis, sed si præcindatur, citò arefcit. Et hoc est, quod subdit. psal. de statu hominis pro presentia. Mane, inquit, id est, in iuuentute, sicut herba transeat uespere, id est, in senectute decidat, induret, & arefeat. Possumus etiam ista duo mane, & uespere referre ad eandem diem artificialem. Nam sæpe contingit, quod qui mane sanus surgit de lecto, uespere deferatur ad sepulchrum. Ex quibus omnibus liquidè patet, quod totum tempus uitæ nostræ non est, nisi unum modicum respectu eternitatis, ut dictum est. Et ideo patienter debemus ferre queque aduersa propter dominum, ut tandem ad annos æternos mereamur peruenire.

**Q**UARTO in scriptura sacra inuenimus unum aliud modicum, quod uocatur modicum abstinentie. De quo rectè potest intelligi illud uerbum Apost. ad discipulum suum Timoth. dicentis. Modico uino utere propter stomachi necessitatem. j. ad Timot. 5. Per quod designatur, quod debemus esse sobrijs, sumentes cibum, & potum non ad superfluitatem, sed ad necessitatem, si uelimus consulere salutis corporis, & anime. Vnde August. in regula de communi uitæ clericorum. Carnem uestram domate ieiunijs, & abstinentia escæ, & potus, quantum ualiditè permittit. Item idem libr. 10. confessionum. hoc (inquit) docuisti me domine, ut quem admodum medicamenta, sic alimenta sumpturus accedam.

Cum ergo non sumamus medicamenta, nisi ob necessitatē, quæ uel fugatur, uel timetur, consequens est dicere, quod si uelimus esse ueri temperati, sobrijs, & abstinentes, non debemus sumere cibum, aut potum ad uoluntatem, sed tantum ad necessitatem. Hoc tamē opere implere ualde difficile est, quia ut subdit ibidem idem August. de seipso loquens. Dum ad quietem fatieratis ex indigentie molestia transeo, in ipso transitu insidiatur mihi laqueus concupiscentie. Et cum falsus sit causa edendi, & bibendi, adiungit se tanquam pedissequa iucunditas, & plerunquæ preire cogitur, ut eius causa fiat, quod salutis causa me facere, uel dico, uel uolo. Et quod salutis satis est, delectationi parum est. Hæc ille. Ex dictis patet, quod ualde pauci perueniunt ad uerum modicum abstinentiæ.

**Q**UINTO in sacra scriptura inuenitur unum aliud modicum, quod dicitur modicum compassionis, de quo Ecclesiast. 22. Super mortuum modicum plora. Ex quibus uerbis duo innuuntur. Primum est, quod licitum est plorare super mortuum. Secundum, quod moderatè plorandum est, quia modicum. Primum patet ex sacris historijs, in quibus legimus uiros egregios, & solennes plorasse super mortuos. In primis legitur Gen. 24. quod sanctus ille patriarcha Abraham fleuit mortem uxoris suæ Saræ, quamuis illa senio defecisset. Habebat enim tunc ænos. 127. quando mortè obiit, ut dicitur in eodem cap. Item legitur. 2. Reg. 13. de rege Dauid, quod ualde fleuit mortem filij sui Amnon, quem occiderat frater eius Absalom. Similiter postmodum uberrimè fleuit mortem, & interitum eius Absalom, ut patet. 1. Reg. 10. Nonnè etiam Christus quamuis temperatissimus legitur fleuisse ad sepulchrum Lazari? Iohan. 11. Similiter Maria Magdalena legitur fleuisse ad sepulchrum dominicum, ut patet Iohan. 20. Et sic patet de primo. Secundum autem, scilicet, quod moderatè sit plorandum super mortuum, siue ille sit pater, aut filius, consanguineus, aut amicus, magister, aut dominus, & non effrenatè, siue cum multo ciularu more muliebri, aperte insinuar Apostol. 1. ad Thess. 4. cum ait Fratres nolimus uos ignorare de dormientibus, ut non contristemini, sicut ceteri, qui spem non habent. Ac si aperte diceret, illi meritò debent contristari super morte amicorum.

fuorum, qui non sperant eos ultra uisuros, nec in presenti, nec in futuro, maximè cum non credant futuræ resurrectionem. Secus autem de nobis christianis, qui firmiter credimus carnis resurrectionem. Quam etiam probat persuasivè ibidem Apostolus, cum ait. Si enim credimus, quòd Iesus mortuus est, & resurrexit, ita & Deus eos, qui dormierunt per Iesum, idest, qui mortui sunt in fide Christi formata per charitatem, adducet cum eo, supple, in generali omnium resurrectione collocans eos à dexteris illius, ut habetur. *Matth. vigesimo quinto.* Ecce ergo quare moderatè, & discretè plorandum est, & compatiendum mortuis. Quod etiam uidetur innuere sapiens in uerbis prædictis, ubi ait. Super mortuum modicum plora.

**S E R M O** in eadem scriptura sacra, inuenimus unum aliud modicum, quod uocatur modicum absentiae, de quo Christus Apostolis suis in hodierno euangelio loquitur dicens. Modicum, & iam non uidebitis me. Quæ quidem uerba magnam tristitiam genuerunt in cordibus discipulorum ipsius Christi. Nec quidem tantum semel prædicta uerba pro tulit Christus, uerum etiam pluries eadem repetiuit discipulis suis loquens, ut patet Iohan. 13. cum ait illis. Filioli adhuc modicum nobiscum sum. Item eiusdem 14. Adhuc modicum, & mundus iam me non uidet. Insuper ibidem. Iam nõ multa loquar uobiscum. Cæterum in hodierno euangelio dixit. Modicum, & iam non uidebitis me. Sed cur hoc, maximè cum dolentem animam nihil ita cruciet, ut uerba tristitia continuè, aut pluries reuoluat, seu repetita. Responso, hoc ideo fecit dominus, ut discipulos suos afflueretur, & animaret ad nobilitè ferendum tempore, & loco eius futuram separationem. Quæ enim frequenter prædicuntur, facilius feruntur, cum euenerint iuxta illud Grego. uerbum. *Laucula præuisa minus feruunt.* Est ergo sensus uerborum Christi. Modicum, idest, paruus tempus restat usque ad hoc, quod pariat, & intra sepulchrum clauda et iam non uidebitis me, idest, incipietis me non uidere. Vel sic. Modicum, & iam nõ uidebitis me, idest, modico tempore abscondar ab oculis uestris, quia tantum per triduum. Et sic patet de modico absentiae.

**S E R T I M O** in sacra scriptura inuenitur unũ aliud modicum

dicum, quòd uocatur modicum presentiae. De quo in præfenti Euangelio loquitur saluator Apostolis suis, dicens. Iterum modicum, & uidebitis me. i. post illud modicum, quo me non uidebitis, scilicet, tempore tridui, iterum uidebitis me, scilicet, postquam surrexero à mortuis. Istud tamen modicum diuicius durabit, quàm præcedens, quia quadraginta diebus, in quibus præbeo me ipsum uiuim in multis argumentis apparens uobis. i. uobis multipliciter probans ueritatè meæ resurrectionis, uidelicet, per sensum gustus, tactus, uisus, auditus. Quòd si queratis à me, quare tam modico tempore uidebitis me post resurrectionem meam, certè ratio est, quia uado ad patrem, scilicet, in ascensione mea in celum. Et quia Christi discipuli non intellegebāt, quid ipse diceret uolebat, cum animabat modicum &c. quia, ut dicit Chryso. Tristitia auferebat à mentibus eorum sensum uerborum ipsius, ideo exponit eis, quæ dixerat, scilicet, se moriturum, & resurrecturum, dicens. Amen, amen dico uobis, quia plorabit, & flebitis uos, scilicet, in passione mea, mundus autem. i. iudei, gaudebit, de morte mea. Vos autem ne contristemini, sed consolamini, quia tristitia uestra non diu durabit, sed citò uertetur in gaudium, uidelicet, in mea resurrectione. Vnde Ioan. vigesimo dicitur, gauisi sunt discipuli uiso Domino, scilicet, postquam resurrexit à mortuis. Deinde dat illis similitudinè familiarem, & quod adhuc rudis sensus essent dicens. Mulier, cū parit, &c. Textus est clarus.

**M O R A L I T E R.** Prædicta uerba potest rectè dirigere Christus ad iustos, & electos adhuc in hoc mundo peregrinantes, dicens illis. Modicum etiam non uidebitis me, ac si apertè illis diceret. Modico tempore estis in tenebris huius exilij, quo abscondor à uobis. In presenti enim abscondit dominus faciem suam a uobis, quia, ut dicit Apostolus. *1. ad Cor. 13.* uideamus nunc per speculum, in enigmate. Et iterum modicum, & uidebitis me. i. modicum tempus rectè usque quo perueniatis ad gaudium paradisi, & ideo meritò debetis in spe consolari. Vnde. *1. Petri. 1.* Modicum nunc oportet contristari, &c. Vel sic. Modicum, supple est, omne illud, quòd in presenti, in quo non uidetis me nunc, & apertè, patimini. Et ideo debetis illud patienter ferre in spem futuræ gloriæ, quæ citò dabitur uobis.

QUOD autem illud, quod patimur in presenti, quantumcumque nobis graue, aut longum uideatur, sit unum modicum, possumus probare sexupliciter. Primum quidem ex parte rei, quia ut dicit Apo. ad Ro. 8. Non sunt condigne passionis huius temporis, &c. Secundò uerò ex parte temporis, quia, ut dicit idem Apo. 2. ad Cor. 4. Id, quod in presenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloria pondus operatur in nobis. Hinc Grego. Spes premij minuit um flagelli. Tertiò autem ex parte admixtæ consolationis. Ipse enim piissimus pater cælestis consolatur filios suos, id est, electos in omni tribulatione sua dicens, de quolibet tali illud psal. Cum ipso sum in tribulatione. In cuius figuram legitur. Dan. 3. quòd Angelus domini descendit in fornacem, & fecit mediū fornacis, quasi uentum roris flantem. Et ps. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, cōsolationes tuæ iustificauerunt animam meam. Dicit etiam Apo. 1. ad Cor. 10. quòd dñs semper facit cum tentatione prouentum. Quartò ex consideratione pœnæ debite. Ipse enim dñs Deus misericorditer agit cum electis puniendo eos in presenti proculpis suis leuius, ne tandem puniat eos in purgatorio. Vnde euiliber tali uideret dicere illud Ezech. 4. Diè pro anno dedi tibi. Quintò ex consideratione pœnæ passionis Christi. Heb. 12. Recogitate eum, qui tale sustinuit à peccatoribus aduersum semetipsum contradictionem, ut non fatigemini animis uestris deficientes. Nondum enim usque ad sanguinem restitistis. Sexrò, & ultimò ex consideratione pœnarum, & dolorum, atque grauissimarū passionum, quas in presenti passi sunt sancti Dei Martyres. In cuius figuram legitur. 1. Machabæ. 6. quòd serui Antiochi preliaturi contra Iudam Machabæum habebant in suo exercitu Elephantos triginta duos, quibus ostenderunt sanguinem uiræ, & mori, ad acendum, & animandum eos ad prelium. Sic ecclesia frequenter legit de passionibus sanctorum, ut sic prouocet Christi fideles ad equanimiter tolerandum aduersa. Ad idem etiam propositum facit id, quòd dicebat ille egregius dux belli Iudas Machabæus militibus suis. Mententore, inquit, qualiter salui facti sunt patres nostri in Mari Rubro, id est, in tolerantia martyrij propter Christum. 1. Machabæorum. 4.

PATER

PATER ergo his omnibus, quòd quicquid patimur, aut pati possumus in presenti, est quasi unum modicum. Et ideo debemus omnia aduersa patienter ferre, ut possimus in futuro Christum uidere gloriosè regnantem in cælo. Tunc enim obliuioni tradentur omnes dolores uitæ presentis, & sentiemus, quàm modici fuerunt respectu premij, quòd illis succedet. Et ad hoc persuadendum facit parabola, quam Christus in presenti uerapergit adducit de muliere parturiente, quæ postquàm peperit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundū. Sic, & ueri penitentes iusti, & electi in presenti modicam tristitiam habent. Sed in futuro tristitiæ succedet gaudium, non quidem unius horæ, diei, hebdomadæ, mensis, aut anni, sed perpetuum, de quo concludit Christus in fine euangelij dicens. Et gaudium uestrum nemo toller à uobis. Pater ergo de sexuplici modico sumpto in bonam partem. Et sic de prima parte presentis sermonis.

SECUNDO principaliter uidentum est de modico sumpto in malam partem, seu significationem, scilicet, pro defectu uirtutis. Et quantum ad hunc sensum similiter inuenitur septuplex modicum in sacra scriptura, uidelicet, modicum.

Stabilitatis, Credulitatis, Sagacitatis, Virtuositatis, Durabilitatis, Honorabilitatis.

PRIMUM igitur inuenitur unum modicum in sacra scriptura, quòd uocatur modicum stabilitatis, de quo Esaie. 28. Expecta, reexpecta, modicum ibi, modicum ibi. Ista uerba, possunt esse uerba hominum mundanorum, qui dum momentum ad predicatore ueritatis, siue à quocunque uiro honesto, ut desistant à suis peccatis, & insolentij, respondere solent, quòd oportet expectare usque ad Pascha, & tunc consistebuntur. Quòd autem subditur, modicum ibi, modicum ibi, designat, quòd frequenter tales post Pascha modicum permanent, siue stant in bono statu, & in gratia Dei. Item modicū stāt post Pascha in ecclesia in missa, aut in sermone. Hinc uulgo dicitur, quòd lampredæ, & sermones post Pascha sunt cordari. Tales nempe mundani homines in die sancto Paschæ cantant gloria patri, die sequenti, & filio, die tertio, & spiritui sancto. Quibus tribus diebus sanctissimus expira-

is cantant dicentes saltem opere, & facto, sicut erat in principio, & nunc &c. Ecce modicum stabilitatis multorum Christianorum in bono statu post Pascha. Similiter possumus ista referre ad quosdam, qui delectabiliter interdum audiunt uerbum Dei, ita ut delectentur in leuitia, sed modicum ibi, id est, parum persueuerant, quia mox exeuntes de ecclesia intrant tabernas, aut sequuntur societates mundanorum, siue se occupant ita ardentur rebus seculi, quod obliuiscuntur omnino, que audierant. Et de talibus loquens Christus Luc. 8. comparat eos femini, quod cadit supra petram, quod natum aruit, quia non habebat humorem. Tales, inquit, cum gaudio suscipiunt uerbum Dei, tamen radices non habent, quia ad tempus credunt, & in tempore tētationis recedunt. Ecce modicum stabilitatis, quo ad multos.

**SECUNDUM** inuenitur in sacra scriptura unum aliud modicum, quod uocatur modicum credulitatis. De quo recte potest intelligi illud Christi uerbum ad Petrum clamantem ad eum, ne mergeretur in mari, & dicentem. Domine saluum me fac. Modice, inquit, fidei quare dubitasti? Ac, si aperire illi diceret dominus. O Petre, fides tua ualde parua est, qui dubitasti de submersione me presente, qui impero uentis, & mari, & obediunt mihi, ut dicitur. Matth. octauo. Vnde psalm. Qui conturbas profundum Maris, motum autem fluctuum eius tu mitigas. Practica, quomodo etiam hodie multi habent fidem modicam, aut certe nullam, ut sunt illi, qui pro rebus perditis, aut thesauris inueniendis recurunt ad diuinos, & diuinatrices, contra domini preceptum, de quo Hier. vigesimo septimo. Nolite audire diuinos. Hoc etiam uentant iura ecclesiastica, ut patet. i. q. 1. nunquam. etiam sub poena excommunicationis, ut patet. 21. q. 5. per plura capitula. Hoc tamen intelligitur de excommunicatione ferenda, & non iam lata a iure, ut dicitur ibidem in pluribus locis.

**TERTIUM** inuenitur in sacra scriptura unum aliud modicum sagacitatis. De quo recte potest intelligi illud Christi uerbum Iohan. 1. Adhuc modicum lumen in uobis est. Sunt enim plerique, qui de se praesumentes credunt in omnibus bene agere, & in nullo deficere, ut sunt multi prelati, qui sperant querere consilium ab alijs, & signanter a subditijs, quae.

quantumcumque; probatis, & peritis. Et ideo frequenter multa indifferet faciunt, & praecipunt. Idem etiam iudicium est de multis regibus, & principibus, quibus si frequenter in rebus bellicis male succedit, eoque omnia uolunt disponere ad nutum, cum tamen dicat Salomon Prover. 11. quod ubi multa consilia, ibi salus. Hinc est, quod principibus, & iudicibus deputantur consiliari, qui eos adiuuent in agendis per salubre consilium.

**QUARTUM** inuenitur unum aliud modicum in sacra scriptura, quod uocatur modicum uirtuositatis, de quo beatus Iohannes Apocal. 4. ad quemdam scribens ait. Modicum habes uirtutem. Et reuera idem uerbum potest hodie uerificari de multis uiris, ac mulieribus, ecclesiasticis, & laicis, nobilibus, & rusticis. Nam, ut dicit Grego. in moral. lib. 7. cap. decimo quarto, multi esse uolunt humiles, sed sine despectu, esse contenti proprijs, sed sine necessitate, esse casti, sed sine carnis maceratione, esse patientes, sed sine contumelijs. Hae ille.

**QUINTUM** inuenitur unum aliud modicum in sacra scriptura, quod uocatur modicum durabilitatis, de quo legitur Iacobi. quarto. Quae est uita uestra, nisi uapor ad modicum parens? Quemadmodum ergo uapor terrae, aut aque sursum eleuatus ad modicum uentum cito euanescit, & hinc inde dispergitur, sic etiam est de uita humana. Nam homo, tanquam flos egreditur, & conteritur, scilicet, in morte, & fugit uelut umbra, & nunquam in eodem statu permanet. Vnde Augustinus ad fratres in eremo serm. quadragesimo. qui intitulatur de miseria carnis, dicit, quod sic est de uita nostra, sicut de homine in domo aliena, nesciens qua hora, uel die patronus illi dicat. Vade foras, quia non est tua domus, in qua es. Hae ille. Item idem Augustinus epistola. 111. ad Iulianum comitem, ad idem propositum loquens ait. Cum diluculo surrexerimus, ne ad uesperam confidamus nos peruenire. Et dum in lectulo membra deposuerimus, de lucis non confidamus aduentu. Hae ibi.

**SEXTUM** inuenitur unum aliud modicum in sacra scriptura, quod uocatur modicum taciturnitatis, de quo Iacobi. 4. Lingua quidem modicum membrum est, & magna exaltat, uidelicet, premia aeterna, si bene regitur, uel aeterna supplicia,



supplicia, si male. De primo Proe. 21. Qui custodit os suum, & linguam suam, custodit ab angustia animam suam. De secundo ubi supra. Qui congregat thesauros lingua mendacij, uanus, & excors est, & impingeret ad laqueos mortis. Propter hoc dicebat Psal. ad Dominum: Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labijs meis, ne, scilicet, sum leuis ad loquendum, sed potius taciturnus. Nota de Abbate Agathone, de quo legitur in uitis patrum, quod tenuit continuè per annos tres lapidem in ore, donec taciturnitatem diceret. Nec quidem immeritò, quia ut dicit Greg. super Ezech. homil. 11. culpa est non tacere, quem nulla cogit necessitas loqui. Hæc ille.

**S E P T I M O**, & ultimò inuenitur in Sacra Scriptura unū aliud modicum, quod uocatur modicum honorabilitatis, de quo Iob. 24. Eleuati sunt ad modicum, scilicet, filij huius sæculi, eleuati sunt, inquam, ad honores, præfidentias, & sæculi dignitates, sed hoc ad modicum, quia citò talia capiunt finem. Ideo sequitur, & non subsistent. Vnde Psal. Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros libani. Transiui, & ecce non erat. Quasiui eum, & non, &c. Item idem alibi: Deiecisti eos, scilicet, homines munda nos ambulantes in magnis, dum alleuarentur. Propter ea in persona talium loquens Iob. 30. dicebat, quasi ad fortunam loquens. Eleuasti me, & quasi supra uentum ponens elisisti me ualidè: Et de hoc habetur historia notissima de Aman superbissimo, qui erat secundus post regem Assurum, ante cuius spectum cunctus populus stetebar genua, qui tamen tandem affixus est patibulo, quod Mardocheo uiro iusto, & sancto parari fecerat. Hester. 7. Ecce quàm modicè durant honores præsentis sæculi. Et ideo ualde fatuus est, qui tales appetit, aut in talibus confidit. Studeamus ergo charissimè hæc septem modica pro posse uitare, ut tandem ad id, quod in æternum permanet, scilicet, cælum ualeamus peruenire. Præstante Domino nostro Iesu Christo, qui cum patre, &c.

*Dominica tertia post octauas Pasche, Sermo primus de Epistola.*



**M**NE datum optimū, & omne donū perfectum de sursum est. Iac. 1. Omnipotens Deus, & qui est creator, & Dominus cæli, & terræ, dedit homini ad usum omnia hæc inferiora, & præcipuè quatuor elementa cum his, quæ in eis sunt. Sed salua reuerentia tanti benefactoris nihil est in eis optimum, sed in quolibet elemento semper inuenitur aliqua imperfectio, quod sic patet inductiue. Primum igitur elementū est terra, quæ multam commoditatem affert homini, uidelicet, uites, arbores, herbas uiuentes, & similia. Talem nempe proprietatē contulit ei Deus à principio, quando dixit illud Gen. 1. Germinet terra herbam uirentem, & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum, iuxta genus suum, cuius semen in semetipso sit super terram. Sed non obstantibus tantis bonis, quæ nobis affert terra, ipsa, tamen nō est datum optimum, quia multas imperfectiones affert, sicut patet de serpentibus, & immundis animalibus. Item in luto, & similibus. Propter quod à Philosophis uocatur fex, siue purgamentū aliorum elementorum. Secundum elementum est aqua, quæ affert nobis pisces magnos, & paruos, quibus sustentamur. Sed tamen ipsa non est datum optimū, cum etiam ex ea multæ imperfectiones generentur, ut satis constat. Tertium elementum est aer, qui affert nobis rorem, & pluuiam ad irrigandum terram, ut fructum afferat. Nec tamen ipse est datum optimum, quia dat, & mittit in hæc inferiora multas superfluitates, utpote, grandines, & niues, corruptiones, & infectiones, atque multas, & malas impressiones. Quartum elementum est ignis, qui calefacit, & fouet terræ ualentia. Nec tamen similiter est datum optimum, quia nisi moueretur actiuitas, & uirtus illius, de facili uastaret omnia inferiora. Et sic patet, quod datum optimum, & omne donum perfectum non est de deorsum, nec ab istis inferioribus querendum est, aut expectandum, sed potius à superioribus, prout testatur Apostolus Iacobus in principio Epistolæ hodiernæ dicens: Omne datum optimum, & omne donum perfectum desur-

sum est, quod erat uerbum pro themate assumptum, & præmissum.

**I**N præsentī Epistola tria principaliter tangunt, quæ sunt. Verorum bonorum originatio in principio Epistolæ.

Fructuosa, & salubris instructio, ibi.

Sit omnis homo uelox, &c.

Susceptionis gratiæ Dei conditio, ibi.

Propter quod abijcentes, &c.

**P**RIMÒ igitur in præsentī Epistola tangitur uerorū bonorum originatio, seu processio, cum dicitur: Omne datum optimum, & omne donum perfectū defusum est descendēs à patre luminum. Vbi notandum, quòd per datum optimum intelligitur gratia Dei in præsentī, & per donum perfectum designatur gloria æterna in futuro. Quorum neutrum procedit ab homine, saltem principaliter, sed à patre luminum, id est, à Deo, sicut radius procedit à sole. Ipse enim Deus, solus est auctor omnium spiritualium bonorum, quæ sunt lumina animæ. De quo dicit Apostolus. 1. ad Tim. 6. quòd solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem. De utroq; autem prædictorum simul loquitur Psal. dicens: Gratiam, ecce datum optimum, & gloriam, ecce donum perfectum, dabit Dominus. Ecce, quomodo utrunq; descendit à patre luminum, id est à Deo.

**N**OTANDUM est autem circa hanc clausulam, quòd datum Domini est multiplex, scilicet.

Bonum. Melius. Optimum. Perfectum.

**P**RIMÒ igitur datum Domini est bonum, & illud est bonum temporale, quod dat Dominus, siue pater luminum, qui uult etiam malis, & hoc uarijs de causis.

**P**RIMÒ quidem ad alliciendum, & ad attrahendum hominem peccatorē ad se. Vnde in Psal. Confitebitur tibi, cum benefeceris ei. Et Gregorius in quadam homilia. Ostendis ramum uridum aui, & trahis eam. Trahitur etiā falco cum ostensione carniū. Item canis famelicus cum ostensione panis. Similiter paruulus, cum ostensione pomi. Propterea Greg. lib. 16. moralium cap. 7. dicit, quòd Deus ingratis sua dona non denegat, ut aut benignitatem conditoris erubescant, & ad bonitatem redeant, aut redire omnino contententes inde illic grauius puniantur, unde hic, & bonis Dei largioribus

largioribus mala reddiderunt.

**S**ECUNDÒ ad remunerandum. Mali enim interdum faciunt aliqua opera de genere bonorum, siue ieiunando, siue elemosynam faciendo, siue alijs. Et quia nullum bonum irremuneratum, ut dicit Boetius de cōso. lib. 4. profa. 1. ideo remunerat eos Deus temporalia largiendo in præsentī, eò quòd in futuro nullam remunerationem percipient. Vnde diuiti epuloni in tormentis constituto dictum est. Fili recordare, quia recepisti bona in uita tua. Luc. 16. Legitur etiam. Exo. 1. de obstericibus hebræorum, quòd ædificauit illis domos Dominus, eò quòd tenuissent Dominum saluando uitam masculis Hebræorum.

**T**ERTIÒ ad instruendum. Ipse enim Dominus Deus solem suum oriri facit super bonos, & malos. Item pluit super iustos, & iniustos, ut legitur Matth. 5. & hoc, ut nos instruat benefacere non solum his, qui nos diligunt, uerum etiā his, qui nos oderunt, ut ibidem subditur. Vnde ad Rom. 12. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum. Si sitit, potum da illi. Hoc enim faciens, carbonem ignis congeres super caput eius, id est, prouocabis eum sic agendo ad te diligendum, & tibi reconciliandum.

**Q**UARTÒ ad merendum, supple, peccatorum suorum remissionem. Quia enim multi peccatores excusant à ieiunio, & abstinentia, alij à proluxa oratione, alij à longa peregrinatione, & huiusmodi, ideo dat Dominus diuitias aliquibus, ut non possint se excusare omnino à bono opere, saltem ab operibus pietatis, dicens eis illud. Luc. 6. Date, supple, temporalia, & dabitur uobis, peccatorum quidem uestrorum in præsentī remissio, & regnum cælorum in futuro. Et istud est consilium, quod dedit Daniel propheta regi Nabuchodonosor. Peccata tua, inquit, elemosynis redime. Dan. 4. Per hunc etiam modum gentilis ille dicitus Cornelius centurio tractus est ad fidem Christi, & illuminatus à Deo. Nam de eo legitur Act. 1. quòd uenit ad eum angelus Domini dicens: Corneli, elemosynæ tuæ ascenderunt in còspectu Dei. Mitte ergo, & accersi Simonē, qui cognominatur Petrus. Hic dicit tibi, quid te oporteat facere. Patet ergo de primo dato Domini, quod uocatur bonum temporale, & quare ipse Dominus dat ipsum malis, & peccatoribus.

**S E C U N D U M** datum descendens à patre luminum est melius, quàm sup. præcedens, & istud vocatur bonū naturale. Et iterū istud bonum est duplex. Primum concernit corpus, ut est fortitudo, pulchritudo, sanitas, & similia. Secundum autem concernit animam, & potentias illius, ut esse ad imaginem, & similitudinem Dei. It. m. habere clarum, & acutum intellectum, uoluntatem promptam ad bonum, memoriam tenacem, & huiusmodi. Et hæc omnia descendunt à patre luminum, qui est plasinator hominis. Valde ergo fatui sunt, & grauius peccant illi, qui de fortitudine, aut pulchritudine corporali inaniter gloriantur. Similiter, & illi, qui gloriantur de sapientia sua, aut sciētia, & hm̄. Vnde unūquemq; talē reprehēdens Apost. 1. Cor. 4. ait. Quid habes. s. boni, quod non accepisti, sup. à Deo? Si autē accepisti, quid gloriaris, quasi non accepisti? Ac si aperit diceret Apost. q. homo non debet inaniter gloriari de beneficijs Dei, sed illa eidē attribuere, iuxta illud eiusdē Apostoli uerbu. 2. Co. 10. Qui gloriat, in domino gloriatur. Hinc Jerem. 9. dī, hæc dicit dominus. Non gloriatur sapiens in sapientia sua, & non gloriatur fortis in fortitudine sua, & non gloriatur diues in diuitijs suis, sed in hoc gloriatur, qui gloriatur, scire, & nosse me. Hæc ibi.

**T E R T I U M** datum descendens à patre luminum est optimum, prout dicit Iacobus in p̄nti episto. Illud autē est bonum gratuitum, ut sunt uirtutes infusæ, similiter & gratia. Vnde Apost. Hebr. 13. Optimum est gratia stabilire cor: nõ escis, quæ non profuerunt ambulanti in eis. Nā ipsa gratia est sicut anchora tenens animam in bono stabilem. Illi ergo turpiter errauerunt, qui dixerunt homem nõ indigere gratia Dei, siue ad bene agendum, siue ad uitandum ex oī parte peccatum. Contra quos loquitur decretū, quod incipit placuit. de conse. dist. 4. in finem, ubi dicitur, q. ille est anathema, qui dicit gratiam non requiri ad bene agendum, sed ut quod per liberum arbitrium, facere iubemur, possimus implere facilius.

**Q U A R T U M** datum descendens à patre luminum est perfectum. Et istud uocat beatus Iacobus in p̄nti epistola donum perfectū, p. quod intelligitur gloria cælestis. Propriè em̄ loquendo, nihil est perfectum in isto mundo, etiā loquendo de bonis

de bonis animæ, sed omnia habent quandam imperfectionem annexam. Quamuis em̄ multi sint iusti, hæc tñ imperfectionem habent, q. p̄nt adhuc peccare, & sic à sua p̄fectiōe cadere, sicut de multis accidit. Secus autē in cælo, ubi oēs electi sunt in bono confirmati. Ecce ergo donum perfectū, descendens à patre luminum, quia ipse solus est largitor gloriæ cælestis. Vnde in Psal. Gratiam, & gloriam dabit dñs. Itē perfectum dicit, cui nihil deest. Sola autem beatitudo cælestis est, cui nihil deest. Igitur ipsa sola est donum perfectū. Quod autem ei nihil deest, patet ex uerbis Boethij de cōsol. la. lib. 3. profa. 2. dicentis, quòd beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus. Item in Psal. Satiabor, inquit David, cum apparuerit gloria tua. Et nota circa huiusmodi donum perfectum, siue cæleste gaudium, q. in eo non est transmutatio, nec uicissitudinis obumbratio, ut, scilicet, bonis mala succedant, sed semper in eodem statu petmanet, ut inquit beatus Iacobus in p̄senti epistola dicens. Apud quem, scilicet, Deum, non est transmutatio, nec uicissitudinis obumbratio. Et sic patet de primo principali.

**S E C U N D O** principaliter in p̄senti epistola tangitur fructuosa salubris instructio, cum subditur. Scitis enim, id est, scire debetis fratres mei dilectissimi. Sit omnis homo uelox ad audiendum, &c. Dat ergo nobis beatus Iacobus triplicem instructionem.

Prima tangit aures,

Secunda tangit linguam,

Tertia tangit cor.

**P R I M O** d. igitur Apostolus Iacobus instruit nos quo ad potentiam auditiuum, cum ait. Sit omnis homo uelox ad audiendum, supple, diuina præcepta, uel diuinas laudes, aut aliorum charitatis uerborum correctiones. Vel ad audiendum, quæ sunt agenda, ut sunt bona, & signanter Dei præcepta, pariter & ecclesiæ statuta. Item ad audiendum, quæ sunt fugienda, ut sunt mala, & signanter diuinæ prohibitiones, pariter & ecclesiasticæ censuræ. Item quæ sunt credenda, ut sunt articuli fidei. Item, quæ sunt appetenda, ut sunt gaudia cælestia. Item quæ sunt contemnenda, ut sunt honores mundani, pariter & bona temporalia. Itē, quæ sunt timenda, ut sunt æter

na supplicia. Hoc igitur, & his similia sunt, quæ uelociter, & frequenter debemus audire.

**CIRCA** hanc igitur materiam, queruntur tria, uidelicet.

**Quid** sit audiendum,

**Qualiter** sit audiendum,

**Quare** sit audiendum,

**PRIMÒ** igitur queritur, quid sit audiendū. Ad quod reponderet, quod principaliter nobis præcipi in sacra scriptura ut diuina præcepta audiamus, non tã aure corporis, quam aure cordis. Et de hoc expressè scribit Deuter. 6. ut pater inuenti textum, ubi etiam præcipitur nobis modus audiendi huiusmodi præcepta, cum dicit. Erunt uerba, quæ ego (inquit dominus) præcipio tibi hodie, in corde tuo. Hinc canit ecclesia. Audi Israel præcepta dñi Dei tui, & ea in corde tuo, quasi in libro scribe. Non satis est ergo, nec sufficit ad salutem, ut quis habeat diuina mandata recondita in arca, aut in libro scripta, siue cum impressione parieti affixa, uel in orantur, sicut sunt multi prædicatores, sed necesse est, ut in corde memoriter scribantur, & tempore, & loco impleantur. Sed, proh dolor, hac tempestate multi libentius audiunt scientias lucratiuas, & uanas, quam diuina præcepta. Loquitur Hippocrates de ijs, quæ pertinent ad corpus, & multos habet auditores illi credentes, & suam doctrinam laudantes. Loquitur Iustinianus de possessionibus, & terrenis, & similiter multos habet auditores, eo quod scientia sua est, de pane lucrando. Loquuntur summi pontifices in decretis libris de beneficijs, & pbenendis, & similiter multos habet auditores, præcipuè autem clericos ad beneficia ecclesiastica aspirantes. Loquitur peritus artifex de concernentiâ artem suam, & similiter habet multos auditores. Loquit autem dñs in sacra scriptura nobis sua præcepta tradendo, & ualde paucos habet auditores, saltè, qui ea aure cordis audire uelint. Et ideo non mirum, si frequenter contra nos irascat ipse dominus. Patet ergo, quid sit audiendum.

**SECUNDÒ** queritur qualiter sit audiendum diuinum præceptū. Ad hoc rñdetur, quod audiendum est tripliciter. Primò quidem uelociter, idest, diligenter. Et ad hunc sensum intelligendum est illud uerbum Iacobi in præsentis epistola dicentis. Sit omnis homo uelox, ad audiendum. Vnde Apocalyp.

calyp. 2. Qui habeat aures audiendi, audiat, quid spiritus dicat ecclesijs. Dominus etiam promittit diligenter audientibus eius præcepta specialem remunerationem in præsentibus, præter eam, quæ in futuro expectat, dicens illud Esa. 1. Si me audieritis, mandata mea, sup. obseruando, bona terræ comedetis. Hinc in psal. In custodiendis illis, s. diuinis præceptis, retribuitur multa. Secundò diuinum præceptum est audiendū lætanter iuxta illud psal. Auditui meo dabis gaudium, & lætitiã. Ad taliter autem audiendum diuinum præceptum facit spes maximi premij, quod reddetur in cælo obseruantibus illud. Tertio hmoi diuinum præceptum est audiendum memoriter sine obliuione, & scribendum in pelle libri cordis sine abrasione, & deletionem, ut prius dictum est. In cuius rei signum dominus tradidit Moysi decem præcepta decalogi scripta digito suo in duabus tabulis lapideis, ut patet Exod. 31. item eiusdem. 34. Vnde, & illi, qui uerbu Dei in corde retinent, laudantur à Christo Luc. 8. huius autem contrarium multa faciunt ad quos uerbum Dei ingrediens per unam aurem exit statim per aliam, quia ut habetur Eccl. 21. Cor fatui, quasi uas contractum, omnem sapientiã non tenebit. Patet ergo, qualiter diuinum præceptum sit audiendum.

**TERTIÒ** queritur, quare huiusmodi præceptū diuinū sit audiendum. Ad quod rñdetur, quod est audiendum propter triplicem utilitatem, quam affert. Prima est, quia conseruat hominem in bono, iuxta illud Eccl. 15. Si uolueris mandata conseruare, conseruabunt te. Et est sensus. Si uolueris mã data conseruare, idest, affectu, & effectū seruare, conseruabunt, idest, interius, & exterius seruabunt te ab insidijs dæmonum, & à peccato. Secunda utilitas est multiplex benedictio, quam affert conseruatio illius. Vnde Deuteron. 28. sic legitur. Si audieris uocem domini Dei tui, ut facias, atque custodias oĩa mandata eius, quæ ego (inquit Moyses) præcipio tibi hodie, faciet te dñs Deus tuus exceliorẽ cunctis gètibus, quæ uersant in terra. Venientq; super te uniuersæ benedictiones istæ. Benedictus eris in ciuitate, & benedictus in agro. idest, intus, & foris prosperabis. Benedictus fructus uentris tui, & fructus terræ tuæ, fructusque iumentorum tuorum, greges armentorum tuorum, & caulq; ouiu tuarū.

Benedicta

Benedicta horrea tua. Et sic de alijs multis benedictionibus, quæ ibi continentur. Tertia utilitas est affectio uitæ æternæ, de qua Matth. 19. Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Ia huius autem rei signum prius lex scribitur, deinde historia iudicum textitur, postremò liber regum ponitur, quoniam necesse est, ut hic diuinę legis mandata persiciamus, postmodum ad iudicium ueniamus, ad extremum, si causa non dissonat, cum Christo, sine fine regnabimus, inquit Petrus Damianus in quadam epistola, quæ incipit. Verum hæc illis, quam scribit ad quam illustrem fœminam nomine Blancam. Ecce ergo quare diuina præcepta sunt audienda. Et sic patet de prima instructione, quam dar nobis beatus Iacobus in præsentī epistola, & illa est, quæ tangit aures.

**S E C V N D O** idem Iacobus instruit nos in eadem epistola quo ad linguę usum dicens. Sit omnis homo tardus ad loquendum. Deus enim, & natura dederunt homini duas aures, & unicum os, ad inuendum, quòd debet multa audire, & pauca loqui. Habet etiam homo præ cæteris animalibus, iuxta magnitudinẽ sui corporis os ualde paruam ad insinuandum, quòd debet esse tardus ad loquendum.

**C I R C A**, quod notandum, quòd homo debet uti lingua sua tribus modis, uidelicet.

Utiliter, Rationabiliter, Grauiter.

**P R I M O** igitur debet homo ut lingua sua utiliter sit, scilicet, quòd ordinet uerba sua ad debitum finem. Hoc autem fit tribus modis, secundum quòd lingua est homini data propter tria. Primò quidem ad Deum laudandum. Vnde Ps. dicebat. Laudationem domini loquetur os meum. Et alibi Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudẽ tuam. Ut autẽ dignẽ lingua nostra Deum laudare possimus debemus eam mundam, & puram seruare, quia ut dicit Hieronymus tertia parte epistolarum suarum epistola. 15. Ne phas est, ut labia illa, quibus dominum confiteris, rogas, benedicis, & laudas, alicuius polluantur sordẽ peccati. Nescio, qua conscientia ea lingua, quis dominum rogat, qua autem titur, aut maledicita, aut detrahita. Hæc ille. Secundò lingua est homini data ad proprium commodum tam temporale, quam spirituale. De temporali quidem ad exprimendũ suas cõceptiones, & petendũ suas necessitates. Vñ Philosophus. 1. Per-

Periher dicit, quòd uoces sunt notę carum, quę sunt in anima, passionum. De spirituali uerò commodo data est ad conseruandum, ad orandum, ad consiliũ petendum, & huiusmodi. Tertiò lingua est homini data ad proximum adificandum, & instruendum. Da exemplum de prædicatoribus, confessoribus, & charitatiuẽ proximos suos corrigentibus. Nõ est ergo lingua homini data ad blasphemandum Deum, ad detrahendum, & maledicendum de proximo, ad mentientium peierandum, & falsum testimonium deponendum, ad decipiendum, murmurandum, iniuriandum, aut ad alium abusum.

**S E C V N D O** homo debet uti lingua sua rationabiliter, & discretẽ, ita ut non loquatur absque causa rationabili, quia iuxta Christi testimonium Matt. 12. De omni uerbo ocioso, quod locuti, &c. Est autem ociosum secundum Greg. lib. 7. Moralium, cap. 25. quod ut ratione iustę necessitatis, aut intentione pię utilitatis caret. Hæc ille. Idẽ etiam dicit in suo pastoralis cap. 38. ubi etiam concludit contra loquaces homines, ita dicens. Si ergo ratio de ocioso sermone exigitur, pensemus, quæ pœna multiloquium maneat, in quo etiam per noxia uerba peccatur. Dicit etiam idem Greg. super Ezechiel. Hom. 11. quòd culpa est ei non tacere, quem nulla cogit loqui necessitas. Si ergo uolumus rationabiliter, & discretẽ loqui, debemus pensare secundum eundem Gregoriũ ubi supra immediatẽ, quid loquamur, cui loquamur, quando loquamur, qualiter loquamur, quantum loquamur. Quod si unum horum defuerit, locutio apta non erit. Præctica singula.


**T E R T I O** homo debet uti lingua sua grauiter, ita ut non sit preceps, & leuis ad loquendum, quia ut habetur Pro uerb. 10. in multiloquio non deerit peccatum. Hinc Hier. 3. parte epistolarum suarum epistola. 15. ait, Linguam tuam ad multiloquio cohibe, & ori tuo legis frenos impone. Caue, ne quid, quod in reprehensionem ueniat, dicas. Lapis emissus est seruo prolatus. Quapropter diu, antequam proferã, cogitandus est. Hæc ille. Dicit etiam Horatius in epistolis, quòd semel emissum uolar irreuocabile uerbum. Propterea idem Hiero. 3. parte epistolarum suarum epistola. 22. ad Celsantiam scribit, ita dicens. Sermo tibi fit in omnibus moderatus,

ratus, & parcus. Diu ante considera, quid loquendum sit, & adhuc tacens provide, ne quid dixisse peniteat, verba tua poterit cogitatio, & lingue officium animi libra dispesere. Hec ille. Vnde ad propositum refert Valerius Maximus, lib. 8. ca. 7. de Demosthene Philosopho, dicens, quòd gestabat lapillos in ore suo ad linguæ correctionem. Ecce quomodo dictus Philosophus utebatur lingua sua grauior. Iridem etiã faciebat Psalm. qui de seipso loquens aiebat. Dixi custodiam uias meas, ut non delinquam in lingua mea. Posui in meo custodiam, scilicet, dentes, & labia. Ecce quomodo debet homo uti sua lingua tribus modis. Vnde de ultimo modo uidetur bene loqui Beatus Iacobus in præsentis epistola, cum ait. Sit omnis homo tardus ad loquendum.

**TERTIO** idem Apostolus instruit nos in eadem epistola, qualiter sit cor humanum moderandum contra passionem iræ, cum ait. Sit omnis homo tardus ad iram. Cuius rationem assignat, cum subiungit dicens. Ira enim uiri iustitiam Dei non operatur. Et est sensus, quòd homo cum ira iustitiam faciens, non operatur iustitiam Dei, id est, iustitiam, quæ est secundum Deum, quia iustitia, quæ est secundum Deum, fit cum tranquillitate animi, & cum discretione. Modò secundum poetam Catonem. Impedit ira animum, ne possit cernere uerum. Hinc glo. interlin. dicit, quòd iracundus & si apud homines, tamen apud Deum non est iustus. Bene ergo præcipit Apostolus Iacobus dicens. Sit omnis homo tardus ad iram.

**QUARTO** circa hoc, de qua ira loquitur hic beatus Iacobus, an, scilicet, de ira per zelum, an de ira per uitium. Si de prima loquitur, ut irrationabiliter illam prohibere, quia non debemus esse tardi ad illam, aut remissi. Vnde quia Heli fuit ad illam tardus, in hoc, scilicet, non paruauit duos filios suos secundum exigentiam culpam suarum, ideo punitus est à Deo per mortem. Insuper arca Dei capta est ab aduersarijs in prelio, ut legitur. 1. Reg. 4. Si autem Iacobus loquatur de ira per uitium, uidetur illam concedere, ut saltem possimus quandoque licite irasci, quamuis tardè. Hoc autem est dare cornua peccatoribus, & aperire uiam male irascendi, quod nõ est faciendum, igitur, &c.

**RESPONSO**, dictum beati Iacobi potest rationabiliter intelligi de utraque ira. Primò quidem de ira per uicium, ad quam debet esse tardus homo, ut non irascatur, & discretè illam exequens, & non cum passionis cholera ad illam procedens. Propterea in decretis. 71. quilibet dicitur, quòd cum rector est in ira, non debet eum in iudicio iudicare, eò quòd tunc rationis iudiciũ est uero obfuscatum. Vnde fit ibi habere textus: Restringitur deus ubi ratione potestas, nec quid agendum est, priusquã concitata mens ad tranquillitatem redeat. Nam commotionis tempore iustum putat omnne, quod fecerit. Dicit etiam lex ciuilib, quæ incipit, obseruandum. ff. de offi. præsid. quòd iudex nõ debet plus iusto incandescere in eos, quos malos putat, quia ut dicit deuotus Bern. Epistola. 69. plus irasci, quã irascendum sit, peccatum peccato addere est. Quod autem iudex debeat esse tardus ad iram procedendo ad pœnam contra illũ, cui irascitur, patet exemplo illius, de quo refert Valerius lib. 4. qui cum fuisset grauior offensus à seruo suo, ait illi: Sumpsisti cum te supplicium, nisi tibi iratus essem. Malo enim te impunitum dimittere, quã propter iram iusto grauius punire. Econtra autem legitur de Alexandro magno, quòd semel ira accensus occidit militem sibi charissimũ, de quo postea ira digesta, ira noluit, quòd quasi seipsum occidere uoluit. Vnde fertur. postea tulisse legẽ, ne quis reus occideretur ante. 2. horas. Quæ quidem lex non obseruatur uniuersaliter, sicut patet de præpositis mariscalorum, qui malefactores conuictos, & apprehensos frequenter absque confessione faciunt affigi primæ arbori occurrere. Patet ergo, qualiter ille, qui mouetur ira per zelum ad aliquid faciendum, debet esse tardus ad exequendum iram suam. Secundò prædictum uerbum beati Iacobi potest intelligi de ira per uitium ad hunc sensum, quòd homo debet esse tardus ad iram, id est, nullo modo pronus, ita ut ly tardus capiat merè negatiuè. Et ad hunc etiam sensum debet exponi, & intelligi, quod sequitur: Ira enim uiri, quæ scilicet procedit ex libidine uindictæ, & non ex amore iustitiæ iustitiam Dei non operatur, quia talis procedit sine compassione, uera autem iustitia compassionem habet, non indignationem. Et sic patet de sensu prædictæ propositionis beati Iacobi, in qua dicit: Sit omnis homo tardus ad iram:



Et hoc de secundo principali, in quo datur nobis triplex instructio.

**TERTIÒ** principaliter in presenti Epistola tangitur susceptionis gratiæ Dei conditio, cum subditur: Propter quod abijcietes omnem immunditiam, & abundantiam malitiæ in mansuetudine suscipite inquit uerbum, quod potest saluare animas uestras. Vbi notandum, quod per inquit uerbum intelligitur Christus, qui est uerbum patris, de quo Iohan. 1. in principio, idest, in æternitate, siue in patre erat uerbum. Istud autem uerbum inquit est humana natura in sua incarnatione, quando, scilicet, uerbum caro factum est, & habitauit in nobis. Et hoc totũ, ut saluaret animas nostras, illiusmet testimonium Luc. 19. ubi ait: Venit filius hominis quærere, & saluum facere, quod perierat. Quicunq; ergo cupit suscipere prædictũ uerbum per fidem formatam, siue per gratiam debet abijcere à se omnem immunditiam, sup. exterioris conuersationis, ut est crapula, ebrietas, luxuria, & similia, & abundantiam malitiæ, idest, prauitatem cordis. Vel debet abijcere omnem immunditiam, idest, omnem turpem, & prauam cogitationẽ: Insuper & abundantiam malitiæ, idest, omnem operationem malam, quam uocat hic Iacobus abundantiam malitiæ, quia grauius, & deterius est ceteris paribus peccare cogitatione, & opere simul, quàm cogitatione solum, eo potissimum, quod opus malum natum est intendere affectum malum. Quicunq; autem prædicta debite abiecerit, tandem perueniet ad æternam gloriam. Quam nobis, &c.

*Dominica tertia post octauas Pascha, Sermo secundus de Euangelio.*



**V**ADO ad eum, qui me misit. Iohan. 16. Pro introductione presentis sermonis mouetur questio talis. Vtrum expediat discipulis, quia magister eorũ Christus subtraheret suã presentiam corporealem ab eis? Pro solutione huius questionis ponã aliquas ueritates per ordinem.

**PRIMA** igitur ueritas. Non fuit simpliciter necesse ad salutem discipulorum, ut Christus subtraheret presentiam suam corporealem ab eis. patet sic. Principalis causa, propter quam

quam dicebat expedire dictis discipulis, ut subtraheret suam presentiam corporealem ab eis, erat, ut sic ab eis recedendo, mitteret ad eos Spiritum Sanctũ, prout expressẽ inuinit in presenti Euangelio. Sed non obstante, quod manisset, cum eis etiam secundum presentiam corporealem, nihilominus poterat absolutẽ illis dare Spiritum Sanctum, sicut, & ipse eum recepit in suo baptismo, quando super eum descendit in specie columbe, ut legitur Luc. 3. Non tamen sic eum tunc recepit, quasi prius ipsum nõ habuisset, quia ab instanti suæ conceptionis ipsum cum plenitudine gratiæ acceperat, & non ad mensuram determinatam, sicut, & erri iusti. Et ad hunc sensum intelligitur illud Iohan. 3. Non ad mensuram datur Deus Spiritum, scilicet Christo, ut exponit glos.

**SECUNDA** ueritas. Non decuit, ut Christus manens in statu mortalitatis cum suis discipulis, daret eis Spiritum Sanctum, & hoc propter multa.

**PRIMÒ** quidem propter unitatem Ecclesiæ conseruandam. Nam ut legitur Iohan. 4. Iohannes Baptista in presenti nullum signum fecit, quod ideo fuit, ne populus diuideretur à Christo, & ut euidentius apparet eminentia eius super ipsum Iohannem. Discipuli autem Christi, ita ab eo replendi erant gratia Spiritus Sancti, ut etiam ipsi maiora opera facerent, quàm ipse fecit in terris ambulans, prout illis promiserat Iohan. 13. Et ideo si ante passionẽ fuisset illis datus Spiritus Sanctus, potuisset uerti in dubium apud populum, quis esset Christus, & ita per hunc modum nõ fuisset Ecclesia unita, sed potius diuisa: Hoc autem non decuit fieri. Propter quod Psal. ait: Ascendens Christus in altũ, dedit dona hominibus, idest, Spiritum Sanctũ cum suis donis suis discipulis.

**SECUNDÒ** hoc non decuit propter ipsum Christi dignitatis considerationem. Vt enim dicit August. lib. de trinitate: Christus secundum quod homo non habet illam eminentiam, ut possit dare Spiritum Sanctum, sed tantum secundũ quod Deus. Quando autem cum Apostolis erat, uidebatur esse quasi unus ex illis, idest, purus homo. Ne ergo crederetur, quod homo esset, qui daret Spiritum Sanctum, non decuit, ut illum dare ante suam ascensionem in cælum. Et hoc est, quod scribitur Iohan. 7. Non dũ erat Spiritus Sanctus datus, quia nondum erat Iesus glorificatus.

**TERTIO** hoc idem non decuit propter ipsorum discipulorum indispositionem. Ipsi enim Christo ambulante in terris afficiebantur quodammodo carnali amore ad ipsius humanitatem, nec adhuc erant spirituali amore eleuari ad illius diuinitatem. Modò amor carnalis contrariatur, & opponitur Spiritui Sancto, qui est amor spiritualis, & qui facit hominem spiritualia, & inuisibilia diligere. Igitur, &c.

**QUARTO** hoc idem non decuit propter diuini auxilij conditionem. Nam dictum auxilium maxime adest iustis, & bonis, quando sunt in necessitate constituti. Quando autem Christus cum suis discipulis fuit secundum presentiam carnis, sufficiens auxilium in omni necessitate fuit illis. In cuius rei signum dixit illis Luc. 22. Quando misi uos absque sacco, & pera, & calciamentis, nunquid aliquid de fuit uobis? At illi dixerunt. Nihil. Quia ergo eo recedente multis tribulationibus exponendi erant, statim datus est eis alius consolator, scilicet, Spiritus Sanctus, qui & paracletus dicitur, idest, consolator.

**TERTIA** ueritas, & ad quæsitum responsua. Decuit, ut Christus suam presentiam corporalem subtraheret à suis discipulis. Ista ueritas sic patet. Nam corporalis dilectio discipulorum ad ipsum Christum impediēbat elevationem mentis ipsorum ad superna, & in desiderium suæ diuinitatis. Propter quod uenerabilis Beda in homilia hodierna de ipsis discipulis loquens ait. Expediit, ut forma ferri uestris subtrahatur aspectibus, quatenus amor diuinitatis aperus uestris infigatur mentibus. Quamuis ergo corporalis presentia Christi cum suis discipulis esset secundum se salutaris, & non contraria aduentui Spiritus Sancti, nec impeditua consolationis eiusdem, erat tamen minor. Item erat circa aliud, quia circa ipsius Christi humanitatem, ut dictum est, in tantum etiam feruenter, quod nequibant dicti discipuli se occupati, & affectati surgere ad altiora, idest, ad amorem diuinitatis Christi. Et sic patet ad quæsitum. Bene ergo, & rationabiliter locutus est Christus Apostolis suis, dicens uerba in themate præmissa: Vado ad eum, qui me misit.

In præsentem ergo Euangelio de tribus principaliter fit mentio, uidelicet.

De Christi discessu, in principio Euangelij.

De Spiritu Sancti iucundo aduentu, ibi.

Si autem abiero, mittam eum, &c.

De ipsius aduentu mirabili effectu, ibi.

Cum autem uenerit ille, &c.

**PRIMO** igitur in præsentem Euangelio fit mentio de pio Christi discessu, cum ipse ait: Vado ad eum, qui me misit. Et quia in istis uerbis fit mentio de ascensu Christi in celum, ideo conuenienter præfens Euangelij legitur in hac dominica, quæ per paucos dies præcedit eiusdem Christi ascensionem in celum: Dicit ergo Christus: Vado, sup. in breui ad mortem: Deinde citò ad uos redibo per misericam resurrectionem. Post hæc iterum uado, idest, à uobis in breui recedam per cæli ascensionem. Et nemo ex uobis interrogat me, quò uadis?

**SED** contra. Nam Petrus enim interrogauit dicens. Domine quò uadis? Iohan. 13. Item Thomas cum uideret interrogasse implicite, quando dixit ei. Domine, nescimus, quò uadis. Ac si diceret. Domine, libenter de hoc interrogare uellemus.

**SOLUTIO.** Christus hic loquitur de præsentem, & non de præterito. Quamuis enim aliqui discipuli prius cum super hoc interrogassent, ut exemplificatum est, nihilominus quando protulit uerba presentia, nullus cum interrogauit. Cuius ratio est. Nam pauloante presentia uerba ipse prædixerat eisdem discipulis mala super eos uentura post suam recessum, ut patet in principio dicti capituli Iohan. 16. ubi sic eos allocutus est dicens: Venit hora, ut omnis, qui interficit uos, arbitretur obsequium se præstare Deo. Item dicens illud uerbum: Absque synagogis facient uos, idest, extra synagogas suas uos eijcient Iudei tanquã excommunicatos, & schismaticos, & hoc totum propter me, quia nõ mouerunt patrem, neque me. Ratione ergo talium uerborum ipsi discipuli tantã tristitia in se cõceperat, ut uix loqui possent. Et hoc est, quod ipsemet Christus postea dixit eis: Sed quia hæc locutus sum uobis, tristitia impleuit cor uestrum. Sed ego ueritate dico uobis, expediit uobis, ut ego uadam, quasi diceret: Tristitia impleuit uos ex his, quæ nunc audistis. Sed & si decies milies cõtristamini, nihilominus uos oportet audire, quæ uobis expedit.



Aliàs si non abiero, paraclerus non ueniet ad uos, idest, non eritis idonei eum recipere, & hoc propter amorem carnalem, quem geritis ad me, ut prius expositum est.

**MORALITER** Christus in presenti Euangelio tenuit modum hominis patrisfamilias, qui disponens longe in breui peregrinari, prædicit suæ familiæ recessum suum, quam solet consolari dupliciter. Primò quidem promittendo per aliquem probum uirum se illis in omnibus prouisurum. Secundò uerò promittendo se in continenti reuersurum. Ad propositum ipse Christus imminente suæ passionis tempore fuit, tanquam homo peregre proficiscens, iuxta illud, quod parabolicè locutus est Matth. vigesimo quinto, dicens. Homo quidam peregre proficiscens uocauit seruos suos. Hic ergo paterfamilias peregrinaturus de hoc mundo ad patrem, quasi ualefaciens discipulis suis consolatus est eos prædictis duobus modis. Primò quidem promittendo eis se illis prouisurum in omnibus necessitatibus suis per spiritum sanctum, dicens Si abiero, mittam eum ad uos. Item dicens illud Iohan. 6. Cum uenerit ille spiritus ueritatis, docebit uos omnem ueritatem. Secundò uerò promittendo se in continenti ad eos reuersurum, ut patet ex illis uerbis Iohan. 16. Modicum, & iam non uidebitis me, & iterum modicum, & uidebitis me. Item dicens illud eiusdem Iohan. 14. Vado, & uenio ad uos. Ecce quomodo dupliciter consolatus est Christus discipulos suos cum uoluit peregrinari de hoc mundo per mortem ad patrem.

**MORALITER** etiam iuxta illud Christi uerbum. Vado ad eum, qui me misit, norandum, quòd ipse Christus iuit ad patrem propter multa.

**PRIMÒ** quidem, quasi de suo triumpho gratias acturus. Què quidè in mòre caluarie obtinuerat dimicans còtra Principem huius mundi, quem prostravit cum lancea crucis. Io. 12. Nunc princeps mundi huius eiecerit foras. Item triumphauerat in limbo contra aërias potestates, inde educens sanctos patres. Præterea triumphauerat de porta paradisi, ipsam prius clausam referando perpetuò. Insuper triumphauerat de militibus surgens de sepulchro. Vnde de eo canit ecclesia dicens in hymno Paschali. Consurgit Christus timulo, uictor redit de barathro, tyrannum trudens uinculo,

lo, & referans paradisum. In quibus uerbis tanguntur quatuor prædicta, de quibus triumphauit Christus. Quemadmodum ergo egregius miles, siue dux belli post obtentam uictoriam de aduersarijs redit ad regem, ita & Christus ad patrem.

**SECUNDÒ** Christus iuit ad patrem, quasi causam nostram defensusus, iuxta illud. 1. Iohan. secundo. Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. De eo etiam dicit Apo. ad Ro. 8. quòd ipse est ad dexteram Dei patris, & interpellat pro nobis. Idem etiam dicit ad Hebr. septimo. Modum autem, quo pro nobis ipse Christus interpellat apud Deum patrem in cœlis, declarat glos. ord. super ca. Rom. octauo. dicens, quòd non interpellat uoce, sed uulnerum ostensione, dum, scilicet, graue genus mortis, quod pro nobis sustinuit, patri ostendit, iuxta illud uerbum deuoti Bernard. dicentis. Mater ostendit filio pectus, & ubera, filius patri latus, & uulnera. Nulla ergo potest ibi esse repulsa, ubi tot amoris concurrunt insignia. Notandum est ergo, quòd peritissimus aduocatus tripliciter, & tribus uicibus legitur aduocasse pro nobis. Primò quidem ante passionem, dicens ad Deum patrem illud Iohan. decimo septimo. Ego pro eis rogo, non pro mundo, sed pro his, quos dedisti mihi, quia tui sunt, scilicet, per æternam prædestinationem præuisti, tamen saluandi per meam orationem. Secundò uerò in ipsa passione, dicens Deo patri illud Luc. vigesimo tertio. Pater dimite illis, quia nesciunt, quid faciunt. Tertio autem post cœli Ascensionem, sicut hic. O quam diligentissimus ergo est iste aduocatus, qui omni tempore, & in omni statu interpellat misericordiam iudicis æterni, scilicet, Dei patris pro nobis. Et nota, quòd iste aduocatus, quamuis talis, actantus sit, ut ceteri non sint respectu illius, nisi aduocatus, non tamen exigit a nobis ducatum, aut scutum, sed tantum gratiarum actiones, quod parum est, ideo, &c.

**TERTIÒ** Christus iuit ad patrem hospitium nobis in cœlis preparaturus, prout ipsemet testatus est Iohan. decimo quarto, dicens. Vado uobis parare locum. Et si abiero, & preparauero uobis locum, iterum ueniam, & accipiam uos ad me ipsum, ut ubi sum ego, & uos sitis. Sed nunquid om-

nibus predestinatis locus paratus est Deo per eternam electionem. Quod si sic, quomodo ergo de nouo dicit Christus dominus suis, & consequenter omnibus electis. Vado parare uobis locum? Responsio, ista preparatio intelligitur quo ad apertionem ianue celestis, que de nouo facta est per Christi meritoriam passionem. O inestimabilis igitur Christi charitas, qui nos precessit in celum, nobis locum ibi paraturus, reges enim, ac principes huius seculi quoties uolunt ad aliquam ciuitatem pergere, habent suos precursores, & officarios, cui eos citissime procedunt, omnia ibi preparaturi, que decet regum statum. At uero Christus, quamuis sit rex regum, & dominus dominantium, nihilominus ante seruos suos iuit in celum, ubi paraturus eis locum unicuique secundum decentiam suam, & uite meritum, quia ipse ait Iohan. 14. In domo patris mei mansiones multe sunt.

**Q**UARTO Christus iuit ad patrem mentes nostras quantum in se fuit ad superna cleuaturus, ut enim dicitur Matth. 6. Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Modò ipse Christus in se continet maximum thesaurum, quia ut de eo scribit Apo. ad Colo. 2. In eo sunt omnes thesauri sapientie, & scientie Dei absconditi. Ex quo ergo iste talis, actantus thesaurus est iam repositus, & absconditus in celo, debemus metere, & desiderio ad illum cleuari. Et hoc est, quod ipsemet ait Iohan. duodecimo. Cum exaltatus fuero in terra, omnia traham ad meipsum. Item ad idem propositum ipsemet loquitur Matth. vigesimo quarto. dicens. Vbi fuerit corpus, ibi congregabuntur, & Aquile. Vnde in uigilia Ascensionis sic orat ecclesia in collecta dicens. Presta, quafumus omnipotens Deus, ut nostrae mentis intentio, quod solennitatis uenturae gloriosus author ingressus est, semper intendat, & quo fide pergit, conuersione perueniat.

**Q**UINTO Christus iuit ad patrem apud eum inimicos suos, si non penituerint, grauitate accusaturus, & diciturus illud Osee. 7. Ego redemi eos, & ipsi locuti sunt contra me mendacium. Huiusmodi autem mendacium, quod frequenter loquuntur inimici Christi, id est, peccatores contra eum, est, quod quandoque rerorquent peccatum suum in eum dicentes, quod fecit ipso tales dando illis suum, uel tale complexionem, aut inclinationem, cui etiam non possunt resistere. Vel dictum mendacium est, quod sepe tales promittunt, & signantur

& signanter quoties consentitur, se uelle a cetero abstinere a peccatis, & tamen nihil faciunt. Practica etiam, quomodo ipse Christus in die iudicij accusabit eorum tota curia celestia, ac omnibus demonibus, & reprobis hominibus inimicos suos peccatores de ingratitudine sua, specialiter autem impios Iudeos de crudelitate, & impietate sua, quam exercuerunt contra eum in presenti. Vnde Psal. in persona propria eiusdem Christi. Arguam te, & statuum contra faciem tuam.

**S**EPTIMO Christus iuit ad patrem, quasi de uictoria mercedem accepturus, iuxta illud ad Phil. 2. Humiliatus semetipsum factus obediens patri usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum, & cetera. Item ad Hebr. 2. Videmus Iesum Christum propter passionem mortis gloria, & honore coronatum. Similiter in psal. De torrente in uia bibit. Ecce passio acerbitas. Sequitur. Propterea exaltabit caput. Ecce perceptio mercedis de uictoria. Patet ergo sextuplex ratio, quare Christus hodie dixit discipulis suis. Vado ad eum, qui me misit. Et sic patet de 1. parte presentis Euangelij.

**S**ECONDÒ principaliter in presenti Euangelio fit mentio de spiritu sancti iucundo aduentu, cum dicitur. Si abierit Christus, mitram eum ad uos, id est, faciam uos idoneos ad ipsum recipiendum. Sed quomodo promittit Christus discipulis se ad eos missurum spiritum sanctum, maxime cum non sit locus, in quo non sit dominus? Vnde Psal. Quò ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? Si ascendero in celum, tu illic es, & cetera. Responsio, est spiritus sanctus sit communiter cum omnibus rebus per essentialiam, presentiam, & potentiam, specialiter tamen est cum iustus per gratiam. Specialissimè autem cum Apostolis fuit per donorum suorum exhibitionem. Et quantum ad hoc Christus promittit Apostolis se eum ad ipsos missurum dicens. Si autem abiero, mitram eum ad uos, id est, preparabo uos ad illius susceptionem. Quae autem sit utilitas, aut quis effectus aduentus ipsius spiritus sancti, ostendit Christus, cum subdit dicens. Et cum uenerit ille, arguet, id est, redarguet, supple, per uos. mundum, id est, munda nos homines, de peccato, quod habet, & de iustitia, quam non habet, & de iudicio, quod non timet.

SPECIALITER autem Spiritus Săctus cū uenerit redarguet Iudeos de peccato, quod fecerunt occidendo Christum, & de iustitia, quam omiserunt, & de iudicio diuino quod non timuerunt. Deinde exponit Christus, quod dixerat, dicens. De peccato quidem, sup. in fidelitatis, quia non crederunt in me probatum signis, & miraculis, atque scilicet puris sanctis. Sed quomodo arguet iudeos spiritus sanctus de peccato infidelitatis? Certè per hoc, quod replens Apostolos donis suis faciet per eos signa in nomine meo, cum ipse spiritus sanctus dabitur ab apostolis me inuocato. Hæc Chry. Item arguet. i. redarguet eos de iustitia, sup. mea. Ipsi enim dixerunt me iniustum, & Deo contrarium, iuxta illud Iohan. 9. Nō est hic homo à Deo. At uerò Spiritus Săctus ostendet me iustum, per hoc, scilicet, quia ad patrem uado. Nam nullus potest ire ad patrem, qui non fuerit iustus. De iudicio autem, quia principes mundi huius, iam iudicatus est. Ac si apertè diceret, quod spiritus sanctus per iudicium diaboli confundet iudeos dicentes Christum iniustum. Si enim iniustus fuisset, nequaquam diabolum expugnasset. Sed quomodo iudicatus est diabolus? Solutio. Per Christi resurrectionem, quam spiritus sanctus ostendit. Non enim potuit eum diabolus tenere in morte, quinimo eum spoliavit, suos educens de limbo inferni, ut habetur Zacha. 9. Vel dic breuius, quod spiritus sanctus redarguet impios iudeos de iudicio, quod non timuerunt, quod ramen timere debuerunt, quia princeps mundi huius, id est, diabolus, iam iudicatus est. Proponit ergo Christus iudeis causam timendi diuinum iudicium, eò quod diabolus (qui est nobilior creatura, quàm iudei, siue quàm homo peccator) nō pepercit, quinimo ipsum in abyssum inferni detruxit, ut habetur. 2. Pet. 2.

MORALITER, Exponendo tria prædicta, uidelicet arguet mundum de peccato, de iustitia, & de iudicio, uidentium est, quomodo spiritus sanctus arguit hominem detribus prædictis.

PRIMÒ Igitur arguit, siue redarguit hominem de peccato, & hoc propter inulta, quæ peccando incurrit.

PRIMÒ enim infidelitatem committit frangendo pactum, & fœdus, quod pepigerat cum domino in baptismo, uidelicet, abrenunciando, Sathane, & omnibus pompis eius.

De quo

De quo rectè potest intelligi illud domini uerbum Esa. 55. Feriam uobiscum pactum sempiternum. Si sempiternū, ergo nunquam debet frangi. Si enim pacta irrita inter homines, dummodo sint licita, nullo modo debeant frangi, ut cauet. ff. de actionibus. l. ex impro. Secus autem ubi conuincitur causam inhonestam, utpote, si essent contra bonos mores, quia tunc nullo modo obligant, ut cauetur. C. de pactis. l. pacta. Item. ff. de pactis. l. iuris gentium. Item. l. si unus. §. pacta. Similiter ad idem sunt iura ecclesiastica, ut patet. 1. q. 2. quàm pio. Item di. 8. quæ contra mortem. Item extra de pactis. c. ult. quod incipit pactiones. Quanto minus ergo pactū inuitum inter Deum, & hominē in eius baptismo uiolari, aut frangi debet? Sed, proh dolor, pauci homines facti adulti obseruant huiusmodi pactum, sed passim, & effrenatè multi illud frangunt, inuentes fœdus cum aduersario Christi. i. cū diabolo. Propter quod meritò cōqueritur dominus Esa. 33. dicens. Irritum factum est pactum. Et hæc est causa, quare dominus mittit contra populum suum frequenter famem, pestilentiam, & guerrā. Unde sequitur in prædicto textu Esa. Proiecit dominus ciuitates, nō reputauit homines. Ecce ergo meritò Christum redarguit spiritus sanctus de peccato.

SECUNDÒ meritò spiritus sanctus redarguit hominē de peccato, eò quod peccando ualde ingratum se ostendit erga summum benefactorem suum dominum deum, iuxta illud Deut. 32. Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit. sup. cōtra dominum suum. Da exemplum de equo incrassato. ideo sequitur. Incrassatus, impingatus, dilatatus, dereliquit deū factorem suum, & recessit à Deo salutari suo, qui. f. saluis illius causa descendit de cælis in uterum uirginis, & tandè passus est supplicium mortis. Sequitur. Vidit dominus. sup. talē & tantā hominis peccatoris ingratitudinem, & ad iracundiā concitatus est. i. ad penam inferendam Nec quidem immeritò, quia prouocauerunt eum filij sui, & filiz. i. apostataz Christiani utriusque fexus, & ait, Abscondam faciem meā, id est, uisionem beatificam, ab eis. Nec istud erit totum, uerumetiam considerabo nouissima eorum, id est, quibus tormentis afficiam eos perpetuè in inferno. Gens ergo, sup. ingrata est, absq; consilio, & prudentia, quæ utinam saperent Dei misericordiā, & bonitatem, & intelligerent, quā caduca,

& tran-

& transitoria sunt, omnia pñtia, ac nouissima præuiderent, scilicet per bona opera thesaurizando thesauros in celo, uel nouissima præuiderent, s. inferni tormēta, quæ nouissimè infligentur ingratis, ut ex tali præuisione à peccato cessarēt. Cauemus ergo charissimi nobis ab ingratitude uisio, ne in nouissimo nos inuoluat diuina ultio.

**TERTIÒ** Spiritus sanctus arguit hominem de peccato, eò, quòd peccando ostendit se ualde faruum, & præsertim in hoc, quòd est contentus perdere æternas delicias, & incurre æterna tormenta, dummodo possit momentaneè frui pñtibz delicijs sctidissimis. Momentaneū, inquit Greg. est oēs, quod in præsentī delectat, sed æternum, quod cruciat. Ponus casum, quòd tortor alicuius ciuitatis ducat ad manū per uicos illius pulcherrimam puellam, offerens eam ad nutū cuiuscunq; uolenti eā abuti, tali tñ pacto, quòd, mox completa uoluntate suspendendum in tali, uel tali arbore, ostendens chordas iam paratas ad ligandum, & suspendendū eum. Nō ne tali condicione stante ille apud hoīes reputaretur ualde faruus, qui ueller commiseri cū dicta puella? Applicatio est facilis. Talibus ergo fatuis peccatoribus, cum fuerint in inferno inter manus centum mille Demonum, meritò improperebitur illud uerbum Apostoli ad Roman. 6. *Quem fructum habuistis in illis, in quibus nunc erubescitis? Quin immo ipsimet, nec recognoscent, & fatebuntur suam fatuitatem, dicentes illud Sapient. 5. Errauimus ad, uia ueritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis, & sol intelligentiæ non est ortus nobis. Lassati sumus in uia iniquitatis, & perditionis, & ambulauimus uias difficiles, uiam autè domini ignorauimus. Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarum iactantia quid consulit nobis? Transferunt omnia illa, tanquam umbra, & tanquam nunciū præcurrens, & tanquam nauis, quæ pertransit fluctuantē aquā, cuius, cum præterierit, non est uestigium inuenire. Hęc ubi sup. Ecce ergo quomodo miseri reprobi, ut tormentorum infernaliū fatebuntur suam maximam fatuitatem. Meritò ergo de talis fatuitate arguit eos Spiritus sanctus. Ecce igitur quomodo ipse Spiritus Sanctus arguit, id est, redarguit mundum, hoc est hominem peccatorem de peccato.*

**SECVNDÒ** idem spūs arguit mūdum, i. hoīes mundanos,

nos, de iustitia, quam non fecerunt, uel quam omiserunt. **CIRCA** quod notandū, quòd per iustitiam in proposito intelligitur actus cuiuslibet uirtutis. Meritò ergo ipse spiritus sanctus redarguit homines de iustitia, quam non fecerunt, & hoc propter multa.

**PRIMÒ** quidem, quia talis iustitia est consona naturæ, & quasi naturaliter nobis inrita, saltem quantum ad quandam facilitatem, & inclinationem iuxta illud Iob. 31. Ab infantia creauit mecum miseratio, & de utero matris mecum egressa est. Ipse enim dominus facit nos iudices in hac causa. In cuius figuram legitur Iohan. quarto, quòd quando dominus exigeret portum à muliere Samaritana, id est, operā iustitiæ, & instruebat eam, dixit ei. *Voca uirum tuum, id est, rectam rationem, id est, iudica secundum rationem tuam, utrum debeas hoc, uel illud facere.*

**SECVNDÒ** quia huiusmodi iustitia, secundum, quòd est omnis uirtus, est dulcedine resperfa, iniquitas uerò amaritudinis plena, iuxta illud Eccles. 6. Sapientia doctrinæ secundum nomen eius est, quia sapida est bonis. Sapientia enim à sapore dicitur, uel sapientia dicitur, quasi sapida scientia. Vnde Chrysost. super Matth. 1. Homilia. decimasexta. Satis ad propositum loquens ait. *Quamdiu in uitijs permanens, asperam, atque difficilem, & omnino arduam opinamur esse uirtutem, ipsa uerò uitia desiderabilia profus, atque dulcia. Si autem illa deseramus, tunc horribilia, atque turpia uidebuntur, uirtus autem delectabilis, atque facilis apparebit.* Hęc ille.

**TERTIÒ** quia ipsa iustitia est homini ualde utilis, & fructuosa, iuxta illud. 2. Corinth. 9. *Augebit incrementa frugum iustitiæ uestræ, ut omnibus locupletati abundetis in omnem simplicitatem, id est, elemosynarum largitionem, quæ debet fieri simplici corde.* Hinc saluator ait Lucæ sexto. *Ecce iustitia, capiendi generaliter iustitiam, prout est omnis uirtus.* Et dabitur uobis. *Ecce fructus iustitiæ, id est, misericordiæ.* Dominus enim obseruat consuetudinem regum, & principum huius sæculi, qui maiora stipendia, & pensiones dant illis nobilibus, qui plura exponunt in eorum seruitio. Et hoc etiam requirit equitas. *Vade Proverbiorum. v. decimo. Quidam diuidunt propria*

pria, & ditiores fiunt. Item ubi supra .3. cap. De primitijs frugum tuarum da pauperibus, & implebuntur horrea tua sativitate. Ecce quomodo iustitia est homini utilis, & fructuosa. Meritò ergo ipse spiritus sanctus arguit mundum, idest, mundanos homines, de iustitia, quam non fecerunt.

**TERTIÒ** idem spiritus sanctus arguit mundum, idest, peccatores de iudicio, quod non timuerunt, cum tamen dicat sanctus ille Hieronymus. Quotiescunque diem iudicij intueor, toto corpore contremisco. Item propheta Abacuch dicebat. Audiui, & conturbatus est tenter meus, & uoce contermuertur labia mea. Eiusdem. 3. Item Esaiã dicebat. Corruui, cum audirem, & turbatus sum, cum uiderem. Eiusdem, vigesimo primo.

**NOTANDVM** ergo, quod meritò debemus timere prædictum iudicium, ne nos redarguat spiritus sanctus, tanquã obstinatos, & hoc propter tria.

**PRIMÒ** quidem, quia pluries est nobis prædictum, & comminatum in sacra scriptura. Primò quidem per illum textum Deuter. 32. Iuxta est dies perditionis, & adesse festinant tempora. Secundò per illud Iob. 19. Fugite à facie gladij eius, quoniam ultor iniquitatum gladius eius, & scitote esse iudicium. Tertio per illud Eccl. 12. Cuncta, quæ fiunt, adducet Deus in iudicium pro omni errato, siue bonum, siue malum sit. Quartò per illud Esa. 3. Stat ad iudicandũ dominus, & stat ad iudicandos populos. Dominus ad iudicium ueniet cum senibus populi sui, & principibus eius. Isẽ eiusdem. 22. Dies interfectionis, & conculcationis, & fletuũ domino Deo exercituum in ualle uisionis, idest, ualle adiacente ciuitati Hierusalem, quæ interpretatur uisio pacis. Quæ quidem ualis dicitur uallis Iosaphat, in qua generale celebrabitur iudicium, ut dicitur Ioclis. 3. Quintò per illud Naum. 1. Dominus, in tempestate, & turbine uis eius. Quæ quidem tempestas tanta erit, quòd sola cogitatio illius turbat sanctos Dei prophetas, ut patet de Malachia, qui dicebat. Quis poterit cogitare diem aduentus eius? Eiusdem. 3. Sextò per illud. 2. Corinth. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut recipiat, &c. Sunt, & aliæ auctoritates utriusque testamenti prædicantes finale, & horrendum

Dei

Dei iudicium, quas pertranseo breuitatis causa.

**SECVNDÒ** debemus timere huiusmodi iudicium, quia erit supremum, & per consequens nulla appellatio habebit ibi locum. Insuper iudex Christus, qui est rex, & pontifex, & per consequens cognoscat de omni materia, tam ecclesiastica, quàm ciuili, quàm etiam criminali, quia ut prius dictum est, cuncta, quæ fiunt, adducet Deus in iudicium. Et Apostolus ad Rom. 14. Omnes nos stabimus ante tribunal Christi. Nec, ut dicitur Sapien. 6. accipiet personam cuiusquã Deus in tali iudicio. Nec similiter poterit tunc iudex corrumpi precibus, aut muneribus, quia ut habetur Prouer. 6. Zelus, & furor uiri, idest, Christi in forma humana iudicantis, nõ parceret in die uindictæ, nec acquiescet precibus cuiusquã, nec suscipiet pro redemptione dona plurima, quia supple est satis diues, eo quòd ipsius est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & uniuersi, qui, &c.

**TERTIÒ** debemus timere prædictum iudicium, quia terribile erit, & horrendum, ad Hebr. 10. Terribilis autem quædam expectatio iudicij, & ignis æmulatio, quæ consumptura est aduersarios. Nam tunc ex omni parte terre buntur reprobi. Si enim sursum respicient, ibi uidebunt feuerissimum iudicem Christum iratum, & furentem contra eos, acque terribiliter ipsos increpantem, & dicentem illud Matthei. 25. Esuriui, & non dedistis mihi manducare. Sitiui, & non dedistis mihi bibere. Psalm. Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos. Hinc Amos 3. scribitur. Leo rugiet, quis non timebit? Et Apost. Heb. 10. Horrendum est in cidere in manus Dei uiuentis. Item Sapien. 6. Horrendũ, & citò apparebit uobis, supple, malis, iudex Christus. Si deorsum oculos flectent, uidebunt eos inferni apertum ad eos deglutendum, & præparata indicibilia tormenta. Vnde Matth. 25. Ite maledicti in ignem æternum, qui præparatus est diabolo, & angel. &c. Esa. 30. Præparata est ab Heri thophet, idest, gehenna ignis, quia thophet interpretatur gehenna pauoris, uel ampla pœna uitæ stultorum, id est, peccatorum. Hinc Prouer. 19. dicitur. Parata sunt derisõibus iudicia, & mallei percutientes stultorum, idest, reproborum, corporibus, quando, scilicet, post iudicij diem erunt tales in inferno in corpore, & anima, Si exterius respiciet, uidebunt

nostra recta intentione, scilicet, propter Deum principaliter, & non propter laudem hominum. Et hoc est, quod docet nos Christus facere Mat. 6. dicens. Cum facis cleemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua. Sinistram uero, que frequenter est fortior dextera, in signum, quod debemus esse fortes ad operandum bonum, & ad opere completum ea, que ad predicandum diuini uerbi audimus esse agenda, & facienda a nobis, quia ut dicit Aposto. Rom. 2. non auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Bene ergo iuste, & sancte nos admonet beatus Iacobus in presenti epistola dicens, iuxta uerbum premissum. Estote factores uerbi, non auditores tantum.

**I**N presenti ergo epistola beatus Iacobus tria principaliter facit. Nam.

Primò ad obseruantiam diuinæ legis nos charitatiuè inuitat, dicens. Fratres, &c.

Secundò inanem religiositatem demonstrat, ibi. Si quis putat se, &c.

Tertiò declarat, in quo uera religio consistat, cum subdit. Religio, &c.

**P**rimò igitur, &c. dicens. Charissimi estote factores uerbi, diuini, supple, uel diuinæ legis, & non auditores tantum, fallentes uosmetipsos, scilicet, credendo sufficere ad salutem tantum audire diuinum uerbum, & ipsum non facere opere, & facto. Diuina enim præcepta, ut in pluribus, sunt de agibilibus, & ideo ad illa implenda non sufficit solus auditus, sed etiam requiritur opus pro loco, & tempore. Propter quod dicit Philosophus primo Ethicorum, quod illi, quibus sufficit scientia moralis sine opere, sunt similes illi infirmo, qui libenter, & attentè audit consilium Medici, sed nihil uult facere de omnibus ordinationibus suis. Bene ergo, & salubriter nos admonet beatus Iacobus in principio epistolæ dicens. Estote factores uerbi, idest, rei significatæ per uerbum, & non auditores tantum. Nam qui audit diuinum uerbum, & non facit illud, fallit, & decipit seipsum credens hoc ad salutem sufficere, ut dictum est. Hoc autem ostendit per similitudinem considerantis; se in speculo. Talis enim quodammodo fallitur in hoc, scilicet, quod aliquando credit uidere rem, cum tamen, solum uideat rei imaginem.

Hoc

Hoc autem maximè apparet in paruulis, qui uidentes faciè suam relucere in speculo, quandoque apponunt manum, ut illum apprehendant, & sic falluntur. Sic in proposito deinde beatus Iacobus laudat illum, qui est factor diuini uerbi, siue diuinæ gratiæ, & non auditor tantum, dicens. Qui autem perspexerit in lege perfectè libertatis, idest, in mandatis sacri euangelij, & permanserit in ea, non auditor obliuiosus factus, &c.

**C**IRCA autem istam primam partem epistolæ datur nobis triplex moralis instructio.

**P**RI MA uersatur circa illud primum uerbum. Estote factores uerbi, & non auditores tantum.

**C**IRCA quod iterum notandum, quod homines trifariâ se habent circa diuinam legem, siue circa uerbum Dei.

**P**RI MI enim sunt pessimi, ribaldi, & trufatores, qui nec sunt factores uerbi diuini, nec uolunt illud audire. Et tales comparat psalm. aspidi surde, & obturanti aures suas, ne exaudiat uocem incantantium. Sed quomodo obturat aures suas? Certè inuam obturat extremitate caudæ suæ, aliam uerò per appositionem iuxta terram. Sic & multi mundani peccatores obturant aures cordium suorum illis duobus modis. Primò enim inuam obturant, cum cauda longe uite, de qua præsumunt, dicentes intra se. Tu es adhuc iuuenis, fortis, & potens, & habes secundum cursum naturæ diu uiuere. Ideo duc in bonis dies tuos, & non cures de predicatoribus, neque de istis biguotis, seu etiam melancholicis, qui persuadent esse stendum, & icuiandum in presenti. Oportet enim, quod iuuentus compleat tempus suum. Cum autem fueris, tunc facies penitentiã. Sed tales sunt ualde fatui. Tum primò, quia præsumunt diu ninere, cum tamen Deus posuerit tempora, & momenta in sua potestate, ut habetur Act. 1. Vnde Ecclesiast. 9. Nescit homo finem suum. Propterea nos admonet Christus. Matr. vigesimo quarto, sub parabola de seruo nescientis aque horæ dominus eius uenturus sit. Et ideo debet semper esse paratus, & super custodias suas. Italicè sopra le sue guardie. Dicit etiam Augustin. libro de cordis contritione, in principi. quod nihil certius morte, sed nihil incertius hora mortis. Tum secundò, quia in hoc sunt similes seruo ne-

quàm qui habens administrationem bonorum domini sui dat sibi deterius vinù bibere. *Italice d' un uino suanito, e qua sto, & ipse referat melius, & delicatius pro se. Idè dic de esca alijs.* Propter quò de talibus pie còqueritur dominus dicens illud Psalm. Dederunt in escam meam, fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Tam tertio, quia in hoc sunt similes homini pigro, qui non vult laborare in estate, & ideo patitur multam penuriam in hyeme. Pro qua propulsanda uellet libenter operari, sed non patitur temporis intemperies. Talis autem non erat ille, qui dicebat ad dominum. Fortitudinem meam ad te custodiam. Ergo charissimi, dum tempus habemus, operemur bonum, prout nos admonet Apostolus Gal. sexto. Item ad idem Salomon Ecclesiast. nono. dicens. Quodcumque potest manus tua facere, instanter operare. Nullus ergo amodò præsumat more aspidis obturare aurem cordis sui cum cauda præsumptionis longeuæ uitæ. Secundo viri mundani obturant aliam aurem, cam apponentes iuxta terram, quod fit, cum libenter audiunt loqui de rebus huius sæculi. Da exemplum de diuitibus auaris, qui libenter audiunt loqui de cara uenditione bladi in tali, uel tali foro. Sicut ergo iuxta Iohan. Bapti. testimonium Iohan. tertio. Qui de terra est, de terra loquitur, idest, de terrenis, ita etiam qui de terra est, idest, cuius est terrena affectio, de terra, idest, de terrenis libenter audit loqui.

**S E C V N D I** se habentes circa Deum legem, siue circa uerbum Dei, sunt illi, qui illud aure quidem exteriori audiunt, sed tamen non intrat usque ad corda eorum, quia de toto, quod audiunt, nihil faciunt. Et tales sunt minus mali, quàm primi. Peccant tamen, & punientur æternaliter à Deo in alio sæculo de sua negligentia, nisi forsan penituerint in presenti, quia ut dicit Saluator Luc. duodecimo, seruus sciens uoluntatem domini sui, & non faciens, plagis uapulabit multis. Et Iacobi quarto. Scienti bonum, & non facienti peccatum est illi. Item secunda Petr. 2. Melius est uiam ueritatis non cognoscere, quàm, & cat. Ex quibus omnibus allegationibus concluditur, quòd scientes bonum facere, & non facientes, maius peccatum habent, quàm si nescirent, licet ipsa ignorantia magnum sit peccatum, maxime cum dicat Apostolus, prima. Corinth. decimoquarto.

in quarto. Si quis ignorat, ignorabitur. Et est sensus. Si quis ignorat, idest, respuit scire, què tenetur, ignorabitur, sup. à Deo, qui ad modum ignorantis se habuit, cum in fine tales clamabant dicentes. Domine, domine, aperi nobis. Quibus respondebit dicens. Nescio uos. Matthei. vigesimoquinto. Et eisdem seprimo. Non noui uos, scilicet, notitia approbationis operum uestrorum. Cauemus ergo charissimi, ne simus auditores tantum diuini uerbi, sed & factores.

**T E R T I I** se habentes circa diuinum uerbum sunt illi, qui uerbum ipsum in corde suo retinent, & fructum bonorum operum afferunt tempore, & loco. Et talibus dat Christus benedictionem suam Lucæ undecimo. dicens. Beati, qui audiunt uerbum Dei, & custodiunt illud, opere, supple, & facto ipsum implentes. Et hoc est, ad quod nos admonet Beatus Iacobus in presenti Epistola, dicens. Estote factores uerbi, & non auditores tantum.

**P R I M O** ergo homines, qui respuunt diuinum uerbum, habent in se certum iudicium æternæ mortis futuræ. Nam sicut homo infirmus, qui abhominatur omnem escam, quàm primum illi offertur, aut audit loqui Medicum monentem eum ad comedendum, habet in se signum mortis propinque, ita & illi, qui abhominantur panem doctrinæ, qui dat uitam animæ, habent se in signum mortis æternæ. De quibus rectè potest intelliigi, illud Psalm. Omnem escam abhominata est, anima eorum, & appropinquauerunt, usque ad portas mortis. Vnde de talibus loquens Augustin. super Psalterium, psalmo quinto, quòd illi amaricant Deum, qui peccando in illam agritudinem deueniunt, ut cibum ueritatis, quo sanè animæ gaudeat, tanquàm felleum sustinere non possint.

**S E C V N D I** autem, qui diuinum uerbum audiunt, sed non faciunt. quimodo statim obliuioni illud tradunt, sunt similes illis infirmis, qui cibum sumptum statim reiciunt. Et ideo parum illis prodest audire diuinum uerbum, quia sicut cibus, qui statim sumptus emittitur, non prodest, nec corpori accedit, ut dicit Seneca Epistola. 2. ita in proposito. Melius tamen est talibus diuinum uerbum audire, quàm nō

audire, quāuis ipsum nō retineat memoriter. Pro quo facit exemplū, quod legitur in uitis patrū de illo, qui conuestus est cuidā seni patri dicens, q̄ nihil poterat retinere de auditione diuini uerbi. Hinc ergo iussit fenex duo uasa luto implere usq; ad summū. Quod cum fecisset, iussit unū sic relinqui, alterum autē semel lauare, deinde iterum luto implere, post modū iterum lauare, & sic alternādo pluries. Tandē petiuit fenex ab eo, quod horū uasorū mundius esset. Qui cum respondisset illud esse, quod pluries sordibus impletum fuerat, atque pluries lotum aqua, ita (inquit fenex) illi sunt randem puriores coram Deo, qui pluries audiunt uerbum Dei, quamuis ipsum non retineant, quāam qui ipsum audire nolunt.

TERTII uero, qui diuinum uerbum audiunt, & corde retinent ipsum etiā opere cōplentes, sunt similes hominibus fanis, qui cibum sumptum cum s̄uitate masticant dentibus suis, atq; auidē deglutiunt, ipsum corpori suo incorporantes. Nam ut dicit Chrysof. super Mattheum in opere imperfecto hom. 40. sicut non sentimus saporem cibi qualiscunq; nisi primum ipsum dentibus masticauerimus, ita & nisi masticauerimus uerbum, quod audiuius illud tractantes in nobis, non possumus intelligere uirtutem illius. Et sicut cibum masticatum dimittimus ad stomachum, ita & uerbum salutis, postquā ipsum masticauerimus, debemus illud commendare memorię, quasi stomacho. Cibis autē si mox sumptus euomitur, non prodest quicquam, ita nec in proposito. In cuius figuram, & apud Iudeos illa animalia munda reputabantur, quę ruminabant. Hęc Chrysofotomus ubi supra. Simus ergo charissimi factores uerbi, & non auditores tantum. Et sic patet de prima instructione, quę nobis datur in prima parte Epistolę presentis.

SECUNDA instructio moralis, quę nobis datur in eadem prima parte Epistolę hodiernę, uersatur circa illud uerbum, quod sequitur: Fallentes uosmetipsos. Circa quod notandum, quod multi sunt, qui fallunt semetipsos.

PRIMI sunt, qui nimis præsumunt de Dei misericordia, quasi nihil attribuentes suę iustitię, tanquā ipse Deus sic excederet in misericordia, quod uellet relinquere mala impunita. Cuiusmodi sunt illi, qui dicunt, quod Deus neminem

vult

uult damnari, & quod si sciuisset de aliquo, quod debuisset damnari, nunquam creasset eum. Sed tales seipfos turpiter fallunt, maximē cum uniuersa scriptura clamet, & protestetur Deum esse iustū iudicem, sicut & misericordē. Vnde Psal. Duo hæc audiui, quia potestas Dei est, & tibi Domine misericordia. Potestas, inquam, ad puniendum malos. Ecce opus iustitię. Et misericordia ad remunerandum bonos, etiā supra condignum. Quia tu reddes unicuiq; iuxta opera sua. Et idem alibi: Misericordiam, & iudicium cantabo tibi Domine. Misericordiam, inquam, in presenti in remittendo peccata, & iudicium in futuro in puniendo delicta. Item de istis duobus simul loquitur Boetius de cōsolatione lib. 4. profa. 1. Nec (inquit) sine pœna esse uitia. Ecce opus iustitię. Nec sine premio uirtutes. Ecce misericordia. De præditis ergo presumptoribus, & seipfos fallentibus loquens Augustinus libro de uera, & falsa pœnitentia. ca. 6. sic ait. Sunt nonnulli, qui adeo præsumunt de Dei misericordia, quod quandam sibi licentiam acquirunt peccandi, & licentiam expectant ueniam; quia credunt, eod quod Christiani sunt, non posse damnari, adularis sibi, eod quod scriptum est: Omnis, qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Ipsi autem dicunt se inuocare nomen Domini per hoc, quod fidē eius susceperunt, & tenent. Præterea dicunt: Quid prodesset Christū uenisse, si mali ita perirent, sicut & ante aduentum eius? Sed responderet Augustinus dicens, quod tales neq; Domini cōminationes, neq; Apostolorum uerba attendunt, qui fornicatoribus, & criminosis peccatoribus, tam multipliciter, & toties pœnas promittunt uniuersis. Hęc ille. Ecce ergo qualiter nimium præsumentes de Dei misericordia fallunt semetipsos.

SECUNDI fallentes semetipsos sunt illi, qui peccant sub spe uenię, dicentes illud Eccl. 5. Misericordia Domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur. Contra quos loquens Augustinus libro de s̄be ad Petrum ait: Nullus hominum debet sub spe misericordię Dei se tuis diutius remanere peccatis, cum etiā in ipso corpore nunc uelut sub spe future salutis diutius ægorant. Tales enim, qui ab iniquitatibus suis recedere negligunt, & sibi de Deo indulgentiam repromittunt, nonnunquam ita præueniuntur re-

99

penitentię



pentino Dei furore, ut nec cōuersionis tempus, nec remissionis beneficium inueniant. Propter quod unumquemq; nostrum benignè præmonet scriptura dicens: Ne tardes conuerti ad Dominū, & ne differas de die in diem, subitō enim uenit ira eius, & in tempore uindictę disperdet te. Eccl. 5. & Dauid in Psal. Hodie si uocē Domini audieritis, nolite obdurare corda uestra. Hęc ibi. Item ut dicit idē Augustinus ad fratres in eremo serm. 30. Promisit Deus ueniam pœnitenti, sed non promisit ueniam in crastinum differenti. Dicit etiam Gelasius Papa, prout recitatur. 24. quęst. 2. legatur, q̄ Deus uon dat ueniam in errore durantibus, sed se corrigentibus.

**TERTII** fallentes semetipsos sunt illi peccatores, qui ab alijs peccatoribus assumunt sibi exemplū peccandi, dicentes: Si ego peccator sum, peccauit etiam & Dauid, peccauit Petrus, peccauit Paulus, peccauit & Magdalena, ac similes, qui tamen per pœnitentiam nunc gloriose regnant in cęlis. Sic spero, de me erit. Quinimo Ecclesia uidetur præhonore multos peccatores multis iustis. Præcipuē autem Dauid adulterū, Paulum Ecclesię persecutorē, & Mattheum rebus seculi deditum in hoc, scilicet, quod de eorum scripturis in officio suo frequentius legit, quàm de cęteris, qui scripserūt, siue fuerint prophete, siue Euangeliste, siue Apostoli. Nam de Psalmis Dauid frequentissimē legit. Item de Euangelio Matthęi. Similiter de epistolis Pauli. Ecce quomodo multi peccatores fallunt semetipsos in hoc, q̄ proponunt sibi in exemplum graues peccatores, qui tamen per pœnitentiā ad Dominum cōuersi sunt, ita ut multi eorum nunc sint de primis cum Christo regnantibus in cęlo. Vnde ex hac palliata occasione efficiuntur ad peccata, & scelera multa proliuiores. Sed profecto tales, (ut in communi prouerbio dicitur) accipiunt vaccam absque cauda, in hoc, scilicet, q̄ uolūt huiusmodi sanctos imitari in culpa, sed non in pœnitentia. Vnde ad propositum loquens Augustinus homil. 21. dicit sic: Multi uolunt cadere cum Dauid, & nolunt surgere cum Dauid. Non ergo cadendi exemplum illis propositum est in Dauid, sed si quis ceciderit, resurgendi. Dicunt ergo mali patrociniū peccandi sibi quærentes. Si Dauid adulterium cōmissit, cur non ego? Sed tales attendant, quod Dauid nullum sibi in exemplum proposuerat iniquitatis sicut, & illi. Ceciderat

enim lapsu cupiditatis, nō patrociniū sanctitatis. Hęc Augustinus supra. Patet ergo de triplici differentia hominum seipso fallentium. Et per consequens patet de secunda moralis instructione.

**TERTIA** instructio moralis, quæ nobis datur in hac prima parte præsentis Epistolę, uersatur circa illud uerbum eiusdem Epistolę: Si quis auditor est uerbi, & non factor, hic comparabitur uiro, consideranti uultum natiuitatis suę in speculo. Considerauit enim se, & abiit, & statim oblitus est, qualis fuerit. Ex quibus uerbis liquidē patet, quā instabilis, & uana, atque transitoria sit uita nostra, eo, scilicet, quod comparatur imagini in speculo relucenti, ut elicitur ex prædictis uerbis. Quemadmodum ergo imago hominis, siue cuiuscunq; rei alterius citō transit, & euanescit, ita etiam est de uita humana.

**PR**O quo notandum, quod uita humana in presenti comparatur in Sacra Scriptura non solum speculo, siue rei representatę in eo, ut dictum est, uerum etiam multis alijs rebus ualde transitorijs, & instabilibus.

**PRIM**ō quidem umbre, iuxta illud Psal. Dies mei, sicut umbra declinauerunt. Item idē alibi: Sicut umbra, cum declinat, ablarus sum, supple, de presenti seculo. Item idē alibi. Homo uanitati, id est, rei, uanę, & transitorię similitudo factus est, dies eius, sicut umbra prætereunt. Item Iob. 14. Homo natus de muliere, &c. usque ibi: Et fugit, uelut umbra, & nunquā in eodem statu permanet. Item Sap. 2. Vmbre enim transitus est tempus nostrum, & non est reuersio finis nostri. Et eiusdē. Quid profuit nobis superbia, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia illa, tanquam umbra. Non desunt etiā alię autoritates insinuantes uitam nostrā in presenti labilem esse, & transitoriam ad modum umbre. ;

**CIRCA** quod notandum, q̄ meritō uita præsens cōparatur umbre, & hoc propter tria. Primō quidē ratione transitorietatis. Nam sicut umbra seculi transita nō redit postea eadē numero, ita homo transiens per mortē de hoc statu ad aliū, non redit regulariter postea ad eundē priorem statū mortalitatis. Vnde in Psal. Spiritus uadens, & nō rediens, & Sap. 2. Non est agnitus, qui reuersus sit ab inferis. Secundō ratione festinationis. Umbra enim festinatē, & uelociter transit,

sicut patet in nubibus cœli, ita & uita præsens uelociter transit, quia sicut dicit August. lib. 13. de ciuit. Dei ca. 10. tempus uitæ nostræ nihil aliud est, quàm cursus ad mortem, in quo nemo, aut paululum stare, uel aliquāto tardius ire permittitur, sed urgent omnes pari motu, nec diuerso impelluntur accessu. Tertiò ratione extensionis. Umbra enim corporis nostri aliquando apparet magna, aliquando parua secundum maiorem, uel minorem accessum, uel recessum solis à nobis. Nam quando sol est in meridie, tunc apparet breuis, quando uerò est in oriente, uel occidente, tunc apparet magna. De uera ergo quantitate umbræ eiusdē corporis ueram experientiam tunc accipimus, quando extendimus nos ipsos super terram. Ita in proposito, quando lumen ueræ recognitionis nostræ miserię, & finis recedit à nobis per obliuionē, tunc uita nostra uidetur nobis longa, & semper duratura, ita ut aliqui dicant illud Psal. Non moueōr à generatione hac in æternum. Sed cum dictū lumen incipit lucere super nos per considerationem nostrę fragilitatis, & finis propinque, tunc ueraciter cognoscimus uitam nostram breuem, & momentaneam. Hoc autem sensibiliter tunc apparebit, quando uita dierum corpus nostrum extendetur in sepulchro. Non enim plus occupabit tunc de terra, quàm sit uera magnitudo illius. Et tunc manifestè apparebit, quòd uita nostra non erat aliud, quàm quedam umbra celeriter euanescentes, in qua tamen multum prius confidebamus.

SECUNDÒ uita nostra præsens comparatur in Sacra Scriptura oleribus. Unde de statu hominum mortalium loquens Psal. ait: Quemadmodū olera herbarū citò decidunt.

CIRCA quod notandum, quod olera decidunt tribus modis. Primò quidem per uermes ea corrodescentes usque ad truncum. Qui quidem uermes uocantur Italice rugę. Secundò per intemperiam, & asperam hyemem, quæ etiam desiccet folia arborum, & herbas uirentes. Tertiò per nimiam siccitatem, utpote, quādo æstas est nimis feruida. Sic & in proposito homines quantumcumque iuuenes, fortes, & elegantes pereunt per mortem illis tribus modis. Primò enim, quandoque occiduntur à uermibus corrodentibus intestina. Et de hoc habemus expressam historiam Act. 12. de Herode, qui in carcere fecit beatum Petrum Apostolum. Hic enim consumptus à uermibus

uermibus miserabiliter expirauit. Idem legitur. 2. Mach. 9. de illo impiissimo, & blasphemio Antiocho rege, de cuius corpore uermes scaturiebant, seu ebulliebant. Secundò quandoque moriuntur homines per uehementē hyemem, id est, per remissionem caloris naturalis. Et de hoc habemus historiam de Dauid, de quo legitur. 3. Reg. 1. quòd cum senuisset, & operiretur uestibus, non calefiebat. Tertiò quandoque moriuntur homines per nimiam siccitatem. Et hoc ad oculum uideamus in paralyticis, & aridis hominibus. De quibus potest rectè intelligi illud Threnorū. 4. Adhæsit cutis eorum ossibus, & facta est, quasi lignum, supp. aridum. Ecce ergo, quomodo homines citò decidunt in morte, sicut contingit olera uiuentia decidere festinanter, & citò.

TERTIÒ uita nostra præsens cõparatur in Sacra Scriptura feno, iuxta illud Esa. 40. Omnis caro fenum, id est, omnis homo comparatur feno, & omnis gloria eius, quasi flos agri, exsiccatus est fenum, & cecidit flos, quod maxime fit per mortem, quia spiritus Domini, id est, diuina ordinatio, sufflauit in eo, per mortem. Deinde sequitur: Verè fenum est populus. Item Psal. Ego sicut fenum arui. De alijs autem hominibus dicit, quòd tanquã fenum uelociter arcescit.

CIRCA quod notandum, quod fenum uelociter arcescit tribus modis. Primò quidē per feruidam æstatem, & intensum calorem solis. Secundò per cõculationem, sicut patet de pratis uirentibus, quę si cõculcentur à transcurrentibus, citò arcescunt. Tertiò per naturę defectionem. Omne enim, quòd nascitur, tandem moritur. Sic enim in proposito contingit homines illis tribus modis arcescere, & mori. Primò quidē per nimium febri ardorem. Et hoc modo, uelociter aruit filius mulieris hospitæ Elisæi, de quo legitur. 4. Reg. 4. quòd cum iuisset ad patrem suum, qui erat cum messoribus in campo, cepit clamare dicens, Caput meū doleo. Quem cum fecisset pater deferri domum, statim mortuus est. Est autē uerifimile, quod ex ardore solis suscitata fuerit in capite eius febris. Sic & adhuc hodie multi arcescunt per ardorem febrium ex diuina uindicta, & ultione. Unde inter pœnas illas, quas cõminatur Dominus transgressoribus mandatorū suorū, febris cõnumeratur, ut patet Deut. 28. Sic enim ibi habet textus. Percutiet te Dominus egestate, febre, & frigore, ardore, & æstu, & aere corrupto,

donec pereas. Secundò contingit homines uelociter, tanquam fenam arefcere per cõculcationem, & oppreffionem. Et hoc modo pauperes arefcunt, tanquam fenam, quando conculetur à potentibus, & tyrannis principibus, siue per se, siue per ministros suos crudeles. Et de hoc habemus historiã Exod. 1. de Pharaone, qui preposuit filijs Israël magistros operum, qui affligerant eos uarijs oneribus. Propterea pro eis conuerterit dñs Iudic. 6. dicens. Apparuerunt humiles meiate scentes in siti. Tertio contingit hoies uelociter arefcere, tanquam fenam per naturæ deflectionem. Da exemplum de fenibus, aut diu languentibus, in quibus natura paulatim deficit, & ad occasum tendit. Nam ut dicit Apostol. ad Heb. 8. Quod antiquatur, & senescit, propè interitum est. Ad idem etiam propositum facit illud Christi uerbum Matth. 6. dicens. Fenam agri hodie est, & cras in cilibanum mittitur. Vbi per fenam agri intelligitur homo senio confectus in agro præsentis sæculi degens. Quod autem additur, & cras in cilibanum mittitur, designat, quòd talis in breui, & hora, qua non putat morietur, & in cilibano sepulchri reponetur. Pater ergo ex dictis, quomodo uita humana comparatur se no. Et per consequens pater diffusè de tertia instructione morali, quæ elicitur ex prima parte epistolæ præsentis. Et sic patet de primo principali.

SECVNDÒ principaliter beatus Iacobus in præsentis epistolæ inuanet religiofitatem demonstrat, dicens. Si quis autem putat se religiosum esse non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, huius uana est religio. Per hæc autem uerba uult beatus Iacobus innuere, quòd audire uerbum Dei, & ipsum opere facere, siue etiam quæcunq; alia bona non profunt homini ad æternam salutem, si non moderetur linguam suam.

NOTANDVM ergo, quòd debemus refrenare, seu moderari linguam nostram tripliciter, uidelicet.

- Quantum ad quantitatem,
- Quantum ad qualitatem,
- Quantum ad tempus.

PRIMÒ igitur quantum ad quantitatem, ut, si uitemus multiloquiũ. Ad quod etiam faciendum nos quartor admodum præcens. Primum est natura. Nam inter omnia animalia homo

secun-

secundum proportionem suæ quãtuitatis habet os ualde paruum. Per quod innuitur, quòd raro, & tardè debet loqui. Nò enim sibi incumbit loqui, nisi in tribus casibus. Primus est, quando debet laudare Deum. Vnde in Psalm. Exultabit lingua mea iustitiam tuam. Deinde loquitur. Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam. Itè alibi. Labia mea laudabunt te in uita mea Deus meus. Secùdus, quando debet ædificare proximum, aut illi prodesse. Pro uerbio. 8. Aperientur labia mea, ut recta prædicent. Itè eiusdẽ. 10. Labia iusti erudiant plurimos. Tertius, quòd debet petere suas necessitates tam spirituales, quàm corporales. Non ergo dedit dominus præ cæteris animalibus usum loquendi homini ad eum blasphemandum, siue ad assumendum nomen eius in uanum, seu ad murmurandum contra eum in aduersis. Nec similiter ad mentidũ in damnum proximi, siue ad illi maledicendum, aut detrahendum. Non deniq; ad animam suam in uanum assumendum, ut faciunt illi, qui iurant sæpe in uanũ per animas suas. Quam rarus est hodie Iob in terris, de quo legitur eiusdem. 1. quòd non peccauit labijs suis. Secundum, quod nos admonet ad parum loquendum, est scriptura, quæ dicit Ecclesiast. 3. tempus esse tacendi, & tẽpus loquendi. Similiter Eccl. 5. 8. Monemur desere re loqui, quod non prodest. Item Eccl. 2. 8. Ori tuo facit ostia, ut scilicet, parum, & tardè loqueris. Tertium, quod ad idem nos admonet, & figura. Quid enim sibi uolunt illa uerba Leuit. 15. Vir qui patitur fluxum seminis, immundus erit; nisi, quòd illi sunt immundi coram domino, qui effrenatè, & passim loquuntur? Quartũ est ratio efficax. De omni enim peccato oportebit rationem reddere in extremo iudicio, & usq; ad uerbum ociosum, ut hĩ Matt. 12. consequens ergo dicere, quòd oportebit tunc ibi reddere rõnem de immoderata, & superflua locutione; maximè cum dicat sapiens, Pro uerbio. 10. q. in multiloquio non desit peccatũ, aut intemperitatis, aut falsitatis, aut superfluitatis, aut ociofitatis. Et sic patet de primo, propter quod debemus temperare linguam nostram à multiloquio.

SECVNDÒ debemus refrenare linguã nostrã, quantum ad qualitatem, ne, scilicet, loquamur sciẽter falsum, aut de proximo detrahamus, siue nomen dñi in uanum assumamus,

feu

seu aliàs lingua nostra abutamur, sed sit sermo noster sale conditus, ut nos admonet Apost. ad Col. 4. Tunc autè sermō noster sale conditur, q̄n̄ ipsūm sale discretionis temperamus. In cuius figuram precepit dñs *Leuit. 2. dicēs. Quicquid obruleris sacrificij, sale condies. Debemus ergo linguā nostram refrenare, ne loquatur inutilia, & à fortiori nocua. In cuius figuram legitur Num. 29. q̄ in ueteri lege uas quod nō habebat operculum, uel ligaturam desuper, immundū erat. Sed profectō pauci ita faciunt, sed passim, & indifferenter loquuntur nunc de isto, nunc de illo, nunc de clericis, & religiosis, nunc de uicinis suis. Tales ergo sunt, sicut, ciuitas ex omni parte aperta ad præsentiam inimicorum, quæ subiaceret maximo periculo. Vnde Prouerb. 25. Sicut urbs patens, & absque murorum ambitu, ita uir, qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum.*

**TERTIO** debemus refrenare linguam nostram quantum ad tempus. *Eccl. 3. Tempus tacendi, & tempus loquēdi. Non ergo omni tempore, aut omni hora loquendū est, sed q̄n̄ expedit. Hinc est, q̄ etiam uiris claustralibus interdicitur certę horę, ne in eis loquantur. Dicit et Greg. sup. Ezech. Hom. 11. q̄ debemus pensare, quando loquamur. Si enim mulieres bene pensarent, quando loquendum sit, & quando non, forsā non tam crebrō percuterentur à maritis suis. Cum ergo uident eos ebrios, aut iratos, debent tacere, aut mite, & benignè loqui, quia ut habetur Prouer. 15. Responso mollis frangit iram, sermo durus suscitāt furorē. Sed profectō admodum pauci sunt, qui debitè moderentur linguas suas. Propter quod dicit Augustinus. ad fratres in erēm. Serm. 4. Qui intulatur de silentio, quod maius est linguam refrenare, quā ciuitatem capere, quia illud insultat exterius, sed istud interius. Et sic patet de secundo principali.*

**TERTIO** de principaliter in præsentī epistola beatus Iacobus declarat, in quo perfecta religio consistat, cum subdit in fine. Religio munda, & immaculata apud Deum, & patrem hæc est, uisitare pupillos, & uiduas in tribulatione eorū, & immaculatum se custodire ab hoc sæculo. In quibus uerbis summariè ostendit idem Apostolus, q̄ perfectio religionis Christianę consistit in duobus, scilicet, in misericor-

dia ad

dia ad proximum, & in innocentia ad seipsum. Primū ibi. Religio munda, & immaculata, id est, quæ meretur interiorē munditiā, & per consequens relinquit conscientiam immaculatam apud Deum, qui hoc approbat, hæc est, uisitare, &c. Secundum autem ibi. Et immaculatū se custodire ab hoc sæculo. Ecce uitę innocentia, quia se custodire immaculatū ab hoc sæculo, in quo omnis nequitia, & iniquitas abundat, nō est, nisi amplecti uitę innocentiam. Quam nobis concedat, qui in Trinitate perfecta, uiuit, & regnat. Amen.

*Dominica quarta post octauas Pascha, Sermo secundus de Euangelio.*



**MEN** amen dico uobis, si quid petieritis patrem in nomine meo, da, uo. *Ioh. 6. Pro introductione præsentis sermonis mouetur questio talis. Vtrū omnis ille, qui petit aliquid à patre cælesti in nomine Christi, accipiat, quod petit? Ad hanc quōnem responderetur, q̄ sic, dummodo concurrant debitę circumstantiæ.*

**PRIMA** igitur circumstantia ad hoc requisita dicitur pietas. Oportet enim piè petere. Est autem piè petere, cum aliquid petitur à Deo, quod est ad illius honorem, siue ad petentis, seu proximi spiritualement salutem, cuiusmodi est peccatorum remissio, gratiæ dei infusio, à peccatis, & futura damnatione præseruatio, gloriæ cælestis affectus, & huiusmodi. Nullus enim, qui pro talibus orauit apud dominum eo modo, quod debuit, recessit, ab eo in exauditus. Italicè rifiutato. Sed forsā dicit aliquis. Sæpe oro dominum, nec tamen mihi confert, quod peto. Nullum fructum orationis meæ uideo, sed sicut ad illam accedo, talis redeo. Nemo mihi respondet, nemo mihi loquitur, nemo aliquid mihi donat, sed in cassum laborasse uideo. Sic profectō sæpe loquitur humana stultitia, eo forsā, quod non piè petit.

**NOTANDVM** est ergo, q̄ ad piè petendum aliquid à domino, tria requiruntur, scilicet.

Antecedentia, Concomitantia, Consequentia,  
**PRIMÒ** igitur ad piè petendum aliquid à domino requiruntur

quiruntur aliqua antecedentia, quæ ipsam præcedant petitionem.

**PRIMUM** est cordis preparatio, prout innuit sapiens, Ecclesiast. 8. dicens. Ante orationem præpara animam tuam, scilicet, per cordis contritionem, maxime cum dicat Psalm. iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudivit dominus. Sed quia corde contrito, & in spiritu humilitatis oravi dominum, propterea exaudivit Deus, & attendit voci deprecationis meæ. Si enim secundum iura civilia non licet cullibet salutare principem, sed tantum digno, ut patet. C. de veteranis. l. cum introissent, quantumvis licet misero peccatori sic permanenti salutare per orationem illum summum, & unicum principem, qui est rex regum, & dominus dominantium? Si enim princeps terrenus non habeat gratum, nec acceptum munus, quod sibi offertur manibus pollutis, etiam quantumcunque illud sit preciosum, quinimo per talem modum magis irritatur, quam ad pietatem provocetur, quanto magis Deus irritatur, cum impius, & peccator corde, & labijs pollutis porrigit illi orationem? Et hoc est, quod loquitur Gregorius, & recitatur, tertia quæstione octava, in graubus, dicens. Cum is, qui displicet, ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. Hinc dominus Esaie primo, de oratione peccatorum loquens ait. Cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam, manus enim uestre sanguine plene sunt.

**SECUNDUM** est mandatorum Dei obseruatio. Vnde de istis duobus simul loquens beatus Iohannes in sua prima canonica, c. 3. ait. Charissimi, si cor nostrum non reprehenderit nos, supp. tanquam reos alicuius mortalis peccati, fiduciam habemus ad Deum, quod quicquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniam mandata eius custodimus, & ea, quæ coram eo placita sunt, facimus. Contra autem stultum uidebatur ab eo aliquid petere, pro quo nihil uolumus facere, quinimo quod peius est, uolumus facere totum contrarium, & oppositum sue uoluntati, maxime cum dicat scriptura, Prover. 28. quod qui declinat aurem suam, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Contra autem scribitur Ecclesiastice. 15. quod qui seruat legem, securè multiplicat orationem, scilicet,

et. tam pro se, quam pro alijs.

**TERTIUM** est ieiunij assumptio. Si enim Hester pulcher rima, & prudentissima mulieribus uolens salutem populi sui procurare corporale tribus diebus ieiunasse legit euadere quarto, quâto maior necessitas, & ratio uideatur, quod illi ieiunent, quod uolunt à domino salutem petere æternam. Vnde in signum huius Psalm. prius facit mentionem de ieiunio, deinde de oratione, cum loquitur de seipso, dicens, humiliabam in ieiunio animam meam, & oratio mea in sinu meo conuertetur, id est, mihi proderit. Et sic patet de tribus antecedentibus piam petitionem.

**SECUNDUM** ad piè petendum aliquid à domino requiruntur aliqua concomitantia, quæ ipsam petitionem piam concomitentur, & ista sunt tria.

**PRIMUM** est discretio. Oportet nempe discretè orare dominum, & ab eo petere, quod equum est, & rationale. Si enim secundum leges ciuiles nulle preces, nisi, quæ sint rationabiles sint imperatori terreno offerende, ut notatur. C. de quibus rebus supplicari oportet. l. nec damnoſa, quantum inus orandum est dominus pro aliquo illicito, & irrationabili? Propterea Christus Mat. 6. dans nobis formam orandi, ostendit aperè, quàm discretè debeamus petere aliquid à domino, dicens, Sic orabitur patrem, Pater noster, qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum. Fiat uoluntas tua, sicut in cælo, & in terra. Panem nostrum, &c. In hac nempe oratione continetur, quicquid debet homo iuste uelle, aut desiderare, seu petere à domino, ut patet per septem petitiones in ea contentas. Practica singula.

**SECUNDUM** concomitans est humilis, & deuota reuerentia ad Deum, à quo aliquid petitur. Videmus enim, quod illi, qui uolunt aliquid impetrare à principibus huius seculi, siue à iudicibus, aut magnis personis, loquuntur ad eos cum multa reuerentia, & honore, etiam interdum ponentes genua ad terram. Quanto magis ergo debemus in oratione humiliter nos habere, maxime cum tunc loquamur cum omnipotenti Deo? Nam ut dicit Augustinus ad fratres in eremo seru. vigemose secundo, qui intulatur de consolatione fratrum in eremo. Quando serui Dei legunt, Deus frequenter ei loquitur.

cum orant, tunc cum Deo suauiter loquuntur. Vna ergo oratio etiam breuissima Deo reuerenter, & deuote exhibita plus ualet apud eum, quam mille etiam magna, & proluxa pronuntiata cum syncopatione, & festinatione absque reuerentia, & deuotione. Vnde de consecrati, dist. 5. non mediocriter dicit Hieron, quod melior est quinque psalmodum decantatio cum cordis puritate sanctitate, & spiritali hilaritate, quam totius psalterij modulatio cum cordis tristitia, & anxietate.

**TERTIVM** concomitans est arbor charitatis. Videmus enim, quod incensum positum super carbones viuos ascendit, & non alias. Ita etiam ad hoc, quod oratio nostra ascendat ad dominum per exauditionem, necesse est, ut ponatur super ignem charitatis. Propter quod Psal. orabat dominum dicens. Dirigatur domine oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo. Et sic patet de tribus concomitantibus debitam petitionem ad hoc, quod pre fiat.

**TERTIO** ad petendum aliquid pie à domino requiruntur aliqua consequentia, quæ ipsam petitionem consequuntur. Illa autem sunt multa, sed tamen tantum de vno dicemus breuitatis causa. Illud autem est, ut pactum cum Deo initum in confessione, uel in oratione, inuiolabiliter obseruetur. Orantes enim promittunt deo, aut saltem promittere debent, priusquam, quod petunt ab eo, obtineant, quod non intendunt in posterum aliquid contra eius uoluntatem, & mandata facere. Si enim pacta inter homines inuita, & firmata obseruari debent, dummodo sint rationabilia, ut dicit lex imperialis, quæ incipit. Pacta nouissima. C. de pactis, quanto magis obseruandus est pactum initum cum Deo? Et quia multi illud sepe frangunt redeundo ad uomitum, sicut cum munitur fit post pascha, ideo frequenter dominus non exaudit preces, quæ ad eum sunt post Pascha, siue pro dispositione aeris, siue pro fructibus terre, siue pro pace, siue alijs de causis. Patet ergo de prima circumstantia requisita ad debitam petitionem ad hoc, quod exaudiatur à domino, quæ dicitur pietas.

**SECUNDA** circumstantia requisita ad impetrandum, & petitur, uocatur pro se, ut, scilicet, quis pro se roget. Potest enim stare, quod aliquis iustus roget dominum pro alio pie, & perse.

& perseveranter, & tamen non exaudiatur, eò forsan, quod peccata illius, pro quo rogat, impediunt fructum, & effectum orationis illius. Et ad hoc propositum facit illud uerbum domini ad Hieremiam dicens, Tu noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eis laudem, & orationem, quia non exaudiet. Nonne uides, quid isti faciunt in ciuitatibus Iuda, & in plateis Hierusalem? scilicet, abominationes plurimas. Hier. 7. Item eiusdem. 15. Si steterit Moyses, & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum, dicit dominus. Hinc Chrysost. homil. 79. Bonum, inquit, est oratione iustorum frui, maximè cum & nos illis cooperamur. Quod si non cooperemur, nihil nobis aliorum auxilium prodest, uerum & cum illo perimus. Quid enim Iudeis profuit Hieremias? Nonne ter ad Deum accessit, & ter audiuit diuinum responsum dicens, Ne ores, neque petas pro populo isto, quonia non exaudiam te? Quid Sauli profuit Samuel ad ultimam usque diem orans, & pro eo lugens? Quid autem, & Israelitis profuit? Nonne cuncti perierunt? Audi ergo dominum dicentem: Si steterint Noe, Iob, & Daniel: non liberabunt filios suos, & filias, quoniam inualuit eorum malitia. Quid ergo nihil profuit iustorum orationes? Vtique profunt, & plurimum, sed cum nos quoque cooperamur. Hæc ille. Cadit exemplum illius grauissimi peccatoris, de quo legitur in uitis patrum, quod cum rogasset quandam sanctum cremitam, ut oraret pro eo apud dominum, nec tamen à peccatis cessaret, semel conquestus est seni, quod non bene pro eo oraret, eò quod non sentiret effectum orationis illius in se. Cui senex. Certè die ac nocte non cesso orare pro te, atque carnem meam ieiunijs, uigilijs, & discipulis affligere. At uerò tu à peccatis non cessando aduersaris orationibus meis, ne tibi profint. Nota, quomodo posuit sarcinam super humerum eius, iubens, ut abiret. Ille uero neque inuabat, quia senex in oppositum traheret. Applicatio est facilis.

**TERTIA** circumstantia necessaria ad obtinendum à domino, quod petatur, est perseverantia. Deus enim non sèra per in promptu dat multa, quæ perimus, & sine quibus salui esse non possumus, quauis decreuerit illa dare nobis. sed interdum differt exaudire, ut discamus perseverare. Vnde ad talem perseverantiam in oratione habendam nos admonet

Christus Luc. 18. dicens. Oportet semper orare, & nunquam deficere. Vnde ibi ponit parabolam de quadam muliere uida, que per importunitatem suam obtinuit à iudice ciuitatis, quod petebat. Hinc etiam ait Apostolus. 1. Thes. 5. Sine intermissione, inquit, orate. Nam perseverantia in oratione habita quodammodo compellit Deum propter illius importunitatem dare, quod petitur. Et de hoc habemus historiam de muliere Chananga, cuius importunitate uictus inuincibilis Christus ait. Fiat tibi, sicut uis Mat. 15. Parent ergo tres laudabiles, & uirtutes circumstantiæ debite petitionis apud dominum fiende. Quas quicumque secum orando habuerit, indubiè, quod petit, impetrabit, dummodo in nomine Christi petat, idest, nomine illius inuocato. Sic enim nobis promittit in presenti euangelio, secundum quod præmissum est in uerbis pro themate sumptis, cum dicitur. Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis.

IN presenti ergo euangelio de tribus principaliter fit mentio, uidelicet.

- De fidei promissione, in principio euangelij.
- De gratiosa mutatione, ibi.
- Petite, & accipietis.
- De pia discessione, ibi.
- Iterum relinquo mundum.

PRIMÒ igitur fit mentio in hoc euangelio de fidei Christi promissione, quam fecit suis discipulis, & in persona propria eorum omnibus deuotis, & ueris Christianis, cum ait. Amen, idest, in ueritate, in ueritate. Duplicia autem amen, ad maiorem promissionis sue confirmationem, dico uobis, si quid petieritis patrem in nomine meo, idest, cum inuocatione nominis mei, dabit uobis. Hinc est, quod in collectis, que leguntur in ecclesia, siue de tempore, siue de sanctis, dummodo dirigantur ad Deum patrem solet adungi in fine. Per dñm nostrum Iesum Chr̃m. Ac si aperte diceretur. Tu Deus pater da nobis sic, uel sit, & de hoc te obsecramus pp reuerentiã filij tui dñi nostri Iesu Christi, qui tecum uiuit, & regnat. Vel per uirtutem meriti illius, sup qd omne aliud meritũ, & ois fidelis petitio fundatũ, qd est meritũ filij tui dñi nri Iesu Christi. Super quo dicit Chrysost. qd hic ostendit Chr̃s uirtutẽ sui nominis, hoc. scilicet quod ipse non uisus, nec rogans, sed solũ nominatus apud

patrem

patrem facit, ut orantes statim exaudiatur. <sup>ubi dicitur</sup>

CIRCA quod notandum, quod <sup>scribitur</sup> in nomine nostri Iesu Christi est maxime uirtutis, & <sup>est</sup> <sup>primò</sup>, quia ad solũ ipsius inuocationẽ preces uocantur. <sup>Capitulum</sup> <sup>secundò</sup>, quia ad Deũ patrem exaudiuntur, ut patet <sup>in</sup> <sup>textu</sup>. Tercio, quia ad solũ illius nominationẽ miracula multiplicantur, iuxta illud Marc. 16. In nomine meo, inquit Christus de credentibus in eum, idest, in uirtute nominis mei, uel in nomine meo nominis mei demonia eiecerunt. Nam in <sup>in</sup> <sup>uirtute</sup> <sup>nominis</sup> <sup>mei</sup> <sup>uocato</sup> <sup>demones</sup> eiecerunt. Vnde Act. 16 legitur, quod Paulus adiurans spiritum immundum, qui intra quandam puellã erat, dixit illi, Precipio tibi in nomine Christi exire ab ea. Et exiit eadem hora. Similiter Luc. 10. cum uenerunt septuaginta discipuli ad Christum cum gaudio dicentes. Domine etiã demonia in nomine tuo subijciuntur nobis. Sequitur in Marco. Linguis loquenter nouis. Et de hoc expressè habetur Act. secundo. de Apostolis, qui post receptionem spiritus sancti loquebantur uarijs linguis magnalia Dei, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Serpentes tollent. De hoc habes Act. vigesimo octauo. de Paulo, qui uiperam, que manus sue adhæserat, proiecit in ignem. Et si mortiferum quid biberint, non eis nocet. De hoc legitur de beato Iohanne Euangelista, qui ueneuum bibit, nec tamen illi nocuit, cum tamen pauloante duo homines de illo gustantes, subito mortui corruissent. Super egros manus imponent, & bene habebunt. Et de hoc legitur in actibus Apostolorum in plerisque locis, scilicet, qualiter Apostoli multos egros curauerunt. Tum tertio, quia ad solam dicti nominis inuocationem saxa relicto naturali cursu, qui est deorsum tendere, stãt sursum, nullo naturali auxilio sulsa. Vnde refert Grego. in suo dialo. li. 1. c. 1. de abbate Honorato, qui cũ edificaret monasterium in loco rupibus pleno, subito ex eminentiori loco dicti montis moles ingentis saxi eversa est, que deorsum descendens ruinã totius edificij, & omnium frattum numero circiter ducentorum minabatur interitum. Quam cum uenientem de super uir sanctus uidisset, nomen Christi inuocans, & signum crucis opponens, in ipso montis latere cadente fixit. Ibiq; immobiliter hucusq; permanet, quãuis ab intus rupibus uideatur casu uicina. Hęc ibi Greg. Ecce, quãt & effica-

R r 3 c. c.

cie, & uirtutis est nomen Iesu Christi deuotè inuocatum. Et sic patet de primo.

**S E C V N D O** principaliter in præsentī euangelio fit mentio de gratiosa Christi inuitatione, cum ait discipulis suis. Vsq̄ modo non petistis quicquam in nomine meo. Petite, supple, regnum cęlorum in præsentī, dicentes illud Matt. 6. Pater noster, qui es in cęlīs sanctificetur nomen tuum adueniat regnum tuum, & accipietis. s. illud in futuro, & cętera, quę ibi sequuntur per totam orationem dominicā. Notandum ergo iuxta illud uerbum. Vsq̄; modò non petistis, quicquam in nomine meo, quòd Christi Apostoli ante ipsius resurrectionem non ita perfectè cognouerunt uirtutem nominis eius, sicut post, & ideo adhuc ignorabant, quòd omnis petitio eorum esset exaudibilis in nomine Christi, ideo dixit eis. Vsq̄; modo non petistis quicquam in nomine meo. Petite, & accipietis.

**N O T A N D U M** est ergo, quòd dominus uult, & admonet, ut petamus ab eo sex maxima beneficia, quę incipiunt per sex literas huius uerbi. Petite. Dicit ergo. Petite, scilicet.

- Peccatorum remissionem.
- Exceccationis liberationem.
- Temporalem flagellationem.
- Interiorem consolationem.
- Temporalem necessitatem.
- Aeternam felicitatem.

**P R I M O** igitur nos gratiosè admonet Dominus dicens. Petite, supple, peccatorum remissionem, & accipietis. Sic enim petiuit ille publicanus dicens ad dominum. Deus propitijs esto mihi peccatori. Et accepit, quia descendit iustificatus in domũ suam. Luc. 18. Sic petiuit peccatrix illa Magdalena, cum staret ad pedes Iesu, rigans illos lachrymis oculorum suorum, & accepit, quando Christus dixit illi. Remittuntur tibi peccata tua. Luc. 7. Sic petiuit rex sceleratissimus. Manasses, dicens ad dominum illud. 2. Paralip. 36. Peccavi, domine, peccavi, & iniquitatem meam agnosco. Peto rogās te domine, remitte mihi, remitte mihi, ne simul perdas me tum iniquitatibus meis, neque in æternum reserues mala mihi, quia indignum saluabis me secundum magnam misericordiam tuam, & laudabo te semper omnibus diebus uite meę.

te meę. Ecce quàm feruenter, & puro corde iste Manasses petebat à domino peccatorum suorum remissionem. Et ideo eam accepit, quia ut habetur. 2. Paralip. trigessimotercio. postquam egit pœnitentiam, & deprecatus est dominum, exaudiuit orationem eius dominus, & reduxit eum in regnũ suum. Sic peccatorum suorum remissionem petiuit rex ille adulter, & homicida Dauid, cum clamauit ad dominum dicens. Peccavi. Et accepit eam, quando Nathan dixit ei. Dominus transtulit à te peccatum tuum, secundi Regum. 12. Et hoc est, quod dicebat idem Dauid in Psal. Confitebor aduersum me iniustitiam meam domino. Ecce quod petiuit Dauid, scilicet, confiteri peccatum suum domino cum spe uenię. Et tu remisisti impietatem peccati mei. Ecce quod accepit, scilicet, remissionem delicti sui. Et breuiter nullus peccatorum suorum remissionem à domino petiuit corde contrito, qui illam non accepit. Quinimo ipse pijsimus dominus promptior est ad illam largiendum, quàm homo peccator ad accipiendum iuxta illud, Ezechiel. 18. In quacunque hora ingemuerit peccator, &c.

**S E C V N D O** dominus nos admonet petere ab eo exceccationis liberationem dicens. Petite, uos, sup. exceccati peccatores, quos propria malitia uestra exceccauit iuxta illud Sapient. 2. Exceccauit eos malitia eorũ. Petite, inquam, ab exceccatione uestra liberationem, & accipietis. Quod autem dominus nos admonet petere prædictam gratiam, quę est liberari à spiritali exceccatione, patet per illud, quod in figura dixit Christus cuidam cęco Lucę. decimo octauo. Quid, inquit, tibi, uis, faciam? Quasi ipsum inuitans ad petendum. At ille. Domine, ut uideam. Cui Christus. Respice. Et confestim uidit. Ecce quomodo iste accepit, quod petiuit. Sic & peccatori petenti à domino liberari ab exceccatione mentis, & dicenti. Domine, ut uideam, continuò dominus illuminat eum dicens. Respice? Sed quid iubetur à domino respicere? Certè multa. Primò quidem, quod supra ipsum est, scilicet, cœlum, quod peccando amisit. Et ideo debet pœnitentiam agere, ut ad illud tandem perueniat. Secundò, quod subris ipsum est, scilicet, infernum iam apertum, ad quem peccando se obligauit. Et ideo debet à peccatis cessare, ne tandem illuc descendat. Tertio, quod intra ipsum est, scilicet, per-



ratum, quod commisit, quod est abhominabile coram Deo, & Angelis eius. Et ideo debet lugere, ut cum aquis lachrymarum suarum ipsum destruat, & deleat, atque conscientiam suam mundam reddat. Sic enim egit David post adulterium suum, ita ut diceret ad dominum. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam. Ecce peccatum, & culpa. Quarto quod iuxta ipsum est, & illud est mundus, quem debet respicere peccator, considerans, quam fallax proditor, & infabilis existat. Et ideo debet ipsum contemnere, & longe ab eo mente fugere, etiam & corpore, si commodè possit facere, & presertim utrando malas societates, instar illius, qui dicebat. Ecce elongavi fugiens, & mansi in solitudine. Ecce quid respicere debet pauper peccator, & petere à domino, ut det illi gratiam videre prædicta. Hinc in litanij sanctorum oramus dominum dicentes. A cæcitate cordis libera nos domine. Nullum enim maius periculum, aut æquale potest homo pati in præsentia, quam spiritualiter excæcari. Et ideo summè debet à domino petere, ne in illud quandoque incidat. Nam qui taliter excæcantur, frequenter labuntur in desperationem de Dei misericordia. Item dant se omni iniquitati, & immunditiei. Propter quod nos admonet Apostolus Ephe. quarto. dicens. Nolite ambulare, sicut & gentes ambulantes in uanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati à uia Dei per ignorantiam, quæ est in ipsis, propter cæcitatem cordis eorum, qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitiei, in operationem immunditiei omnis, in auaritiã. Hæc ibi.

**TERTIO** dominus nos admonet petere ab eo temporalem, siue etiam corporalem flagellationem, dicens. Petite, uos, supple, peccatores flagellari in præsentia, ut possitis euadere flagella futuri sæculi, siue inferni, siue etiam purgatorii, & accipietis. Hoc enim instanter debemus petere à domino, maximè attenta acerbitate, ac diuinitate flagellationis alterius sæculi. Nam, ut dicit Apostolus ad Hebræos. 10. Horrendum est incidere in manus Dei uiuentis, supple, in alio sæculo. Item Sapiens Ecclesiasti. secundo. Si, inquit, penitentiam non egerimus, sup. in præsentia, incidemus in manus Dei, scilicet, in alio sæculo, & non in manus

hominum.

hominum. Tanquam apertè diceret, quod multo grauius est, & durius incidere in futuro in manus Dei, quam in manus hominum. In præsentia quidem bonum est incidere in manus domini temporaliter, committendo se illi in iudicio penitentia. Sed profectò horrendum est incidere in manus illius in futuro. Quod bene considerans David rogabat eum dicens. Domine, ne in furore tuo arguas me, sup. in inferno, neque in ira tua corripias me, scilicet, in purgatorio. Sed miserere mei domine, puniendo me in præsentia uita. Sic etiam petiuit flagellari in præsentia sanctus ille Iob, dicens ad dominum. Dimitte me domine, supple, adhuc parum uiuere in præsentia sæculo, ut plangam paululum dolorem meum, idest, peccatum meum, de quo meritò dolere debeo, & hoc antequàm reuertat per mortem ad terram tenebrosam, & operam mortis caligine. Terram miserie, & tenebrarum, ubi, &cæt. Eiusdem decimo. Sic similiter petiuit flagellari in præsentia Imperator ille Mauricius, de quo legitur, quòd dominus in optione sua posuit puniri in præsentia, aut in futuro pro peccatis per eum commissis. Qui rationabiliter consultus elegit primum. Unde non multo post à Phoca, qui dux militiæ suæ erat, Imperio priuatur, & in exilium relegatur. Qui ibi in quadam insula unã cum uxore, & liberis in necessitatibus plurimis uitam finiuit. Hinc Augustinus dicit. Hic ure, hic seca, ut in æternum parcas.

**QUARTO** dominus nos admonet petere ab eo interiori consolationem, & signanter aduersa, dicens tribulatus, & afflictiis. Petite, supple, consolationem à domino uos tribulati, & afflicti, & inuenietis, ipse enim est Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, ut habetur secunda ad Corinth. primo. Est enim consolatio duplex, scilicet, exterior, & interior, mundana, & diuina, uirtuosa, & uirtuosa. Qui uult habere secundam, debet renunciare primæ. Sic enim egit sanctus ille Propheta David, secundum quod de seipso loquens dicebat. Reuiuit consolari anima mea, supple, in rebus huius sæculi, ut, scilicet, perueniret ad interiorem consolationem, quæ est de rebus diuinis, & spiritualibus. ideo

subdit,

subdit: Memor fui Dei, scilicet, contemplando, quam bonum sit ijs, qui recto sunt corde, & delectatus sum, & exercitatus sum, supple, frequenter delectando in Domino, & deficit spiritus meus, scilicet, in tali exercitatione, quasi in extasi positus. Hanc autem interiorum consolationem quodammodo in se experiunt ueri penitentes, uerisimiliter æstimantes peccata ex Dei misericordia sibi esse remissa, quæ multo dolore sibi deleri laborauerunt. Propter quod Psal. de seipso dicebat. Secundum multitudinem dolorum meorum in cor meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam: Ad idem etiam propositum facit illud uerbum Saluatoris Matt. 5. Beati, qui lugent, supple, peccata sua, quoniam ipsi consolabuntur, scilicet, super eorum remissione. De qua quidem remissione etsi nullus sit certus certitudinis euentus, quia quantum ad hanc certitudinem nemo scit, an odio, uel amore dignus sit, ut habetur Eccl. 9. potest tamen, quis bene de hoc habere certitudinem moralem. Et qui hanc habent, consolantur intus in anima.

**Q**UINTO Dominus nos admonet petere ab eo temporalium necessitatem. Sic enim petere nos admonet in oratione dominica Matt. 6. dicens: Sic orabitis dicentes: Pater noster, &c: usque ibi: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Non autem dicit: Panem nostrum crastinum da nobis cras, ad insinuandum, quod circa temporalia non debemus petere superfluitatem, aut norabilem prouisionem, sed tantum necessitatem, non quidem personarum tantum, sed status, & conditionis uniuscuiusque. Plus enim necesse est ad decentem statum nobilis, quam rustici, episcopi, quam simplicis curati, diuitis, quam pauperis. Talem autem necessitatem refecata omni superfluitate petebat à Domino sapiens ille Salomon, cum aiebat Prouer. 30. Duo rogauit te, ne deneges mihi, antequam moriar. Mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi. Tribus tantum uictui meo necessaria, ne forte satiatus illiciar ad negandum, & dicam. *Quis est Dominus?* aut egestate compulsus furer, & perireum nomen Dei mei.

**P**R O quo notandum, quod contingit homines petere etiam à Domino. Primum est adimpletio prauorum desideriorum suorum, ut si fur roget Dominum, ut prosperetur in furto, aut

aut adulter, ut possit frui concubitu uxoris proximi sui, uel etiam lusor, ut possit inter ludendum decipere collusorem suum, & huiusmodi. Et quicunq; sic rogant Dominum, nedum merentur non exaudiri, uerum etiam ipsum irritant, quia nescit diuina iustitia patrocinium dare facinorosi. Secundum est affectio temporalium bonorum, & quantum ad huiusmodi sciendum, quod talia non sunt absolutè petenda à Domino, sed cum conditione, & modo debito, prout docet August. de uerbis Domini sermo. 53. ita dicens: Cum petitis temporalia, cum modo petite, cum timore petite, illi committite, ut si profint, det, si scit obesse, non det, quid autem obstit, & quid profint, nouit medicus, non egrotus. Hæc ille. Similiter deuotus Bernardus ad idem propositum loquitur dicens: Temporalia si defuerint, petenda quidem sunt, quantum humana necessitas requirit, sed non sunt nimium requirenda. In quo etiam genere sunt illa spiritalia, sine quibus salus stare potest, ut sermo scientiæ, gratia sanitarum, atq; omnia de quibus certum non habemus, quid nobis expediat, sed in talibus meminisse semper oportet illius apostolicæ sententiæ: Nos enim, quod oremus, sicut oportet, nescimus, & ideo talia Deo committere debemus. Tertium quod contingit homines petere, est illud bonum, quod concernit directè salutem animæ. Et de tali quidem bono dicendum, quod illud est absolutè à Domino petendū. Vnde Bernardus ubi supra. Hæc sunt autè, quæ toto affectu, & omni tempore debemus postulare, uidelicet, ut habeamus gratiã Domini, & tandem possimus eius gloriam uidere. Et de talibus dictum est: Sine intermissione orate. 1. ad Theasal. 5. & Mar. 11. Quæcunq; orantes petitis, credite, ut accipietis, & fiet uobis.

**S**EXTO Dominus nos admonet petere æternam felicitatem, & gloriam, dicens: Petite, supple, uos omnes, qui cupitis saluari, celestem gloriam, & dabitur uobis. Sic enim petebat Psal. cum dicebat: Vnam petij à Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus, &c. Psal. ergo vnã rem dicit esse à Deo summè, & singulariter, atq; præ omnibus alijs rebus petendam, & requirendam, scilicet, æternam gloriã. Nec quidè mirum, quia quicquid boni, quicquid gaudij, quicquid perfectionis, atq; utilitatis reperitur in omnibus alijs rebus, in hac una re summè, & excellentissimè reperitur

peritur simul, & semel. Petere ergo debemus à Domino cum matre filiorum Zebedæi, vt duo filij nostri, scilicet, spiritus, & corpus sedeant, vnus ad dexteram suam, scilicet spiritus per apertam diuine essentie uisionem, & alius ad sinistram, idest, corpus post generale resurrectionem per uisionem humanitatis Christi, in regno suo, quod est gloria celestis. Quod ubi fecerimus, indubiè exaudiemur ab eo, qui nos admonet ad petendum, dicens, Petite. Deinde subdit spem, quam debemus habere de assensione petitionis, cum ait: Et accipietis. Et sic patet de secundo principali.

**TERTIO** principaliter in presenti Euangelio fit mentio de pia Christi discessione, cum subdit ipsemet dicens: Iterum relinquo mundum, &c. Prius autem præmittit uerbum de suo aduentu, dicens: Exiui à patre, & ueni in mundum. Exiuit quidem Christus à patre æternaliter secundum natiuitatem æternam, & hoc sine matre. Tandem in fine seculorum exiuit ab eodem temporaliter secundum natiuitatem temporalem, & hoc sine patre, & uenit in mundum per carnis assumptionem. Iterum reliquit mundū per mortem, & iuit ad patrem per celi ascensionem. Exiuit ergo Christus à patre carne assumpta, quam tamen nunquā deseruit, & uenit in mundum uisibiliter. Iterum reliquit mundū corporali discessione, non gubernatione presentie, & iuit ad patrem, idest, ad potiora bona patris, secundum quæ dicitur sedere ad dexteram illius. Vel dicitur iuisse ad patrem per immortalitatem. Aliqua hic omittuntur de textu breuitatis causa,

**MORALITER**: exit homo à Deo patre per creationem quo ad animam, & per formationem quo ad corpus, secundum quod dicitur de Adam Gen. 2. Formauit Deus hominē de limo terræ. Ecce secundum. Et inspirauit in faciem eius spiraculum uitæ, ecce primum. Magna est ergo hominis dignitas ex parte animæ, secundum quam similem ortum habet, sicut & angelus, quia uterque à Deo per creationem. Econtra autem magna arguitur uilitas illius ex parte corporis, secundū quod similem ortum habet, quam, &c. animalia. Ex parte ergo animæ habet materiam magnæ spei, scilicet, perueniendi semel ad, con sortii. sanctorū angelorū in celi, ex parte uero corporis habet materiā maximæ humilitatis. **Vnde** hominem superbū reprehendēs scriptura Eccl. 10. ait

Quid

Quid superbis terra, & cinis? Nam ut dicit Greg. lib. 4. dialogorum tres uitales spiritus creauit omnipotēs Deus. Vnum, qui carne non tegitur, qui angelicus uocatur. Alium, qui carne tegitur, sed cum carne non moritur, & ille est spiritus humanus. Aliū, qui carne tegitur, & cum carne moritur, cuiusmodi est spiritus uimentorū, & omnium brutorū animalū. Homo autem, sicut in medio creatus est, ut esset inferior angelo, & superior iumento, ita habet aliquid commune cum summo, & aliquid cum infimo. Immortalitē quidem cum angelo, mortalitatem uero carnis cum iumentis, quousq; & ipsam mortalitatem absorbeat gloria resurrectionis carnis. Hæc Gregorius. Ecce ergo quomodo exit homo à Deo in sua conceptione. Deinde uenit in mundum in sua natiuitate, scilicet, nudus, plorās, & immundus, quia sanguine respersus. Ecce miserabilis ingressus hominis in mundū. Viuit autem in ipso mundo cum timore, quia nescit finem suum, cum merore, quia repletur multis miseris, cum breuitate, quia quasi flos egreditur, & fugit uelut umbra, cum instabilitate, quia nunquā in eodē statu permanet. Tandē relinquit mundum in morte cum dolore, iuxta illud Psal. Defecit in dolore uita mea. Et uadit ad Deum patrē, si bene uixerit, mandata illius obseruando. Vadit autē ad Deū iudicem, si male uixerit, in peccatis usq; ad mortē perseverando. Et tandem lata sententia irreuocabili cōtra eum uadit ad infernum, ubi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. A quo nos præserua te dignetur, qui in trinitate perfecta uiuit, & regnat. Amen.

*Dominica infra octauas Ascensionis, Sermo primus de Epistola.*



**STOTE** prudentes, & uigilate in orationibus. i. Petri. 4. Solent diuites, & potentes huius seculi, quoties opus est festiuare amicos suos, siue dominos, aut dominas, illis præparare multitudinem escarum diuersarum specierum, tum quia natura gaudet diuersis, tum ut inuitatis sumant, quæcis magis placent, & appetitui suo magis congruunt, tum ut ipsi inuitantes per hoc ostendant magnificentiam suam. Et de hoc habemus historiam Hester. i. de Assuero rege, qui fecit grande conuiuium cunctis principibus, & puer-

ris suis fortissimis Perlarum, & Medorum inclytis, & perfectis provinciarum coram se, ut ostenderet diuitias gloriae regni sui multo tempore, centum, uidelicet & octoginta diebus. In quo quidem conuiuio alijs, atque alijs uasis cibi inferebantur. Legitur etiam Matth. 22. de homine rege, qui fecit nuptias filio suo, quod misit seruos suos dicens. Dicite inuitatis, ecce prandium meum parauit, tamen mei, & altitia occisa sunt, & oia parata, uenite ad nuptias. Ecce qualiter homines huius seculi preparant escarum multitudinem, & uarietatem illis, quos festinare intendunt. Sic spiritualiter beatus Petrus in praesenti epistola offert, & ostendit coram oculis nostris interioribus multa genera ferculorum ad rescindenda famelica, & esurientes animas nostras, quae alio nomine possumus uocare spiritualia documenta, quae sunt numero septem.

Primum pertinet ad prudentiam,

Secundum ad orationem,

Tertium ad charitatem,

Quartum ad hospitalitatem,

Quintum ad spiritualium dispensationem,

Sextum ad discretam locutionem.

Septimum ad temporalium administrationem.

PRIMUM igitur documentum, quod dicit nobis beatus Petrus in epistola hodierna, pertinet ad prudentiam, cum ait. Estote prudentes, id est, uobis prouidentes circa agenda, per uos. Est enim prudentia recta ratio agibilium, secundum Aristotelem lib. 6. Ethicorum. Vel secundum eundem lib. Rhetorica, Prudentia est uirtus mentis, qua de bonis, ac malis, quae ad felicitatem pertinent, bene possumus consulere. Sed de prudentia specialius loquens beatus Thom. 2. q. 2. 47. artic. 13. dicit, quod uera, & perfecta prudentia est, qua consiliatur, iudicamus, & praecipimus, quae ad bonum finem totius humanae uitae pertinent. Et haec prudentia solis bonis conuenit, secundum eundem doctorem.

PRO quo notandum, & tria principaliter inducunt nos ad ueram prudentiam, quae sunt.

Scriptura, Figura, Similitudo.

PRIMO igitur ad habendam prudentiam nos inducit Scriptura sacra, ut patet per illud Proverb. 2. Fili mi inclina

cor tuum ad cognoscendum prudentiam. Si enim inclinaueris cor tuum prouidentiae, & quaesieris eam, quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis illam, tunc intelliges timorem domini, pariter iustitiam, iudicium, & aequitatem, & omnem semitam bonam. Ipsa denique seruauit te, ut etuaris a uia mala, & ab homine, qui peruersa loquitur. Haec ibi, quauis truncate. Item eiusdem. 3. Beatus homo, qui inuenit sapientiam, & qui affluit prudentia. Melior est acquisitio eius negotiatione auri primi, & purissimi. Fructus eius preciosior est cunctis opibus, & omnia, quae desiderantur, huic non ualent comparari. Practica, quomodo multi, quamuis de infima plebe, frequenter per prudentiam suam perueniunt ad magnas dignitates, & officia. Ideo benedictum est de ea, & preciosior est, &c.

SECUNDO ad idem nos inducit figura, ut patet in apocryphis Eldre, ubi dicitur uiro prudenti, ut reuocet diem praeteritum, mensuret uentum, & ponderet ignem. Vbi aduertendum in primis, quod ille reuocat diem praeteritum, qui reuertitur ad memoriam tempora, dies, menses, & annos, in quibus peccauit, aut in peccatis perstitit, & ex hac consideratione festinat agere penitentiam. Secundo ille mensurat uentum, qui diligenter considerat, quod uita humana non est, nisi uentus, ut illam contemnat. Unde & Sanctus ille Iob istud considerans dicebat ad dominum. Memento mei Deus, quia uentus est uita mea. Tercio ille ponderat ignem, qui bene considerat, quam calidus, & acerbus sit ignis inferni, ut illum euadat. In istis ergo tribus consistunt tres partes prudentiae. De quibus etiam loquitur Seneca libro de quatuor uirtutibus, ita dicens. Si prudens est animus tuus, tribus temporibus dispensetur, praesentia ordinata, futura prouide, praeterita recordare. Nam qui nihil de praeterito cogitat, uitam perdidit, qui nihil de futuro praemeditatur, in omnibus incautus incedit. Haec ille. Sed profecto de multis potest dici illud Deuter. 32. Gens absque consilio, quid agendum, & sine prudentia, qualiter sit agendum, utinam saperent, praesentia considerando, quam sine caduca, & intelligerent, praeterita, supple, peccata per eos commissa, ut sic de illis penitentiam agerent, ac nouissima, id est, futura prouiderent, ut sic a peccatis cessarent. Qui enim bene, & diligenter nouissima pra-

videt, idest gloriam electorum, & gehennam reproborum, declinat à malo, & facit bonum. Item dici de preuisione iudicij diei, tam particularis, quam generalis.

**TERTIO** ad habendum prudentiam nos inducit similitudo, siue exemplum serpentis, iuxta illud domini uerbum, **Matth. 10.** Estote prudentes, sicut serpentes. Iuxta quod notandum conformiter ad Augustinum ad fratres in eremo, **Serm. 4.** qui intulatur de prudentia, quòd prudentia serpentis consistit in quatuor. Primò quidem, quia uenenum totius corporis colligit ad guttur, & ibi dictum uenenum docente natura seruat, ut, si aliquando sibi necesse fuerit, in promptu habeat, unde se defendere possit. Secundò uerò, quia intrando aquam uenenum suum relinquit. Tertiò autem, quia pellem ueterem per singulos annos dimittit. Quartò denique, quia totum corpus pro tuitione capitis exponit. In istis ergo quatuor debemus esse prudentes spiritualiter, sicut serpentes corporaliter. Primò quidem debemus colligere totum uenenum conscientie nostrae ad guttur, quoties uolumus confiteri, & ipsum sibi seruare pro memoria. Postremò autem debemus dictum uenenum coram sacerdote euomere in sacramentali confessione, ut sic defendamus nos contra aduersarium nostrum diabolum. Secundò debemus relinquere uenenum nostrum, quoties intramus aquam poenitentiae, aut lachrymarum pro peccatis, taliter quidem, ut ipsum ulterius non resumamus per reciduum. Sed profectò multi sequuntur post pascha quantum ad aliud, scilicet, in malum naturam, & ritum serpentis, qui ad aquam descendens reponit uenenum suum in tutissimo loco, postea autem ab aqua recedens ipsum iterum resumit. Sic etiam multi post agnitionem sancte ueritatis reuertuntur ad uomitum praue consuetudinis, quibus melius esset ueritatem non agnouisse, quam post agnitionem retrorsum abire. Nota de concubinarijs, qui post pascha statim reuertuntur ad uomitum. Tertiò debemus per singulos annos pellem ueterem peccati abijcere in sacramentali confessione, conformiter ad decretalem. omnis ueriusque sexus, extra de poenitent. & remiss. Quartò debemus totum corpus pro capite ponere, idest, uitam pro fidei defensione, aut Christi amore pro loco tamen, & corpore,

pore. Sic enim egit beatus Petrus pro Christo in cruce suspensus, sic frater eius Andreas, sic Bartholomaeus uiuus excoriatus, sic Paulus capite truncatus, pariter & Iacobus, sic Stephanus lapidibus obrutus, sic Laurentius in craticula affatus, & penè infiniti tales utriusque sexus Dei martyres. Patent ergo tria, quae nos inducunt ad prudentiam. Et ideo bene nos admonet Apostolus in Epistola hodierna dicens. Estote prudentes. &c. Ecce primum ferculum eiusdem epistolae.

**SECUNDUM** ferculum, siue documentum, quod dat nobis beatus Petrus in presenti epistola concernit deuorā orationem, cum subdit dicens. Et uigilate in orationibus, ut, scilicet, Deus uos dirigat, sine cuius directione nemo potest mundè uiuere, ut dicit glo. ord.

**NOTANDUM** est autem circa hoc, quòd uigilare in orationibus potest multipliciter intelligi.

**PRIMò** sic. Vigilate in orationibus, idest, diligenter, & sollicitè, uidete quid, & ad quid, & quomodo sit orandum: **Iac. 4.** Peritis, & non accipitis, eò quòd male peratis. Illi ergo male obseruant præceptum Apostoli, qui orant somnolenter, & tepidè, seu remisè, sicut plerique facere solent etiam clerici, & religiosi, qui dormitant frequenter soluendo diuinum officium. Quos reprehendit Salomon **Prouerb. 6.** dicēs. Viquequo piger dormies, supple, in oratione? Tales etiam maledicte scriptura **Hier. 48.** dicens. Maledictus, qui facit opus dei negligenter.

**SECUNDò** sic. Vigilate in orationibus, repellendo à uobis factas, uanas, & nociuas cogitationes, quae maxime infestant orantes, & hoc procurante demone, qui inuidet omni bono operi, & spirituali profectui hominis, præcipue orationi, in qua loquitur homo cum Deo. In cuius figuram legitur **Genesis. 1.** s. quòd aues multae insidebant super sacrificium Abraham, quas ipse abiebat. Hoc etiam uult innuere ritus nonnullorum ecclesiasticorum, qui inter celebrandū, & dicto pater noster accipiunt patenam, muniendo se signo crucis, & cum ea quasi repellere uidentur aere. Quod mysterium nonnulli ignorantes fatuum, & inane reputant. Vnde glo. ordi. super prædicto uerbo, Vigilate, &c. dicit, quod uigilare in oratione est seipsum recolligere, ne animus abs-

quid cogitet præter id solum, quod precatur, cum ad orandum stamus. Insuper tunc debemus laborare, ut omnis carnis cogitatio absit. Intentio cordis sincerè Deum, non sono uocis, sed sensu animi oret. Hęc in dicta glo. Et si aliquis dicat, quod non possumus facere, quin inter orandum insurgant multę cogitationes carnes, & phantasia inhonestę. Illud gratis conceditur, nec etiam præcipit dicta glosa, quod animus nihil aliud cogitet, sed dicit ad hoc esse laborandum, studendum, & uigilandum. Non enim facere possumus, ut inter orandum, nihil aliud, quàm de Deo, aut spiritalibus, sive celestibus cogitemus, sed phantasia & cogitationes nocuas toto posse abigere debemus, ut procul absint, ne fructum orationis impediunt.

**TERTIUM** sic. Vigilarè in orationibus, id est, in illis per seuerate, quantum p̄tuitur humana fragilitas. Vnde Apost. ij. ad Thess. 5. sine intermissione, inquit, orate. Quod quidem uerbum dirigitur secundum glo. ord. ad quemlibet iustum, dicens, quod iustus nunquam desinit orare, nisi desinat iustus esse. Semper enim orat, qui semper bene agit. Ipsum enim bonum desiderium est oratio apud Deum. Et si homo bonum desiderium est continuam, orō est continua. Vel dic, quod ille sine intermissione orat, qui manus adiutrices pauperibus porrigit. Inter enim pauperes omni hora, tam diei, quàm noctis aliqui uigilant in orationibus, siue egritudine pressi, siue specialis deotone ducti, siue ad hoc obligati, sicut p̄. ter de religiosis, quorum aliqui surgunt hora decima, aut aliquando undecima ad decantandum officium matutinum, sicut patet de Carthusiensibus. Alij hora medię noctis, ut monachi, ac medicantes religiosi. Alij ante auroram, ut cęlestineses. Alij tardius, ut canonici, & similes. Qui ergo talibus famulis domini subuenit, siue elemosinam largiendo, siue decimas, & alia iura ecclesiastica debet soluendo, uideatur implere predictum uerbum Apostol. dicentis, sine intermissione orate. Nam sic huiusmodi uerbum esse intelligendum dicebat sanctus ille pater dicitur Lucius, prout legitur in uitis parrum. Ad eundem etiam sensum intelligendum est illud Christi uerbum Luc. 18. Oportet semper orare, & nunquam deficere. Patet ergo, quod uigilare debemus in orationibus per perseuerantiam, & continuationem,

uinationem, quia ut habetur Iac. vlt. Multum ualet, uidelicet, oratio iusti assidua. Et sic patet, &c.

**PRIMUM** ferculum, quod dat nobis Apost. Petrus in presenti epist. concernit charitatē, de qua subditur. Ante autem oīa mutua in uobismetipsis charitatē continuā habētes, quia charitas operit multitudinem peccatorū. Ac si aptē diceret beatus Petrus. Charissimi, ut intelligatis modum orandi, & impetrare possitis id, quod orando petitis, habete inter uos charitatem mutua.

**CIRCA** quod notandum, q̄ Petrus in uerbis predictis tangit de ipsa charitate quatuor pulchras conditiones.

**PRIMA** dicitur excellētē singularis, quia ante omnia, id est, super omnia. Est enim ipsa charitas ante omnes alias uirtutes, & dona altissimi, & si non semper tēpore, tamē dignitate, iuxta illud uerbum Apostoli. 1. ad Corin. 13. Nunc manent fides, spes, charitas, tria hæc, maior aut horum est charitas. Ipsa enim est, quę dat formā, & perfectionem in ratione meriti ceteris uirtutibus. Propterea dicit August. de uerbis dñi serm. 12. q̄ sicut radix omnium malorum, est cupiditas, ut dicit Apost. 1. ad Tim. 6. ita radix omnium bonorum est charitas. Extirpa ergo o homo cupiditatem, & planta charitatem. Hęc ille. Item idem serm. 2. dñice secunde post oct. Epiph. sicut, inquit, arbor quantumlibet pulchra sit, & fructifera, non potest uiuere absque radice, ita neque bona opera perseuerare possunt absque charitate. Item Gregor. Hom. 27. Sicut, inquit, multi rami unius arboris ex una radice prodeunt, sic multę uirtutes ex una charitate generantur. Nec habet aliquid uiriditatis ramus boni operis, si non manet in radice charitatis. Dicitur etiam. 14. quęst. 1. ubi, quod ubi charitas non est, non potest esse iustitia. Et sic patet de excellentia, & necessitate charitatis super ceteras uirtutes.

**SECUNDA** conditio charitatis uocatur reciprocatio. Et hæc conditio tangitur, cum dicitur. Mutua in uobismetipsis charitatem habentes. Ex quo ergo debet charitas esse mutua, consequens est, ut sit reciproca, id est, ut unus alterum diligat, iuxta illud Prouerbum. Si uis amari, ama. Et istud est contra multos ingratos, & peruersos homines, qui uolunt ab alijs amari, supportari, & subueniri, quos ta-

men nolunt amare, nisi forsan ore. Nec similiter volunt eos qualitercunque supportare, aut in necessitatibus subuenire, semper se excusantes, etiam falsè, & frivole. Vera ergo charitas, siue amicitia est, cum mutuo se amant homines. Propter quod antiqui Philosophi dixerunt de societate duorum mutuo se amantium, unam esse animam in duobus corporibus, & hoc propter vim amoris, sicut refert Isidorus de summo bono, lib. 3. cap. 28. Hinc de Chritti Apostolis legitur Actuum. 4. quod erat illis cor unum, & anima una in Deo. Vera etiam charitas ad Deum est, si ipsum veraciter, & super omnia diligamus, prout nos admonet beatus Iohannes in sua prima canonica capite quarto, cum ait. Diligamus Deum, quoniam ipse prior dilexit nos. Ecce charitatis reciprocato.

**TERTIA** conditio charitatis uocatur continuationis. Hæc autem conditio tangitur in præsentī epistola, cum dicitur, continuam habentes, supple, charitatem. Non ergo ad horam debemus nos mutuo diligere, sed semper, & continue. Quamuis enim cæteras uirtutes nō semper habeamus, silem quantum ad usum. (Non enim semper oramus, & huiusmodi) charitatem tamen semper in interiori homine retinere debemus, quamuis semper eam non ostendamus. Propter quod dicit Apostolus, ad Heb. 13. Charitas fraternitatis maneat in uobis. Præctica, quomodo multi bene inchoant uiuere conformiter ad charitatem, ut sunt multi ecclesiastici, qui se mutuo uocant fratres, sed non continuant, quia sæpe charitas eorum uertitur in odium, & iram. Ex quo patet, quod non sunt bene fundati, neque radicati in charitate, quia charitas perfecta nunquam excidit, ut dicitur Apost. 1. ad Corin. 13.

**QUARTA** conditio charitatis uocatur operationis. Et hæc conditio tangitur, cum subdit, quod charitas operis multitudine in peccatorum, ut, scilicet, Deus ulterius non uideat illa ad puniendum. Et sic intelligitur illud Prover. 10. Vniuersa delicta operis charitas. Item illud psal. Beati, quorum reuera sunt peccata. Quia autem, quare charitas dicitur operis multitudinem peccatorum, est, quia quamuis ea adueniente ulterius non remaneant, nec ea deficiente eadē in propria sua ui redeunt, & ideo est tñ quo ad ingratitude, & quo ad peccati sequentis

aggrauationem. Et ideo summopere debemus post consecutum peccatorum remissionem cauere nobis à reciduo. Et sic patet de tertio ferulo.

**QUARTUM** ferulum, quod proponit nobis Apost. Petrus in præsentī epistola concernit hospitalitatem, cum subdit dicens. Hospitales inuicē sine murmuratione. Prus enim fecerat mentionem de charitate, ideo hic congruè subdit de effectu illius, qui consistit in exhibitione actuali operum misericordie, dicens. Hospitales inuicem. Per quod uerbum monet nos ad opera mīa. Deinde ostendit modū, cum subdit, sine murmuratione. Vnde August. in regula de cōi uita clericorum dicit, quod illi fratres, qui deputantur ad communia officia monasterij, debent sine murmure seruire fratribus suis. Et hoc est contra illos officiales, qui sunt duri, rebelles, & amari, tam fratribus, quam hospitibus superuenientibus.

**NOTANDUM** est autem circa hoc, quod illi, qui possunt, debent libenter interdere hospitalitati, tam egenorum, quam infirmorum, & hoc propter multa.

**PRIMUM** quidem propter præceptum obseruandum, & signanter ubi nullus est, qui pauperes hospitio recipiat. Secus ubi alius ad hoc se offert, uel ubi habet paratū cōe hospitale. Sed ubi de hoc præcepto Profecit ex uerbis Apostoli in præsentī epistola. Item ex illis uerbis eiusdem ad Heb. 13. dicens. Hospitalitatem nolite obliuisci. Item ad Rom. 12. Hospitalitatem sectantur. Item ex illo uerbo Esa. 58. Egenos, uagosque induc in domū tuā. Itē ex illo uerbo Ecclē. 17. Vnicuique mandauit Deus de proximo suo, ut. sili tpe, & loco subueniat. Ecce quō hospitalitas nobis præcipitur.

**SECUNDUM** propter exemplum. Nam ad hospitalitatem impendendam pauperibus nobis præbuit exemplum summus ille patriarcha Abraham, qui ad hoc pietatis opus diligentissimus erat. Propter quod angelos in specie hominum hospitio recipere meruit, ut patet Gene. 18. Item habetur de cognato suo Moth. Eiusdem decimo nono. Legitur etiam Lucæ 24. quod illi duo discipuli, qui ibant in Emaus ipsa die Resurrectionis Dominicæ, coegerunt Christum in specie peregrini illis apparentem, ut cum illis intraret, & acciperet hospitium, super quo dicitur uen-

rabilis Beda, quod hospites sunt cogendi, & trahendi. Item cum Apostolus ad Hebræos. 13. pręmisisset de hospitalitate loquens, hospitalitatem nolite obliuisci, mox subiungit dicens. Per hanc enim placuerunt quidam Angelis hospitio receptis. Nota de Martha, quę hospitię Christi appellari meruit, eod quod ipsum frequenter hospitio in hac mortali uita recipere meruit. Similiter legitur de beato Iuliano Cenomaniensi episcopo, quod Christum in specie leprosi recipere meruit. Nec quidem immeritò. Nam, & ipse prius dictus est Simon Phariseus, ille, scilicet, qui fecit conuiuium Christo in domo sua, postquàm, uidelicet, curauit eum à lepra. Non de sunt pleraque alia exempla hospitalitatis sectanda.

**TERTIÒ** propter premium consequendum. In die nempe iudicij Christus, quasi regratians his, qui propter cum hospitalitatem impenderint pauperibus, dicit illud Matt. vigesimo quinto. Venite benedicti patris mei, &c. Nam hospes eram, & collegistis me, uidelicet, in membris meis, quia quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.

**QUARTÒ** propter supplicium uitandum. Nam tunc contra dicit Christus his, qui inhumani, & crudeles fuerunt ad pauperes, hospes eram, & non collegistis me. Et ideo ite maledicti in ignem æternum, qui &c. Si ergo diuites, & potentes huius sæculi uolunt consequi æternum premium, & uitare perpetuum supplicium, debent cum gaudio recipere pauperes hospitio. Sic egit Raguel quo ad Tobiam iuniorem, & Angelum Raphaelem, qui homo putabatur. Sic enim de eodem Raguel legitur To. 7. Suscepit Raguel, cū gaudio. Et postea interrogauit eos dicens. Vnde estis iuuenes fratres nostri? Non ergo more multorum prius eos interrogauit, qui essent, & postea recepit hospitio cum gaudio. Modò autem sine gaudio, imo cum tristitia recipiuntur ignoti, uel omnino non recipiuntur. Quinimo multi asperitate, & acrimonia etiam cum robore frequenter reijciunt. Taliter autem non egit sanctus ille Iob, qui de seipso loquens ait. Foris non manfit peregrinus, & ostium meum uiatoribus patuit. Eiusdem trigesimo primo. Cuius contrarij faciunt illi diuites, qui semper habent inuarias suas clausas, ad quas si pauper quantumcunq; lentè percussit, siue pulsauerit, amarè redarguitur sub his uer-

bis Italicè. Vigliacco parti, che così ti stia bene battere? Et sic patet de quarto.

**QUINTVM** ferculum, quod proponit nobis Apostolus Christi Petrus in præsentī Epistola, continet spirituum dispensationem, cum subdit. Vnusquisque, sicut accepit gratiã in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. Ac si apertè diceret, Charissimi non sufficit ad salutem, ut exerceatis hospitalitatem ad pauperes, in hoc eis misericordiam exhibentes, uerumetiam requiritur, ut Dei dona uobis data, siue concessa proximis uestris communicetis, & hoc gratis, idest, sine spe remuneracionis tēporalis, ita ut unus alteri, de gratia Dei, quam habet, seruiat, iuxta illud Matth. decimo. Gratis accepistis, gratis date. Hinc Apostol. prima. ad Corinth. quarto ait. Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores ministeriorum Dei. Sed profectò multi male obediunt, leu obtemperant uerbis Apostoli Petri. Nam sunt multi uiri docti, & literati in Ecclesia Christi, qui non dispensant, neque administrant alijs gratiam sibi datam ad aliorum utilitatem, quinimo abscondunt talentum domini sui. Contra quos loquitur scriptura Ecclesiast. vigesimo. dicens. Sapientia abscondita, & thesaurus inuisus, quę utilitas in utrisque? Alij autem administrant alijs gratiam sibi datam, sed non gratis. Nam inde querunt non Dei honorem, non animarum salutem, sed propriam gloriam, ut uani, et gloriosi, alijs pecuniam, beneficium, gratiam, beneuolentiam, siue qualemcumq; temporalem remuneracionem. Et isti sunt hodie in magno numero super terram. Nota de prædicatoribus indulgentiarum, qui faciunt pactum de salario recipiendo, utpote, quod percipiunt medietatem lucri, siue plus, aut minus, aliàs nunquam aperient os. Idem practica de multis Aduocatis, Consiliarijs, Medicis, Chirurgicis, mediatoribus apud Principes pro gratia, officio, aut beneficio obtinendo, & huiusmodi. Videant ergo tales, in quanto periculo suę salutis existant. Sed profectò de hoc parū sollicitantur, ideo multi damnantur. Alij autem sunt boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. Sed, proh dolor, sunt hodie pauci tales supra terram. Propter quod piè conqueritur Apostol. prima. Corinth.



quarto dicens. Iam quaritur inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur.

**S E X T I M V M** ferculum, quod vobis offert beatus Petrus in presenti epistola, concernit discretam locutionem, cum subdit. Si quis loquitur, quasi sermones Dei, id est, totum dicat ad honorem Dei, ut ipsi soli laus, honor, & gloria tribuatur, & non dispensatoribus; sed ministris diuini uerbi, iuxta illud psal. Non nobis domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam, hinc glo. ordina. super hoc passu ait. Si quis habet gratia, & scientia loquendi, non sibi, sed Deo imputet.

**N O T A N D V M** est ergo breuiter, quod homo, cum loquitur, debet habere tria.

**P R I M V M** est recta, pia, & bona intentio, qua debet cum mouere ad loquendum. Cuius contrarium plerique faciunt, qui unum cogitant, & aliud loquuntur, ut sic alios decipiant. Vnde in psal. Labia dolosi in corde, & corde locuti sunt. Nam, ut dicit deuotus Bernard. ad Eugenium de consideratione lib. 4. Multi sunt largissimi promissores, & percissimi exhibitores, blandissimi adulatores, & mordacissimi detractores, & simplicissimi dissimulatores, & malignissimi perditores. Hec ille. De talibus ergo fallacibus hominibus merito potest dici illud psal. Cor eorum non erat rectum cum eo. supp. cum quo loquebantur.

**S E C V N D V M**, quod debet habere homo, cum loquitur, dicitur discretio, ut scilicet, discretè, maturè, & honestè loquatur. Vnde Augustin. ad fratres in cremo ser. qui intulatur de silentio. Lingua, inquit, nostra sensum nostrum sequatur, & rationem, non uoluntatem. Nam uanus sermo uanè conscientia index est. Qualis enim es, tales sermones loqueris, & talis mens comprobabitur, & qualis fueris in factis, talis comprobaberis in uerbis. Item post pauca. Stultus ille ualde est, qui non prius dicit uerbum ad linguam rationis, quam educat ad linguam oris. Qualis est homo in mente, talem uerbositas depingit in ore. Et iterum post pauca. O homo uis bene loqui? Da linguæ tuæ moderatum motum. Preciosa enim lingua non nouit, nisi diuina uerba semper proferre. O quam sanctum est os, unde semper celestia erumpunt eloquia? Hæc ille.

**T R I T I V M**, quod debet habere homo, dum loquitur, dicitur

dicitur utilitas. Utilitas, inquam, siue in propria persona, siue in aliena, ut cum quis loquitur ad edificationem proximi. Vade Apo. Ephes. 5. Omnis sermo malus ex ore uestro non procedat, sed si quis bonus est, ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus. Ex quo pater, quod sermo ociosus est utiosus, cum nemini sit utilis, utpote, nullum edificans, & ideo de illo reddent homines rationem in die iudicii, ut dicit Saluator Marth. duodecimo.

**S E P T I M V M** ferculum, quod nobis propinat beatus Petrus in presenti epistola, concernit temporalium administrationem, cum ait. Si quis ministrat, tanquam ex uirtute, quam administrat Deus. Est et sensus secundum glo. interl. quod ubi quis dedit elemosinam, humiliter illam impendere debet, eò quod homo nihil habet à seipso, sed quicquid habet, à solo Deo habet, iuxta illud. 1. Corinth. 4. Quid habes, quod non accepisti? Cum ergo omnia bene, & secundum uoluntatem Dei fecerimus, non nostris meritis, sed gratiæ Dei tribuere debemus. Cuius rationem assignat Apostolus Petrus, cum subdit. Ut in omnibus honorificetur Deus. In omnibus, inquam, uerbis, & actibus nostris, iuxta illud. Apost. 1. Corinth. 10. Omnia in gloriam Dei facite. Et hoc per Iesum Christum, quem in omnibus uerbis, & operibus nostris inuocare debemus. Cui est gloria in se, & imperium quo ad alios in secula seculorum. Amen.

*Dominica infra octauas Ascensionis, Sermo secundus de Euangelio.*



**V M** uenerit paracletus, quem ego mittam uobis à patre, &c. Iohannis. 15.

**P R O** introductione presentis sermonis mouetur questio talis. Verum spiritus sanctus sufficienter perhibuerit testimonium de Christo? Ad hanc questionem respondetur affirmatiuè. Ad cuius euidentiam ponam tres ueritates.

**P R I M A** igitur ueritas. Spiritus Sanctus quantum in se fuit, perhibuit sufficiens testimonium de Christo, quod esset uerus Deus. Quod autem non omnes crediderunt ita esse, non fuit ex insufficientia testimonij, sed ex praua dispositione

Dominus Deus tuus. Bene ergo dicitur Apoc. 19. quòd testimonium Iesu est spiritus prophetiæ. Et est sensus, quicquid dixerunt propheta, testimonium perhibet de Christo.

**Q V A R T O** Christus habuit testimonium suæ diuinitatis ab angelis, sicut patet Luc. 2. in illo angelo, qui eo nato apparuit pastoribus dicens. Euangelizo uobis gaudium magnum, quia natus est uobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus, in ciuitate Dauid.

**Q V I N T O** Christus testimonium suæ diuinitatis habuit à Iohanne Baptista, quandoquidem cum digito demonstrauit dicens: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Iohan. 1. Item in eodem capitulo sic legitur: Iohannes testimonium perhibet de Christo, & clamat dicens: Hic erat, quem dixi, quonia post me uenturus est, qui ante me factus est, quia prior me erat, scilicet, quo ad diuinitatem. Eadem autem uerba in uirtute repetiuit item Iohannes ferens testimonium de ipso Christo, quandoquidem miserunt Iudei sacerdotes, & leuitas ad eum, ut interrogarent eum, tu quis es? Et hoc est, quòd eisdem Iudeis dicebat ipse Christus Iohan. 5. Vos, inquit, misistis ad Iohannem, & testimonium perhibuit ueritati, quam uis, supp. fati insisterent nuncijs uestris, ut eum à ueritate desisterent, sed auerterent.

**S E X T O** Christus habuit testimonium suæ diuinitatis à scripturis sacris. In cuius rei signum dicebat Iudejs Iohan. 5. Scrutamini scripturas, per diligentem inuestigationem, in quibus uos putatis uitam æternam habere, & ille sunt, quæ testimonium perhibent de me. Ac si apertè illis diceret: Solum impedimentum, quòd non credatis mihi, siue in me, est mala uoluntas uestra, uò quòd Scripturæ Sacræ suadent mihi credere, ut patet diligenter intuenti huiusmodi Sacras Scripturas, & signanter, quæ prophetice appellantur.

**S E P T I M O** Christus habuit testimonium suæ diuinitatis à demonibus, & spiritibus malignis, qui interdum coacti sunt ex miraculorum euidentia fateri eum uerum Deum. Vnde Luc. 4. legitur, quòd ad imperium Christi exhibent demonia à multis clamantia, & dicentia, quia tu es Christus filius Dei. Vnde refert August. de consensu Euangelistarum lib. 1. ca. 15. de quibusdam idololatrijs, qui còsulerunt Deos

suos,

suos, quid de Christo sentirent. Illi autem oraculis suis eum laudare compulsi sunt. Hæc ille.

**O C T A U O** Christus habuit testimonium suæ diuinitatis ab euidentia miraculorum suorum, iuxta illud Iohan. 5. Item eiusdem. 10. Opera, quæ ego facio, ipsa testimonium perhibent de me. Et istud signanter habet uerum, quantum ad modum faciendi huiusmodi opera, quia imperatiuè illa faciebat, ceteri autem sancti deprecatiuè.

**N O N O** Christus habuit testimonium suæ diuinitatis à Iudejs, etiam in multiplici differentia. Primò quidem à principe eorù Nicodemo nomine, de quo legitur Iohan. 3. quòd uenit ad Iesum nocte, quia forsitan de die non audebat ad eum uenire propter pharisæos, & dixit ei: Rabbi scimus, quia à Deo uenisti magister. Nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. Secundò uero à turbis. Vnde Matth. 21. legitur, quòd cum ipse intraret in die palmarum ciuitatem Hierusalem; turbæ occurrerunt ei cum palmis; tanquam summo regi iclamantes, & dicentes: Osanna filio Dauid, benedictus, qui uenit in nomine Domini. Terriò autem à mulieribus. Vnde legitur Iohan. 11. quòd cum ipse Christus uenisset Berhaniam, ubi erat Lazarus mortuus, occurrens ei Martha dixit illi: Ego credidi, quia tu es Christus filius Dei uiui, qui in hunc mundum uenisti.

**D E C I M O** Christus habuit testimonium suæ diuinitatis ab Apostolis, & discipulis suis. Vnde legitur Matth. 16. quòd cum semel ille eos interrogasset dicens: Quem dicunt homines esse filium hominis? & illi respondissent, quòd uario modo de hoc loquerentur, tandem ait illis: Vos autem quem me esse dicitis? Respondit illi Petrus pro omnibus: Tu es Christus filius Dei uiui. Cuius confessionem laudauit, & approbauit ipse Christus. Item post eius passionem, Resurrectionem, & Ascensionem, de eodem perhibuerunt testimonium dicti Apostoli, prout illis prædixerat ante passionem suam, secundum quod legitur in hodierno Euangelio, dicens: Et uos quidem testimonium perhibebitis, qui ab initio, supp. prædicationum mearum, aut operationum miraculorum, mecum estis. Ecce quàm multiplex testimonium suæ diuinitatis habuit Christus, & signanter à Spiritu

spiritu sancto, prout de illo prædixerat Apostolis suis loquens, & dicens iuxta thema præmissum. Cum uenerit paracletus, quem ego mittam uobis, &c.

**I**N præsentī ergo Euangelio de tribus principaliter fit mentio, uidelicet.

De Christi testificatione.

De scandali uitiatione

De iniqua persecutione.

**P**RIMÒ igitur fit mentio de Christi testificatione, sed passiuā, qualiter, uidelicet testificatus est esse uerus Deus. Et hoc dupliciter. Primò quidem à Spiritu Sancto, postquā, sed ipsum recipiunt Apostoli. Secundò uerò ab eisdem apostoli. De primo dicit Christus in prim. Euange. Apostolis suis, loquens, Cum uenerit, inquit, paracletus quem mittam, &c. De secundò uerò subditur idem Christus dicens, Er uos testimonij perhibebitis, quia ab initio mecum estis.

**P**RIMÒ igitur fit mentio de testificatione, quam ferre debebat Spiritus Sanctus in aduentu suo de Christi diuinitate, cum dicitur. Cum uenerit paracletus quem, &c. In quibus quidem uerbis notantur ea propter, quæ uenit ad consolandum eos, quia erant tristes de absentia magistri sui Christi, quem uiderant cælum ascendere ideo dicitur paracletus, qui interpretatur consolator.

**S**ECUNDÒ uenit ad docendum eosdem eo, quòd prius rudes, & absque literis essent. Et quia erant in proximo destinandi per uniuersum orbem ad docendos populos legem gratiæ ad conuincendos reges, & imperatores, philosophos, & rectores, prudentes huius mundi, & sapientes, ideo congruè uenit ad eos docendos, & instruendos. In cuius rei signum ipse Spiritus Sanctus in præsentī Euangelio uocatur à Christo spiritus ueritatis. Tertio uenit ad perhibendum de Christo fidele testimonium. Quia enim Christus positus est in signum, cui contradicium est tam uita, quam in morte, quam etiam post mortem, & resurrectionem, utpote, per illos, qui negabant eum esse uerum Dei filium, aut similitur resurrexisse, siue in cælum ascendisse, ideo congruum erat, ut mitteretur Spiritus Sanctus ad testificandum omnia prædicta, & hoc per organa Apostolorum.

**M**ORALITER. Propter tria prædicta uenit, & se transfert

fert inuisibiliter Spiritus Sanctus in animas sanctas. Primo quidem ad consolandum eas contra quenque aduersariā, ut uideatur dicere de iusto tribulatio illud Psal. Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum. In cuius figuram legitur Dan. 4. quòd Angelus Domini descendit in fornacem, ubi erant tres pueri, & fecit medium fornacis quasi uertum roris flantem. Secundò uenit ad docendum uiam prudentiæ, ostendendo homini qualiter se regere debeat, & quid tenere, aut credere habeat, iuxta illud. 1. Iohan. 2. Unctio docet uox de omnibus, supple necessarijs ad salutem, siue clarius de omnibus tendendis, agendis, & uitandis. Tertio uenit ad ferendum testimonium, quòd sumus filij Dei per gratiam. Inuocemus ergo eum charissimi dicentes, Veni creator Spiritus, mentes tuorum uisita, supple, eos consolando instruendo, & filios Dei constituendo.

**S**ECUNDÒ fit mentio de testificatione, quam ferre debebant Christi Apostoli de ipsius diuinitate, cum subditur, Er uos, supple, Apostoli mei, testimonium perhibebitis, sed de tribus. Primo quidem de uita mea, quæ est irreprehensibilis. Iohā 8. Quis ex uobis arguet me de peccato? Secundò uerò de doctrina mea, quæ est infallibilis, & ab omni falsitate aliena. Tertio autem de signis, & miraculis, quæ non nisi diuinitus fieri possunt. Vos ergo rationabiliter testimonium perhibebitis de me, quia ab initio mecum estis. Ab initio, inquam, mearum prædicationum, & miraculosarum operationum. Et sic patet de primo principali.

**S**ECUNDÒ principaliter in præsentī Euangelio fit mentio de scandali uitiatione cum subditur, Hæc locutus sum uobis, ut non scandalizemini. Vbi notandum, quòd ly hæc, non demonstrant, nec est referendum ad id, quòd immediate supra positum est, uidelicet ad principium huius Euangelij, in quo fit mentio de testimonio diuinitatis Christi, sed est referendum ad odium Apostolorum, & ad futuram persecutionem eorum, atque ad obseruantiam sermonis eorumdem de tribus prædixerat Christus paulo ante uerba præsentis Euangelij, uidelicet Io. 15. de odio quidem dicens. Si mundus uos odit, scitote, quia me priore uobis odio habuit, De persecutione, uerò cum ait, Si me persecuti sunt, & uos persequeantur. De obseruatione autem uerborum, cum subiun-

subiunxerat. Si sermonem meum, qui est irreprensibilis, seruauerunt, id est, obseruauerunt insidians mihi, ut, scilicet, me caperent in sermone, & uestrum seruabunt, id est, obseruabunt, iuxta illud psalm. Obseruabit peccator iustum. Quia ergo tria predicta aduersa, quae uentura erant super Christi discipulos, scilicet, odia cordium, persecutiones corporum, atque malitiose obseruationes uerborum eorum, poterant eos dimouere a suo sancto proposito, & signanter priusquam reciperent spiritum sanctum, & confirmarentur uirtute ex alto, ideo omnia illa praedixit Christus illis uentura, eo quod iacula praesens minus fuerint, & ne cadentes per impatientiam, cum uiderent predicta impleri. Item, ut se prepararent ad futurum bellum, & ad uiriliter, & strenue dimicandum contra tria predicta. Item, & tertio per amplius in fide diuinitatis Christi confirmarentur, cum scilicet, uiderint predicta impleri; quae ante illis praedixerat magister eorum Christus. Et hoc est, quod hic loquitur Christus illis dicens, haec sup. tria praedictis, locutus sum uobis, ut non scandalizemini, scilicet, cum uideritis, & sentietis illa opere, & facto impleri, sed potius consolemini in super impij Iudaei addent super uos quartam persecutionem, & aduersitatem, quia absque synagogis faciet uos, id est, extra synagogas, tanquam excommunicatos, & schismaticos uos eijcient turpiter, & ignominiose. Vnde Iohan. 9. legitur, quod parentes ceci nati, & a Christo illuminati, timentes Principes Iudaeorum non fuerunt ausi palam dicere filium suum a Christo fuisse illuminatum, eo quod praedicti Principes iam conspirauerant, ut si quis eum confiteretur Christum, extra synagoga fieret, id est, tanquam excommunicatus a consortio aliorum expelleretur.

**MORALITER** notandum iuxta illud Christi uerbum, haec locutus sum uobis, ut non scandalizemini, quod ipse Christus multa, & multiplicitate locutus est, quod nobis praebere debita loquendi norma, & forma. Nam quicquid ipse egit, aut dixit, semper nobis exemplum dedit ut sic agamus, aut loquamur. Pro quo notandum quod ipse loquebatur uarijs modis ualde decentibus, uidelicet. Discretè, Pie, Verè, Manifestè, Humiliter, Rationaliter, Fertiliter, Vitiliter.

**P R I M O** igitur Christus loquebatur discretè, sic, scilicet, quod

quod nulli dabit in suis uerbis, siue ex suis uerbis occasione scandalii. Propterea superius dixit, haec locutus sum uobis, ut non scandalizemini. Vbi notandum secundum beatum Thom. 2. 2. quaest. 43. artic. 1. quod scandalum est dictum, uel factum minus rectum praebens alteri occasionem ruinae. Quae quidem diffinitio intelligitur de scandalo dato, siue actiuo, quod semper est peccatum mortale in eo, qui scandalizat alium, quia quantum est ex se, facit eum ruere in peccatum, quod est contra charitatem, quam tenetur ad eum habere, ut cum quis dicit, uel agit aliquid minus rectum, quod dat proximo suo occasionem ruinae, siue ex proposito, siue per negligentiam, ut cum non curat, alius scandalizetur, necne. Si uero quis scandalizetur ex dicto, uel facto alterius, quod de se non dat illi sufficientem occasionem ruinae, tunc est scandalum, & acceptum, & non datum. Et talis debet sibi imputare, & non alteri, quod fuerit scandalizatus. Ad propositum ergo descendentes dicimus, quod Christus semper ita discretè, moderatè, & prudenter locutus est, quod nullus ex uerbis suis unquam debuit sumere occasionem ruinae, siue scandali. Et idem dicendum est de factis, seu operibus illius. Quinimo quantum in se erat, omnes praeserua bar a scandalo, & ruina, tam in discretionem suorum sermonum, quam in executione operum, sicut patuit, quando dixit Petro, ut solueret didrachmam pro ambobus, scilicet, pro se, & pro eodem Petro, & hoc solum ad uitandum scandalum, ut ipsemet testatus est, quia ad hoc non tenebarur, ut ibidem euidenter probat Mattheus. decimo septimo, & nos ita discretè temperare debemus linguam nostram, pariter & opera, ut inde nullus merito scandalizetur. Cuius, pro dolor, multi oppositum faciunt pro nullo reputantes, si alios dicto, seu facto scandalizant, ut sunt multi mundani homines lasciujs dediti, qui coram dominabus, aut alijs mulieribus etiam quantumcumque pudicis, & castis semper habent stultiloquia, aut turpiloquia in ore. Taceo de oculis, & tactibus impudicis, quae omnia agunt ob turpitudinis causam. Sed nouerint tales, quod qui talia agunt, regnum Dei non consequentur, ut dicit Apostolus ad Gal. 5. sed tandem proijcientur in profundum inferni, iuxta illud Christi uerbum

Mat. 18. Qui scandalizauerit unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Ve mundo à scandalis. Item ibidem. Ve homini illi, per quem scandalum uenit. O quàm grauius igitur tales scandalosi peccant, qui bonorum damnationem procurant, pro quorum animabus saluandis mortis supplicium perferre uoluit Christus. Studeamus ergo charissimi instar Christi discretè loqui, ne quis scandalizetur ex uerbis nostris, si indiscretè proferentur.

SECVNDÒ Christus loquebatur piè, scilicet, afflicto, & desolatos consolando. Et de hoc habemus historiam Luc. 7. de muliere uidua flente propter mortem unici filij sui, quàm piè consolans ipse Christus dixit ei. Nolite flere. Moyses suscitauit dictum filium suum. Ipse est consolatus est Martham flentem mortem Lazari fratris sui, quoniam ei dixit. Resurget frater tuus. Iohan. 11. Meritò ergo dicere poterat illud Esa. 61. Ad annunciandum mansueris misit me dominus, supple, pater in hunc mundum, & ut consolaret omnes lugentes. Sic, & nos instar Christi debemus piè loqui ad tristes, & desolatos eos pro uerbis consolando. Hoc enim opus ualde pium est, & maximè meritorium. Ad quod faciendum nos admo-ner scriptura Ecclesiast. 7. dicens. Non desis plorantibus in consolatione, & cum lugentibus ambula. Dicit etiam Imperator. C. deijs, qui ante apertas tabulas. I. unica, quæ incipit, per hanc iubemus, quòd desolatis, & tristibus est consulendum. Item Apostolus. 1. ad Thessa. 5. hoc præcipit esse faciendum dicens. Consolamini pusillanimes, scilicet, contra aduersa, uel pro peccatis desperantes, ut exponit interli. Debent ergo afflicti querere in tribulatione eorum uiros bonos, non tamen multum scrupulosos, & qui sint boni consilij, quibus etiam possint turè aperire secreta sua, & tristitias. Sed profectò sunt multi, qui de nullo etiam quantumcumque honesto, docto, aut discretò cõsidunt, propter quod tristitias suas, & desolationes intra semetipsos abscondunt, in grauem corporum, & animarum suarum, adeo quòd nonnunquam mortem incurrunt. Nam, ut dicit Ouidius. Strangulat inclusus dolor, atq; ex estuat intus, & per oppositum Senecæ, leuior est dolor, qui cõsiliu capere potest.

TERTIÒ Christus loquebatur uerè. Non enim palpat uicia, sed ueraciter reprehendebat, ita ut diceret Iudæis illud Iohan. 8. Nunc queritis me interficere hominem, qui ueritatem locutus sum uobis. Vnde propter ueritatem, quam ipse dicebat eis, tandem intètauerunt sibi mortem. Sic & hodie multi Principes, & uiri magni persequuntur mortaliter eos, qui illis ueritatem suam dicunt. Sed nec hoc desistendum est, saltem ubi speratur aliquis fructus, quamuis etiam immineat mortis periculum. Exemplum est non solù de Christo, uerum etiã de beato Iohanne Baptista, qui constanter, & intrepidè dixit ueritatem Herodi regi, cum ait illi. Non licet tibi habere uxore fratris tui Philippi. Mar. 6. cù tñ uerisimiliter crederet ex tali ueritate, & iusta reprehensione mortè sibi imminere. Nec certè mirù, si talis, ac tãtens uis se mortis periculo exposuerit pro ueritate dicenda, cù sic simile legantur Paganis, & infideles egisse. Refert. n. Valerius, quod cum Aristoteles Calisthenè auditorem suum mittere uellet ad Alexandrũ, prius monuit eum, ut aut nunquam, aut iucundissimè coram eo loqueretur. C. placencia, ut apud regias aures, uel silencio effectutior, uel sermone gratior. At cum uidisset ipsum Alex. intolerabili superbia tumens, pessimisq; uitijis infectum, eum constanter obiurgare cepit, & ad honestos mores eum reuocare studuit. Propter quam reprehensionem tandem ab Alexandro occidi iussus est. O' utinam, si omnes predicatorum, & doctores amarent ueritatem, & eam tempore, & loco proparèret. Sed profectò tales, ut in pluribus querunt principibus, & magnatibus placere, ut habeant beneficium, gratiam, aut officium. Propter quod efficiuntur muti, uelut canes non ualentes larrare. Aut si loquuntur, tunc student dicere ea, quæ arbitrantur grata esse ipsis principibus. Qui quidem Principes uidentur illis dicere illud Esa. 30. Loquimini nobis placencia, & audiemus uos, supple, libenter, quo fit, ut tales adulatorum secum trahant ipsos Principes magnates in abyssum inferni. Et breuiter, ut dicit Senecæ. lib. 6. de beneficijs, Principes, & potentes seculi, quantumcumque uideantur diuites, unam tamen illis deest, scilicet, qui dicat illis ueritatem quia, aut ueritas, aut amicitia eorum perdenda est. Et quia pauci uolunt eorum perdere amicitiam, ideo multi omni-

tunt illis dicere ueritatem. Et sic patet de tertio.

**Q**UARTO Christus loquebatur manifestè. Vnde Io. 18. legitur, q̄ Caiphas Pontifex cū interrogasset de doctrina illius, respondit illi dicens. Ego palā locutus sum mundo, ego sem per docui in synagoga, & in tēplo, quo oēs Iudei conueniūt, & in occulto locutus sum nihil. Multi, ergo audietibus loquebatur Chr̄s, quāuis nō oēs intelligerent uerba sua. Sic, & nos debemus palam loqui, ita. s. q̄ nihil dicamus secretè quo ad famā alterius, quod non uelimus palam dicere. Cuius cōtrariū faciunt multi susurriones, qui de alijs occultè, & ad partē detrahūt, & loquuntur in aure, qd̄ palā loqui, & dicere nō auderent. Et tales sunt maledicti s̄m sacra scripturā, iuxta illud Eccl. 28. Susurro, & bilinguis maledictus, multos enim turbauit pacē habētes. Tales ergo susurriones sunt supra modū uitandi, prout docet. Bern. li. de consideratione, ita dicens. Omnem, qui palam ueretur dicere, quod in aure loquitur, si spectū habeas. Deinde subdit dicens. Est, & aliud hominum genus, qui etsi coram alijs loquatur, non tamen palam, & manifestè quo ad sensum, & intellectum uerborum. Vtuntur enim quibusdam uerbis ambiguis, ut alios fallant irideant Sed profectō tales debent attendere ad id, quod scriptum est. Eccl. 37. Qui sophisticè loquitur, odibilis est, & in omni re defraudabitur.

**Q**UINTO Christus loquebatur humiliter. Non enim, quē dicebat predicando, aut disputando, sibi attribuebat, sed potius Deo patri. Et hoc expressè patet ex illo textu Io. 7. ubi ita loquitur dicens. Mea doctrina non est mea, sed eius, qui misit me, patris. Similiter. Io. 8. dicebat. Ego quē audiui a patre meo, hęc loquor in mundo. Ecce quomodo humiliter loquebatur Christus, uerpete, nihil sibi attribuendo, sed totum Deo patri. Sic & nos humiliter loqui debemus, ut. s. quicqd̄ boni dicimus, nō nobis, sed tantū Deo attribuamus. Nec et̄ in talibus gloriā nostrā, sed tantū Dei queramus, iuxta illud ps. Nō nobis dñe, nō nobis, sed nomini tuo da gloriā. Qui ergo supbiūt, uel uanā gloriā querūt, siue ex sciētia sua, aut eloquētia, cōtra Chr̄i ingentē humilitatē agūt, Et q̄ Dei donis abutunt̄, illa sibi attribuētes, & nō Deo, ideo iusto Dei iudicio, & p̄missione sepe in magna scādala, & errores incidūt,

ita ut

ita ut, q̄ supra ceteros apparere uolebant, pr̄ ceteris cōtēpti biliores habeātur. Illi et̄ nō humiliter loquuntur, qui in sc̄i pturis, & libellis suis multa ex dictis aliorū doctōrum, & auctorū inferunt, suppressis eorū nominibus, ut ipsi de thesauro cordis sui uideantur, proferre noua, & uetera, in hoc quodammodo similes pernici, quæ nutrit pullos, quorum oua non fouit, ut dicit Isido. l. b. 12. c. 2. erymo. propterea dicitur perdis at perdo. Hier. 17. Perdis fouit, quæ non peperit. Sed sicut pulli perdicis, cum audiunt uocem proprię genitricis, quodam naturali instinctu ad illam, quæ ipsos genuit, reuertuntur, relicta ea, quæ ipsos fouet, ita etiam uiri docti inter legendum dicta talium doctōrum facili perpendunt talia non creuisse in horto suo, (ut uulgo dicitur) sed fuisse ex tali, uel tali doctore sumpta. Et ita ubi tales fallaciter intendebant reportare gloriam, & honorem, reportant confusionem, & infamiam, siq̄; notantur at peritis de superbia, & inani gloria. Ex quo patet, quod tales longè sunt a Christo, qui loquebatur humiliter.

**S**EXTO idem Christus loquebatur rationabiliter. Vnde legitur Iohan. 18. quod cum unus ministrorum Cayphæ dedisset ei alapam, dicens: Sic respondes pontifici? ait illi: Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo, si autem bene, cur me cedis? Ecce quā rationabiliter, & prudenter Christus loquebatur, sic & nos debemus prudenter, & rationabiliter loqui. Hoc autem fit, cum nostra locutio debeat circumstantijs uestitur, ut, scilicet, non solum bona loquamur, sed & bene, uerpete opportuno tempore, & loco, item modo decenti, iuxta conditionem personarum, quibus loquimur, similiter recto fine, & huiusmodi. Cuius contrarium multi faciunt, qui effrenatè loquuntur, & dicunt, quicquid uenit eis ad os. Propter quod sepe in uerbo offendunt, ita ut sepe eos p̄niteat, sic uel sic fuisse locutos. Sed ut dicit Horatius in Epistolis, semel emissum uolat irreuocabile uerbum. In huiusmodi etiam indiscreta, & interperata locutione sepe offendunt mulieres, quæ habent parum de prudentia, & discretione, & quæ præcipites sunt naturaliter ad loquendum. Nota etiā de illis uxoribus, quæ durè arguunt, & increpant uiros suos, dum sunt in ira, aut passione, siue

obrij. Irrationabiliter etiam loquitur, qui alterum publice increpat de uitio occulto, aut non sufficienter probato, uel de crimine, pro quo punitus est, nec in simile recidui uir. Item, qui alterum arguit non zelo iustitiæ, sed appetitu uindictæ. Similiter, qui deficientem ex negligentia, nimis asperè, aut furiosè reprehendit, quasi uolens eum confundere, & exterminare. Omnes enim isti modi loquendi, ac similes sunt irrationabiles, & per consequens summopere uitandi, aut saltem temperandi.

**S E P T I M O** Christus loquebatur feruenter. Quæ enim ore dicebat, cum magno seruire proferebat, ut sic animos audientium ad Dei amorem inflammaret. In cuius rei signum dicebāt illi duo discipuli, quibus apparuit in Emaus: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur nobis in uia, & aperiret nobis scripturas? Lucæ vlti. Sic & nos inter loquendum debemus feruenter alios ad Dei amorem inducere. Hoc enim est signum, & argumentum magni amoris ad Deum. Propter quod dicit Gregorius in quadam homilia, quod illi in amore Dei est maior, qui plurimos trahit ad illius amorem. Da exemplum de igne, qui quanto est maior, tanto plures etiam distantes ab eo calefacit. Sic enim feruenter loquebāt Helias propheta, de quo legitur Eccl. 48. quod surrexit Helias propheta, quasi ignis, & uerbum ipsum, quasi facula ardebat. Sic etiam feruenter loquebatur pater noster Dominicus, de quo legitur, quod uerba eius ardebant, ut faculæ, quia in spiritu, & uirtute uenerat Helix. Idcirco etiam datus est Apostolis Spiritus Sanctus in linguis igneis, ut uerbis ignitis ceteros ad ardorem charitatis inflammarent. Sic & nos prædicatores feruenter loqui debemus ad populum, ut ipsum ad amorē Dei accendamus, iuxta illud Psal. Ignitum eloquium tuum uehementer, supple, esse debet.

**O C T A U O** Christus loquebatur utiliter. Nam uerba ipsius peccatores, & peccatrices ad contritionem, & penitentiam inducebant, ad gratiam suscipiendam præparabant, & uiam paradisi ostendebant. Ecce utilitas prædicationis illius. Taliter etiam loqui debent prædicatores, ut, scilicet, aliquem fructum in auditoribus facere ualeant, iuxta illud. Christi uerbum Iohan. 15. Posui uos, ut eatis, supple, ad conuertendos

uertendos populos ad penitentiam, ideo sequitur, & fructum afferatis, non quod citò pereat, sed qui permaneat in corde auditorum. Ideo sequitur. Et fructus uester maneat. Tunc autem prædicatores utiliter loquuntur, cum prædicant nunc de uitijs illa increpando, ut homines ab illis abstineant. Nunc de uirtutibus illas mirificè exaltando, ut auditores ad eas alliciant. Nunc de peccatis inuocant, & de iudicio, ut peccatores terreant, & à peccatis reuocent: Nunc de gaudijs paradisi, ut homines ad contemptum terrenorum, & ad desiderium celestium inducant, & sic de alijs materijs utilibus ad salutem. Et sic patet de secundo principali.

**T E R T O** principaliter in præsentī Euangelio fit mentio de iniqua persecutione, sup. discipulorum Christi, cum subditur. Sed uenit, inquit Christus discipulis suis, hora, ut omnis, qui interficit uos, arbitretur obsequium se præstare Deo. Ac si apertè diceret. Vestram occasionem opinabuntur rempiam, & Deo placentem in hoc tamen errantes, & ueritatem ignorantes. Et hoc est, quod subditur. Et hæc facient uobis, quia non nouerunt patrem, neque me. Quasi diceret, quod ex stulta ignorantia hoc facient. Sed hæc locutus sum uobis, prænunciando, ut cum uenerit hora eorum, id est, tempus, quo hæc implebuntur, reminiscamini, quia ego dixi uobis, id est, prædixi, scilicet, credatis me esse Deum, qui hæc præsciui, & uobis prædixi.

**M O R A L I T E R.** Multa prædixit Christus in sacro Euangelio, utpote, de finali iudicio, & de signis, quæ ipsum præcedent, ut pater Luc. 21. ubi ait. Erunt signa in Sole, & Luna, & Stellis, & in terris pressura gentium, præ confusione sonitus maris, & fluctuum, arescentibus, &c. Item Matt. 25. de ipso iudicio loquens ait: Cum uenerit filius hominis in sede maiestatis suæ, & omnes angeli eius cum eo, tunc congregabuntur ante eum omnes gentes, &c. Prædixit etiam futuram damnationem malorum, & gloriam bonorum, concludens ubi supra, & dicens, Ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in uitam æternam. Quod si queratur ab eo, cur talia prædixit, respondebit, & dicit hoc ideo fecisse, ut cum uenerit hora eorum, reminiscantur homines, quia talia illis prius prædixerat in sacro Euangelio. Taliter ergo uinuntur charisti-

mi, ut tunc non terreamur ex tali reminiscencia, sed potius eomplemur. Præstante Domino nostro Iesu Christo, qui cum patre, &c.

*In die Pentecostes, Sermo primus de Epistola.*



**V**M completerentur dies Pentecostes, erant omnes discipuli pariter, Act. 2. Hodierna solennitas tota gaudiosa est, & lætabūda, tam Christi discipulis, quàm omnibus deuotis Christianis.

**P**RIMÒ quidem Christi discipulis. Prius enim erant tristes propter recessum recentem magistri sui, qui ad tempus reliquerat eos, uelut orphanos. Sed hodie gauisi sunt gaudio magno, quandoquidem mellisui facti sunt cæli, & descendit imber sancti Spiritus ad inebriandum terram, idest, corda Apostolorum. Tunc ergo meritò gauisi sunt. Tum quia tribuit eis charismatum dona. Tum quia confirmauit eos uirtute ex alto, idest, sua diuina uirtute stabiles eos fecit in bono gratiæ, & uirtutis, ita ut deinceps immunes fuerunt à mortali peccato. Tum quia contulit eis donum fortitudinis, quo nedum possent omnibus aduersarijs suis resistere, uerum etiam eos confundere, & superare. Meritò ergo propter hæc gauisi sunt Apostoli.

**S**ECONDÒ præsens solennitas gaudiosa est omnibus deuotis catholicis. Tum quia ad eos hodie descendit inuisibiliter per gratiam ille, qui tali die descendit super Apostolos uisibiliter, scilicet, in linguis igneis. Tum quia hodie recolitur nouus aduentus Spiritus Sancti, sicut & in festo Natalis Domini nouus aduentus filij Dei in mundum. Quem admodum ergo in festo Natiuitatis Domini totus mundus exultat, ita & hodie exultare debet. Tum quia hodie ad deuota, & pura corda descendit ille, qui eadem sursum ascendere facit per supernorum desiderium, & contemplationem, quem sibi dari petebat Dauid, cum dicebat. Spiritum rectum in noua in uisceribus meis. Rectum, inquam, quia rectè dirigit humana corda ad cælestia per amorem in præsentem, & tandem per realem præsentiam in futuro, iuxta illud

illud Psalmus. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam, idest, in cælum. De cuius quidem Spiritus Sancti missione super Apostolos fit mentio in Epistola hodierna diffusè, prout latius declarabitur in eiusdem deductione, & expositione.

**N**OTANDVM ergo, quòd in præsentem Epistola de ipsius Spiritus Sancti missione tria principaliter tanguntur, siue describuntur, quæ sunt.

Antecedentia. Concomitantia. Consequentia.

**P**RIMÒ igitur tanguntur antecedentia ipsam missionem Spiritus Sancti. Et ista iterum sunt tria, quæ sunt.

Tempus. Personæ. Locus.

**P**RIMUM igitur antecedens, quod præcessit aduentum Spiritus Sancti super Apostolos, dicitur tempus. Et hoc antecedens exprimitur, cum dicitur in principio Epistolæ. Dum cõplerentur dies Pentecostes, idest, quinquaginta dies à Dominica Resurrectionis. Nam Pentecoste dictio græca est, quæ dicitur à penta, quod est quinque, & costæ decem, quasi quinque decem, quæ in toto faciunt quinquaginta.

**P**RO quo notandum, quòd est quinquagesima triplex, uidelicet.

Dierum. Annorum. Psalmorum.

**P**RIMA igitur quinquagesima uocatur dierum, eò quòd continet quinquaginta dies. Et iterum ista est duplex. Prima incipit à Dominica in quinquagesima, & durat usque ad diem Paschæ. Secunda autem incipit à die Paschæ, & durat usque ad hanc diem. Prima quinquagesima uocatur penitentia, afflictionis, & abstinentiæ. Nam tunc homines abstinent à carnibus, & ieiunant, & præsertim sacerdotes, & clerici, ut notatur in decretis dist. 4. denique. Quòd quidem tamen decretum uidetur esse abrogatum, quantum ad uim obligandi per contrarium usum. Et hoc intelligitur de illis duobus diebus, qui immediate præcedunt diem cinerum. Secunda uero quinquagesima uocatur gaudij, lætitiæ, & exultationis. Figuratur enim octauam atatem, ubi utraq; stola, scilicet, animæ, & corporis induemur. In cuius rei signum in dicta quinquagesima, cantamus duo alleluia in missa. Et sic patet de quinquagesima dierum.



SECUNDA quinquagesima uocatur annorum, quæ completa celebratur annus iubilæus in antiqua lege, prout patet Leuit. 25. In quo quidem anno multa singularia obseruabantur, & fiebant. Nam tunc debita relaxabantur, hæreditas restituebatur, exules in patriam suam reuertebantur, serui libertati restituebantur. Quæ omnia erant quædam figure, quod per aduentum spiritus sancti, qui descendit super Apostolos quinquagesimo die à resurrectione domini, peccata remittuntur, hæreditas cælestis redditur, exules homines à patria cælesti illuc reuocantur, & serui diaboli à iugo illius plenè liberantur. Isti sunt gloriosus fructus aduentus Spiritus sancti.

TERTIA quinquagesima uocatur psalorum. Et iterum ista quinquagesima est triplex, quæ etiam significat tres status Christianæ religionis. Primus igitur status dicitur pniæ. Secundus iustitiæ. Tertius laudis uitæ æternæ. Et iò ad representandum dictos tres status, prima quinquagesima terminatur in psalm. Miserere mei Deus secundum, &c. Qui quidem psalm. ualde competit pœnitentibus, propter quod solet sæpe clericis imponi per modum penitentiæ, & satisfactionis dum consentitur. Et hoc rationabiliter, quia ut habetur de pen. distinct. 3. totam, dictus psalmus inter psalmos Dauidicos totam peccatoris penitentiam ostendit. Secunda quinquagesima psalorum terminatur in psal. Misericordiam, & iudicium cantabo tibi domine, & hoc ad representandum statum iustitiæ, ut dictum est. Sed quis est status iustitiæ? Certè est uita pœnitens, in qua peccator debet facere iustitiam de seipso, pœnitentiam assumendo, si non uelit, quod Deus puniat eum in futuro. Sic enim agendo prouocabit misericordiam Dei erga seipsum, ideo misericordia, & iudicium sine iustitia simul uniuertur ubi sup. cum dicitur. Misericordiam, & iudicium, &c. Tertia quinquagesima psalorum terminatur in fine totius psalterij, cum dicitur. Omnis spiritus laudet dominum. Quod quidem uerbum potest rectè intelligi de laude, quam decantant angelici spiritus, pariter & humani stantes ante thronum Dei in cœlis. Et ut dicit Guillelmus in suo rationali, hæ tres quinquagesimæ significant totum tempus diluuij, quod

quod durauit centum quinquaginta diebus. Nam tot diebus fuit aqua super uniuersam faciem terræ, ut patet Gene. 8. Ideo ergo tres quinquagesimas psalorum cantamus, ut Deus à tali diluuiò, & ab omni periculo defendat nos, & teneatur. Et sic patet de triplici quinquagesima, scilicet, dierum, annorum, psalorum. Patet etiam de primo antecedente.

SECUNDVM antecedens, quod præcessit aduentum Spiritus sancti in Apostolos, dicitur personæ, quod quidem antecedens tangitur in præsentis epistola, cum dicitur. Erant omnes, supp. Christi Apostoli, qui erant numero. 72. Iam enim Matthias sortitus erat locum Iudæ proditoris, ut patet Act. 1. ly. ergo omnes, distribuit pro Apostolis tantum, & non pro Apostolis cum discipulis, qui erant numero. 72. Dignus enim erat, ut hi 12. qui erant præcipui Christi discipuli, & primò ab eo uocati, præter tamen ipsum Matthiam, haberent aliquod speciale Dei munus, & donum ultra, & supra, alios communes discipulos. Creduntur tamen postmodum dicti. 72. discipuli recepisse uisibiliter spiritum sanctum, sicut, & multi alij, de quibus legitur Act. 10. item eiusdem. 19. Non tamen illo modo quo, & apostoli, uidelicet, in specie linguarum ignearum, sed forsan in specie ignis, siue alia figura. Neque etiam uerisimile est prædictos septuaginta duos discipulos fuisse præsentés cum alijs fratribus, id est, Apostolis in die Ascensionis, neq; toto illo tempore currente usque ad diem Pentecostes inclusiuè, ut facile trahi potest ex primo capitulo libri Actuum Apostolorum, ubi exprimuntur nomina duodecim Apostolorum, & non plurium, ut patet intuenti textum. Vbi autem tunc steterint, nobis est incertum. Nam constat illa Christi uerba, de quibus Act. 1. Et conuolens præcepit eis, ab Hierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem patris, tantum ad Apostolos fuisse directa, ut patet ex principio capituli. Ex quibus uerbis sufficienter elici potest discipulos non fuisse cum Apostolis, quando datus est Spiritus Sanctus.

TERTIVM antecedens, quod præcessit aduentum Spiritus sancti in Apostolos, dicitur locus. Et istud antecedens tangitur

tangitur in hodierna Epistola, cum dicitur de eisdem Apostolis, quod erant omnes pariter in eodem loco. Sed in quo loco? Certe in illo cœnaculo, quod erat in Hierusalem, ad quod se unâ cœtulerant dicti Apostoli post Christi Ascensionem, ut habetur Act. 1. Est autem cœnaculum domus excelsa. Per hoc autem, quod Spiritus Sanctus missus est ad Apostolos in unum congregatos, designatur, quod nullus est capax receptionis eiusdem Spiritus Sancti, qui non fuerit cum omnibus hominibus, qui inhabitant terram, congregatus per amorem, & charitatem. Nam ut dicit August. ad fratres. in eremo ser. 2. qui intitulatur de pace: Sicut spiritus humanus nunquã uiuificat membra, nisi fuerint unita, sic nec Spiritus Sanctus nos uiuificat, nisi pace uniti fuerimus. Hæc ille. Ipse ergo Spiritus Sanctus est spiritus amoris, & qui habitare facit unanimes in domo. Econtrario autem diabolus est spiritus odij, & dissensionis, & qui seminat inter fratres discordias, partialitates, & rixas, de quo etiam dicit Christus Luc. 11. Qui non colligit mecum, dispergit.

SECUNDO principaliter in præsentī Epistola fit mentio de concomitantibus missionem Spiritus Sancti. Et iterum huiusmodi concomitantia fuerunt quatuor, quæ his nominibus exprimi possunt, uidelicet.

Sonus. Lingua. Repletio. Varietas.

PRIMUM igitur concomitans uocatur sonus, de quo dicitur in textu. Et factus est repente de cœlo sonus adueniens spiritus uehementis, & repleuit totam domum, ubi erant sedentes. In quibus uerbis de huiusmodi sono iterum quatuor dicuntur.

PRIMUM est, quod uenit repente, quia nescit tarda molimina Spiritus Sancti gratia. Est autem molimen idem, & conatus. Tarda ergo molimina, quæ nescit Spiritus Sancti gratia, designant tardos conatus ad bonum. Et hæc nescit gratia Spiritus Sancti, quia quamprimum descendit in mentem humanam repente operatur reddendo hominem feruidum in charitate Dei, & proximi. Vnde in Psal. Fluminis impetus lætificauit ciuitatem Dei. Ecce quare uenit repente.

SECUNDO est, quod uenit de cœlo. Super quo dicit glo. ord. quod Spiritus Sanctus, ideo datur de cœlo, ut dil-

gatur

gatur super omnia Deus. Datur autem in terra, ut dilgatur primus. Item uenit de cœlo, ut corda Apostolorum attraheret in cœlam per cōtemp̄tū terrenorū, & amorem cœlestiū. Nam ut dicit Aug. super Ezech. hom. 10. Mentē, quam Spiritus Sanctus replet, in amaritudine temporalium, & delectatione æternorum cōmouet. Dulce etenim est esse in rebus humanis, sed ei, qui adhuc de cœlestibus gaudia nulla gustauit, & quanto minus æterna intelligit, tanto delectabilius in temporalibus requiescit.

TERTIUM est, quod dictus sonus fuit tanquã aduenientis spiritus uehementis, id est, tonitruui, ut dicit de Iyra. Neminem tamen terruit, sicut olim in lege, ut dicit glo. interlinea. Cum enim olim lex daretur loquente Domino ad Moysen, cuiusque populus uidebat uoces, & lampadas, & sonitum bucine, montesque fumigantem, & perterriti, ac pauore cōcussi steterunt procul, dicentes Moysi. Loquere tu nobis, & audiemus. Non loquatur nobis Dominus, ne fortē moriamur. Exod. 20. Ecce quomodo olim Dominus ueniens super montem Sinai, terruit populum. Non sic autem hodie factum est. Nam ibi populus longe stabat præ timore, ut habetur ubi supra. Hodie autem congregati erant Apostoli ex amore.

QUARTUM est, quod dictus sonus repleuit totã domum, scilicet, insolita claritate. Vel hoc potest referri ad ipsum Spiritum Sanctum, qui in aduentu suo dicitur repleuisse totam domum, ubi erant Apostoli sedentes, eò quod repleuit omnes habitantes in domo. Et nota, quod ly sedentes, idem ualeat, sicut manentes. Non enim uerisimile est, quod tunc Apostoli realiter sederent, sed potius, quod flexis genibus orarent, secundum quod canit Ecclesia dicens in hymno. Dum hora cunctis tercia, repente mundus intonat, orantibus Apostolis, Deum uenisse nunciat. Modus autem orantium est flectere genua, & præsertim, quando priuatè orant. Et sic patet de primo concomitante.

SECUNDO concomitans missionem Spiritus Sancti dicitur lingua, siue donum linguarum, quod tunc fuit collatum Christi Apostolis. Nam ut dicit Lucas, apparuerunt illis dispersitę lingue, tanquã ignis, seditque supra singulos eorum Spiritus Sanctus. In quibus uerbis multa dicuntur.

PRIMUM

**PRIMUM** est, quod ipse spiritus sanctus tunc apparuit in specie linguarum super Apostolos. Sed cur hoc? Certè in signum, quod dabat illis plenitudinem eloquentiæ ad conuertendos populos ad Christi fidem, etiam omnium nationum, & regionum. Quod impletum est, quantum in ipso fuit, quandoquidem in omnem terram exiuit fontus eorum, & in fines orbis terræ, & cæc. Sic enim illis præceperat, quando cælum ascenderat dicens. Euntes in mundum uniuersum prædicate euangelium omni creaturæ. Item de hoc Actu. I. Eritis, inquit, mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & usque ad ultimum terræ. Quia ergo mittendi erant Christi Apostoli in omnem regionem, ideo opus fuit, ut essent eloquentes, ut, scilicet, possent in omni lingua prædicare, & disputare, atque ab omnibus intelligi. Et hoc est, quod postea subditur. Ceperunt loqui uarijs linguis, prout Spiritus Sanctus dabat. loqui illis.

**SECUNDUM**, quod tangitur ubi supra, est, quod linguæ illæ, in quibus apparuit Spiritus Sanctus, erant ignitæ, & hoc ad designandum feruorem, quem habituri erant Apostoli prædicando, & salutem animarum procurando. Hinc canit Ecclesia in hymno præsentis solennitatis. Ignis uiibrante lumine, linguæ figuram detulit, uerbis ut essent profusius, & charitate feruidi. Talis etiam ignis debet incendere quosque diuini uerbi prædicatores, ut dicit Greg. super Ezech. hom. 12. Nullum est omnipotenti Deo tale sacrificium, quale est zelus animarum. Hinc psal. ait, zelus domus tuæ comedit me. Hæc ille. Sed profectò admodum pauci prædicatores incenduntur igne diuini amoris, aut salutis proximi, sed feruè omnes querunt, quæ sua sunt, & nõ quæ Iesu Christi. Et hinc est, quod moderni prædicatores parum proficiunt, quo ad salutem animarum. Vbi enim reperire est hodie prædicatorem, qui instar beati Iohannis Baptistæ uelit reprehendere peccata principum cum periculo uitæ? Certè hæc auis hodie rara est in terris.

**NOTANDUM** autem circa hoc est, quod conuenienter Spiritus sanctus apparuit, super Apost. in specie, & hoc pp̄ sexpulchras proprietates ignis. Nam ignis habet uirtutē

Consummatiuam. Copulatiuam. Calefactiuam. Illuminatiuam. Immutatiuam. Renouatiuam.

**PRIMÒ** enim ignis habet uirtutem consummatiuam. Consumit enim omnia etiam usque ad lapides, & ferrum, eò quod inter omnia elementa est maxime actiuitatis: Sic & Spiritus Sanctus tantè est actiuitatis, ut consumat, destruat, & dissipet quæque peccata, etiam quantumcumque grauissima, dummodo inueniatur materiæ dispositam, id est, cor contritum, & humiliatum. Hinc Deut. 4. dicitur: Deus noster ignis consumens est. Utinam ignis iste diuinus consumat in præsentia omnia peccata nostra, ne ignis ille infernalis ea inueniat, & sine fine cruciet.

**SECUNDÒ** ignis habet uirtutem copulatiuam. Nam uirtute illius duæ laminae ferreae, dummodo fuerint ignitæ de facili adiuuicem copulantur, sicut docet rerum experientia in arte fabrilis. Sic & Spiritus Sanctus coniungit multa corda in unum per charitatem, propterea amor dicitur. Amor autem non nisi duorum, aut plurium dicitur. Hinc scriptura ait. Eccl. 25. In persona Dei Patris loquens. In tribus placitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo, & hominibus, concordia fratrum, amor proximorum, uir, & mulier bene sibi contentientes. Nec certè solum copulat ipse Spiritus Sanctus humana corda inter se per charitatem, uerum etiam ipsa copulat cum Deo per eandem charitatem, iuxta illud Rom. 5. Charitas Dei, id est, qua diligimus Deum super omnia, diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis. Illi ergo, qui sunt discordes, & diuisi, habent in se sufficiens argumentum, quod non habent secum Spiritum Sanctum, sed potius spiritum malignum.

**TERTIÒ** ignis habet uirtutem calefactiuam. Calefacit enim homines, & omnia sibi debite approximata. Sic & Spiritus Sanctus calefacit interius homines, ita ut etiam huiusmodi calor se diffundat usque ad dilectionem inimicorum, qui alias nõ possunt diligi, nisi mediante dicto igne diuino.

**QUARTÒ** ignis habet uirtutem illuminatiuam. Illuminat enim loca obscura, sicut patet de nocte. Sic & Spiritus Sanctus illuminat illos, ad quos uenit de necessarijs ad salutem. Nam sic illuminauit Apostolos, prout illis promiserat

Christus

Consumma-

Christus Ioha. 14. dicens. Spiritus ueritatis, quem mittet pater in nomine meo, ille uos docebit oia. Itē eiusdem. 16. Ipse docebit uos omnem ueritatem. Et per oppositum Spiritus malignus docet omnem falsitatem, & mendacium, maxime cum sit mendax, & pater eius. Iohan. 8.

**Q**UINTO ignis habet uirtutē immutatiuā. Nam p̄ suā aētiuitatem de facili mutat unam sp̄m in aliam, ut porē lignum in cinerem, cinerem in uitrū, terram in metallum, & h̄mōi. Sic & sp̄s sanctus frequenter mutat in uiros alteros illos, ad quos uenit. Et de hoc habemus historiam notissimā de Paulo, qui prius Saulus dicebat. Quē admodum ergo mutauit nomen, ita & mores, quia ex persecutore effectus est uas electionis, & ex lupo ouis. Vnde ad propositum p̄t̄ reētē intelligi illud psal. Hęc mutatio dextere excel̄i. i. sp̄s sancti, qui procedit de dextera Dei patris.

**S**EPTIMO ignis habet uirtutē renouatiuam. Nam uirtutē suę aētiuitatis sæpe renouantur uasa argētea, & aurea, quę prius contraxerat rubiginem. Sic, & sp̄s sanctus renouat mentes eorum, ad quos uenit, per gratiam, & purgando eas à rubigine culpę, & peccati. Propter quod psal. post suū adulterium rogabat Deū patrem dicens. Emitte sp̄m tuum, & creabuntur, siue recreabuntur, sup. humane cōscientię, quę prius erant annihilatę per culpā. Sequitur. Et renouabis faciem terrę. i. humanam cōscientiam, quę prius terrena erat per affectum, & amorem. Patet ergo, q̄ conuenienter Spiritus sanctus descendit hodie super apostolos suos in specie linguarum ignitarum.

**T**ERTIUM, quod tangitur in secundo concomitante, est, q̄ ipse Spiritus sanctus sedit supra singulos eorum, scilicet, apostolorū. In quibus uerbis tria dñr de eodem sp̄s sc̄to.

**P**RIMUM, q̄ est, sedit. Sedere autē est regię dignitatis. Per hoc ergo, q̄ sp̄s sanctus dicitur sedisse super Apostolos, denotatur, q̄ est summus dñs, ut pote, & qualis patri, & filio. Vel dī sedisse super Apostol. in signum, q̄ ipse requiescit in sanctis per gratiam. Sap. 7. In animas sanctas se trāsfert. Vnde Esa. vlt. secundum unam literā sic dī. Super quem requiescet sp̄s meus, inquit Deus pater, nisi super humilē, & quietum, ac t̄mentem sermones meos? Econtra, autē de eo dicitur

ut Sap. 1. quod non introibit in animam maleuolam, nec habitabit in corpore subdito peccatis: Item ibidē immēdiatē. Spiritus sanctus discipulę effugiet sc̄tum, & auferet se à cogitationibus, quę sunt sine intellectu, & corripiet à sup. ueniente iniquitate. In quibus uerbis tria de eo dñr. Practica. Vel dic tertio, quod dī sp̄s sanctus super apostol. hodie sedisse, in signū stabilis permanfionis. Nam tunc sic ad eos uenit, q̄ nunquam postea ab eis discessit, confirmans eos in bono gratię, & uirtutis. Circa quod practica, quod sunt alii qui, ad quos nunquā uenit sp̄s sc̄tus, ut sunt infideles. Alij sunt, ad quos uenit, sed postmodum ab eis discedit, exigentibus eorum uulpis, & qui ei factio, & opere dicūt illud Iob. 21. Recede à nobis, scientiā uiarum tuarum nolumus. Quis est oīpotens, ut seruiamus ei? Et quid nobis prodest, si orauimus eum? Et tales sunt mali Christiani recidiuātes in peccatis suis post consecutā semel gratiam, siue in baptismo, siue in sacramentali confessione, aut cordis contritione. Alij uero sunt, ad quos uenit sp̄s sanctus per gratiam, & à quibus nunquam postmodū recedit, ut sunt iusti, & perfecti, quales fuerunt Christi Aposto. Et ideo meritō dicitur super eos sedisse. Esto ergo d̄ homo talis, si cupis Deo placere, & ad uitam æternam tandem peruenire.

**S**ECONDUM, quod dicitur in prædictis uerbis de spiritu sancto, est, quod sedit supra singulos, id est, in singulis totus, nec in multis diuersus, aut diuisus. Nam sicut Chr̄s est totus sub qualibet specie in sacramento altaris, & totus sub qualibet particula utriusque speciei, s̄ tam panis, quā uini, ita etiā ipse sp̄s sanctus fuit hodie in singulis Apostolis totus, & nēdum in eis, uerum etiam in omnibus iustis. Da exēplum de uoce humana, quę est tota sine sui diuisione in aure cuiuslibet auditoris. Est ergo ipse sp̄s sanctus in singulis deuotis Christianis diuidens singulis, prout uult, quomodo uult, quantum uult, quando uult, ubi uult, quibus uult, &c.

**T**ERTIUM, quod dicitur de eodem spiritu sancto, ubi sup. est, quod sedit supra singulos eorū, scilicet, apostolorū, qui erant sup. mundi, humiles, & amici. De primo Iohann. 13. Vos mundi estis, sed non omnes. Hoc autem adiecit

Christus propter Iudam, ut ibi subditur. Item eiusdem. 15. Iam, inquit, uos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum uobis. De secundo legitur de principe Apostolorum Petro Luc. 5. quod dixerit domino. Exi à me domine, quia homo peccator sum. Ecce uera eius humilitas. De tertio scribitur Iohann. decimoquinto. Iam non dicam uos seruos, sed amicos, quia omnia quecumque audiui à patre meo, nota feci uobis. Quia ergo Christi Apostoli erant mundi, humiles, & amici Christi, ideo conuenienter sedit supra singulos eorum spiritus sanctus.

**MORALITER.** Si uelimus, quod ipse spiritus sanctus se deat interius supra nos per gratiam, debemus habere tria predicta. Primum enim debemus esse mundi per peccati carentiam, quia ipse solum in animas sanctas se transfert, ut habetur. Sap. 7. Sed quia hanc cordis munditiam à nobis habere non possumus, ideo ipse idem spiritus sanctus rogandus est, ut illam nobis conferat. Hinc ecclesia in prosa huius solennitatis orat pro filiis suis dicens. Sancti spiritus assiste nobis, gratia, que corda nostra sibi faciat habitacula, expulsis inde cunctis uitijs spiritualibus. Secundò debemus esse humiles corde, ore, opere. Vnde Aug. ser. 2. de ascensione domini. Videte, inquit, fratres magnum miraculum. Altus est Deus, erigis te, & fugit à te, humilias te, & descendit ad te. Quare hoc? Certè, quia excelsus est, & humilia respicit, & alta à longe cognoscit, humilia respicit, ut attollat. Altra. i. superba de lóge cognoscit, ut deprimat. Hæc ille. Tertio debemus esse Dei amici, & hoc per obseruantiam mandatorum eius. Ioh. 15. Vos amici mei estis, si feceritis, que ego precipio uobis, dicit dominus super. Hæc sunt ergo tria requisita, & que debemus habere, si uelimus spiritum sanctum in conscientijs nostris per gratiam sedere. Videat ergo unusquisque, & apud se tacitus consideret, si habeat hæc tria, necne, hoc est, si sit purus, & mundus corde. Item si sit ueraciter humilis. Demum si sit Dei amicus per obseruantiam mandatorum ipsius. Sed, proh dolor, de maxima multitudine hominum constat esse totum oppositum. Practica singula. Patet ergo de illis tribus, que tanguntur in secundo concomitante de spiritu sancto, iuxta illud textum. Apparuerunt illis disper-

turæ

titæ lingue tanquam ignis, seditque supra singulos eorum spiritus sanctus.

**TERTIUM** concomitans dictam missionem spiritus sancti dicitur repletio. Et istud concomitans tangit in præfata epistola cum dicitur. Et repleti sunt omnes spiritu sancto, & ceperunt loqui uarijs linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. In quibus uerbis iterum tria tanguntur.

**PRIMUM** est, quòd apostoli uniuersaliter repleti sunt hodie spiritu sancto. Vnde postmodum non potuerunt peccare, nec alium recipere spiritum, quia ut dicitur glo. interlin. plena non recipiunt augmentum, nec aliquod extrinsecum, alias plena non essent. Circa autem hunc textum, seu clausulam possunt moueri tria dubia.

**PRIMUM** igitur dubium est, qualiter intelligendum est, quòd hodie repleti sunt Apostoli spiritu sancto. Nunquid habuerunt, aut ceperunt ipsum cum tanta repletionem, seu plenitudine, sicut Christus, aut uirgo Maria? Absit. Est ergo notandum, quòd quadruplex est repletio spiritus sancti. Prima dicitur effluente. Et hæc sola fuit in Christo, qui in tanta plenitudine recepit spiritum sanctum, ut ipsum efflueret, seu dare posset alijs, prout rei probauit euentus, quando quidem super Apostolos eo resuscitato insufflauit dicens. Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittentur eis, &c. Iohann. 20. Hinc eiusdem Iohann. 1. de eo dicitur, quòd de plenitudine eius nos omnes accepimus. Hoc tamen factum est sine diminutione gratiæ ipsius. Vnde ad hoc propositum dat Chryl. exemplum de fonte luminis, à quo multe candelæ accense non diminuant plenitudinem ipsius, sed sine diminutione sui omnibus lumen suum communicat. Potest etiam dari exemplum de fonte pleno, ex quo multa aqua accipitur sine tamen diminutione plenitudinis ipsius, quamuis non sit omnino simile. Nam ex fonte aliquod asportatur de gratia Christi per effluentiam ipsius. Non enim migrat de subiecto in subiectum, sed hoc totum intelligendum est in genere causæ meritorie. Secunda repletio spiritus sancti dicitur excellentiæ. Et hæc sola fuit in uirgine gloriosa, cui angelus ait. Aue gratia plena, dominus tecum. Dominus, inquam, spiritus sanctus te-

eum, ibi communicans excellentem gratiam. Vnde idem angelus ad eam. Spiritus sanctus superueniet in te. De excellentia etiam gratiæ illius loquens Hieron. 2. parte epistolarum suarum, epistola. 55. exponendo illud uerbum angelicum, *Aue gratia plena*, dicit, quod cæteris per partes præstatur gratia, Mariæ uerò simul se tota infudit plenitudo gratiæ, iuxta illud Dauidicum uerbum. *Descendet super gratia Dei in Mariam*, sicut pluuia in uellus. Tertia repletio spiritus sancti dicitur sufficientiæ. Et hanc repletionem, siue plenitudinem habuit beatus Stephanus, de quo legitur Act. 7. *Cum autem esset Stephanus plenus spiritu sancto*, intendens in cælum uidit gloriam Dei, &c. Similiter de Zacharia patre beati Iohan. Baptist. legitur Luc. 1. quod repletus est spūs sanctus. Quarta repletio eiusdem spūs sancti dicitur abundantia. Et hanc habuerunt Christi Apostoli, de quibus hic dicitur, quod repleti sunt omnes spiritu sancto. Excellentius ergo præ cæteris patriarchis, ac prophetis, martyribus, seu confessoribus repleti sunt dicti Apostoli spū sc̄to. Et sic patet de intellectu dictæ repletionis spiritus sancti.

**S E C U N D U M** dubium est, utrū omnes Apost. equaliter repleti fuerint spiritu sancto, hoc est, gratia ipsius. *Ista q̄ est est de facto*, ad quam nullus potest afferri uē, & securē rēdere, nisi fuerit sibi datū de super. i. diuinitus reuelatum. Nam ea, quæ concernunt interiorem hominem, solus ille nouit, qui scit cogitationes hominū, aut quibus uult ex specialissima gratia reuelare. Licet tñ nobis de talibus pbabiliter, & opinatiuē loqui. Et ideo ad dubium probabiliter, & saluo meliori iudicio rēdendo dicimus, q̄ quantum ad gratiam gratis datam oēs Apost. in multis fuerunt pares, ut potē, in curādo infirmos, & resuscitando mortuos. Item quantum ad donum linguarum. Item quantum ad interpretationem sermonum. Et sic de alijs gratijs, & donis, quæ enumerantur ab Aposto lo. 1. Corinthio. 12. Quantum uerò ad gratiam gratum facientem uerisimile est eos fuisse inæquales. Quis enim dubitat Iohan. Euangelistam recepisse maiore gratiam, & charitatem præ multis alijs Apostolis? Quippe, qui à Christo uirgo est electus, atque inter cæteros magis dilectus. Similiter non absque causa Christus ter inter rogauit Petrum dicens.

Petre

*Petre amas me? Cui cum respondisset. Tu scis domine; quia amo te, mox ait illi Christus. Pasce oues meas, pasce agnos meos. Iohan. vltim. Hi ergo duo Apostoli uidentur præcellere cæteros Apostolos in gratia gratum faciēte. Nihilominus beatus Aug. ser. 3. in festo Apost. Petri, & Pauli, uidetur præferre hos duos Apost. uidelicet, Petrum, & Paulum cæteris in merito. Ait enim sic. Beati apostoli Christi Petrus, & Paulus eminent super cæteros Apostolos, & peculiari quadā prærogatiua præcellunt. Verum inter ipsos, quis cui præponatur, incertum est. Puto enim illos æquales esse meritis, qui æquales sunt passione. Idem etiam dicit Ambro. serm. 67. qui intitulatur de natali factorum Apost. Petri, & Pauli. Quod si quis in contrarium obijciat ex uerbis præsentis epistolæ, in quibus dicit, q̄ repleti sunt omnes Apost. spū sancto. Quod autem repletum est, non recipit additionem super aliud repletum, & plenū. Ad hoc dici potest, q̄ illud habet uerum in corporalibus. Aliter tamen iudicandū est in spūalibus, & præsertim in diuersis subiectis. Quis enim dubitat beatam uirginem recepisse spūm sanctum inuisibiliter, cum maiori gratia, quàm Apostoli? Et tamen de illis hic dicitur, quod repleti sunt spiritu sancto. Item quis dubitat Christum recepisse, & habuisse maiorem gratiam, quàm sancta eius mater? Et tamen Gabriel uocauit eam gratia plenam. Lucæ. 1. Istud confirmatur ex uerbis Chrysosto. Homil. 39. in commemoratione Beati Pauli, ubi ita dicit. Omnes Apostoli omnia quidem bona habuerunt, non autem omnia ad perfectum, sed unusquisque eorum in aliquo bono priuato magis perfectior fuit, quàm alter, ut potē, Petrus in fide fortior fuit, Iohannes in innocentia simplicior, quàm cæteri; hæc ille. Idem etiam dicit super Matthæum in opere incompleto Homilia 26. Quid autem circa hoc sit tenendum, relinquero peritioribus iudicandum. Et sic patet ad secundum dubium.*

**T E R T I U M** dubium est de Paulo, de quo quæri pot, an fuerit repletus spū sancto, sicut, & cæteri Apostoli? Vt q̄ nō, quia non interfuit societati apostolo. cum receperunt ipsum spiritum sanctum, maximē cum nodum esset cōuersus ad Chim. Nec postea particulariter legitur ipsum recepisse.

V u 3

Ad.

Ad hoc dubium probabiliter respondetur, q̄ Paulus recepit particulariter spiritum sanctum, etiam uisibiliter. Non tñ in specie linguarum ignitarum, sicut ceteri Apostoli, sed in specie lucis, & claritatis descendentes de celo super eam, prout dicitur Act. 9. quòd subito circumfulsit eam lux de celo. Super quo dicit interl. q̄ sicut prius Apost. ignis apparuit, ita Paulo lux fulsit. Quòd autem habuerit donum linguarum, sicut & ceteri coapostoli, patet ex illis uerbis domini ad Ananiam dicentis. Vas electionis est mihi iste, ut portet nomen meum coram gentibus, regibus, & filijs Israel. Hoc etiam restantur epistolæ suæ uarię, quas uarijs nationibus lingua distinctis scripsit, ut pote, Hebręis, Gręcis, & Latinis, sicut patet expressè de epistola intitulata ad Romanos. Nec certè solum scripsit diuersis nationibus lingua distinctis, uerumetiam predicauit Hebręis, Gręcis, & Latinis, sicut patet diffusè in actibus Apostolorum, in quibus continentur peregrinationes eiusdem. Patet ergo, quòd Paulus repletus est spiritu sancto sicut, & ceteri Apostoli, quàmuis seorsum ab eis. Patet etiam, quòd habuit donum linguarum, sicut & illi. Et sic patet de primo, quod tangitur in tertio concomitante.

SECVNDVM, quod tangitur in tertio concomitante, est, quòd Apostoli ceperunt loqui uarijs linguis, postquā, supple, receperunt spiritum sanctum. Nam sicut ignis in sinu nō potest abscondi, ut habetur Prouerb. 6. ita nec ille ignis diuinus, seu gratia spiritus sancti, quem receperunt hodie Christi Apostoli, potuit in eis abscondi, sed necesse fuit, ut erumperet foras per donum linguarum. Istud autem donum linguarum potest intelligi dupliciter. Primò quidem sic, quòd Apostoli loquerentur omnibus linguis. Secundò uerò sic, q̄ ipsis loquentibus lingua sua Hebręa, intelligerentur discretè & distinctè ab omnibus, etiam simul, & semel, quàmuis inter se diuersis loquerentur linguis. Vtrunque autem potuit fieri, ut dicit utraq; glo. scilicet, interl. & ordi. Ex quibus omnibus patet, quòd ibi fuit multiplex miraculum. Primum quidem, quòd Apostoli loquebantur omnia idiomata mundi. Secundum, quòd ipsi intelligebant omnia idiomata mundi. Tertium, q̄ cum loquebantur in uno idiomate, quodcumque esset illud, omnes eos audientes, etiam quantumcumque

essent

essent diuersorum idiomatum, intelligebant eos, ac si singulorum distinctè idiomata loquerentur, diuina uirtute hoc faciente. Quemadmodum ergo in constructione turris Babel lingue multiplicatę sunt, & confusę, ita hodie per aduentum spiritus sancti sunt unite.

TERTIVM, quod tangitur in tertio concomitante, est, quòd hæc omnia nō humana industria facta sunt, sed tãtum uirtute diuina. Et hoc est, quod subditur. Prout spiritus sanctus dabat eloqui illis, qui, supple, singulis diuidit dona sua, quantum uult, qñ uult, ubi uult, prout uult, quō uult, & quibus uult, ut dictū est, sup. Ipse. n. est alucis linguarum. Ex dictis ergo possumus concludere, q̄ Apostoli habuerunt donū 72. linguarum. Nam tot esse dicuntur, & in tot multiplicatę fuerunt, cū edificaretur turris Babel, ut patet Gen. 11. Similiter in tali numero multiplicati sunt, & electi discipuli Christi, qui .i. erant secundi ordinis, ut patet Luc. 10. Et hoc, ut numerus prædicatorū corresponderet numero linguarum. Tunc ergo fuit impletū illud Sap. 1. Spiritus dñi repleuit orbē terrarū, & hoc qđ continet oīa, sciētia habet uocis. Quod quidē uerbū ē hodie assumitur in introitu missę. Et est sensus. Spiritus dñi repleuit orbē terrarū. i. ecclesiā, quę dī orbis terrarū. Sicut. n. extra orbē terrarū nihil uiuit corporaliter, ita neq; extra ecclesiā spiritualiter. Sequitur. Et hoc, qđ cōtinet oīa. i. spiritus sanctus, cuius bonitate oīa subsistūt, habet sciētia uocis. i. linguarū. Vel dic, q̄ tunc spiritus dñi repleuit orbem terrarū, qñ in Apostolos descendit, & eos inebriauit, quorum sonus in omnē terrā exiuit. Et hoc, quod continet omnia, sciētia habet uocis. i. nouit, qua mentē quisq; loquatur. Vel habet sciētiam omnium, per quę, & de quibus pōt uox humana uariari. Vel sic. Et hoc, quod cōtinet oīa. i. spiritus sanctus, qui continet oīa essentialiter, præsentialiter, & potentialiter, sciētiam habet uocis, id est, habet uocem sciētia, id est, habere facit, ut quę ipso inspirante Apostoli profertur, cum intelligentia pronunciarent. Et ita patet diffusè de secundo principali præsentis epistolæ, quod uocatur concomitans spiritus sancti missionem super Apostolos.

TERTIÒ principaliter in epistola fit mentio de consentientibus dictam missionem spiritus sancti, cum subdicat.

Erant autem in Hierusalem habitantes Iudei, &c. Pro intellectu huius clausule notandum, prout legitur. 1. Macha. 1. q. cum Antiochus uenit contra Hierusalem, & obtinuit ciuitatem, populus Hebraeus hincinde in terras gentium dispersus est pro magna parte, atque ibi habitauit. Nihilominus ob reuerentiam legis, & templi conueniebant aliqui dispersi in Hierusalem, & presertim uiri fortes, & potentes, atq; magis deuoti, qui hic uocantur uiri religiosi, & hoc in tribus praecepis festis, uidelicet, Pasche, Pentecostes, & dedicationis templi, tales etiam loquebantur idiomata nationum, in quibus habitabant, & in quibus nati fuerant. Accidit ergo, ut illo die, quo ad Apostolos missus est spiritus sanctus, multi ex praedictis ob reuerentia festi Pentecostes in Hierusalem conuenissent. Tales ergo, cum audissent dictos Apostolos loquentes uarijs linguis mente confusi sunt, & de tanto miraculo etiam a saeculis inaudito obstupuerunt uehementer, dicentes. Nonne ecce omnes isti, qui loquuntur, supple, uarijs linguis, Galilei sunt? Et quomodo nos Hebrei distantes ab alijs Hebraeis, audiuius unumquisque linguam suam, in qua nati sumus? Deinde exprimuntur nomina nationum, de quibus nati erant, qui illic conuenierant, cum dicitur. Parthi, & Medii, & Elamitae, &c. Textus est clarus. Superest ergo charissimi, ut deprecemur mente deuota ipsum spiritum sanctum, quatenus nos faciat participes illius gratiae, quam hodie effudit abunde in corda Apostolorum; quatenus ualeamus post eos pertingere ad regna caelorum. Praestante domino nostro Iesu Christo, qui cum patre, & eodem spiritu sancto uiuit, &c.

In die Pentecostes, Sermo secundus de Euangelio.



ARACLEIUS spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille nos docebit omnia. Iohan. 1. 4. Pro introductione praesentis sermonis mouetur questio talis. Vtrum, uerū sit, qd spiritus sanctus docuerit Apostolos omnia in aduentu suo, sicut illis promisit Christus in praesenti euangelio? Pro solutione huius dubij ponam aliquas ueritates per ordinem.

PRIMA igitur ueritas, spiritus sanctus uisibiliter ad Apostolos

postolos hodierna die missus nō docuit eos absolute, & simpliciter oīa, hęc ueritas pbat tripliciter. Primò sic. Quod est soli Deo proprium, non fuit Apost. collatū, sed scire oīa soli Deo cōuenit, de quo et scribitur ad Heb. 4. q. oīa nuda, & aperta sunt oculis eius. De eo et dicit ps. q. sciētia eius nō est numerus. Itē Prouerb. 16. Oēs uic hoīm patent oculis. Nā sicut ipse dñs est solus oīpotens, ita et est solus oīsciens. Sequitur ergo, qd Apost. non fuerunt edocti à spiritu sancto de oībus simpliciter, & absolute. Secundò sic impossibile est creaturā creatori equari, eo qd distat infinitè. Sed si Apostoli fuissent edocti à spiritu sancto de oībus absolute, fuissent Deo equales, & pares. Igitur. Terriò sic. Apost. nō est datus spūs sanctus, sine mensura, sed soli Christo, de quo dicitur Io. 4. quod non admensuram dat Deus spiritum, supple, Christo Relinquitur ergo, quod Apostolos non docuit spiritus sanctus adueniens de omnibus simpliciter.

SECUNDA ueritas. Nō est necesse asserere, qd Apostoli fuerint edocti à spiritu sancto de oībus ueritatibus, quæ et naturaliter sciri pnt. Sunt .n. multe ueritates in Logica, Physica, Arithmetica, Geometria, Musica, & Astrologia, quæ nec sunt necessariae ad salutē, nec ducūt ad eā, quinimo potius abdu cūt per abusus, & superbiam, iuxta illud. 1. ad Cor. 8. Sciētia in flar. Non est ergo necesse dicere, qd spiritus sanctus docuerit Christi Apostolos tales scias. Idē dic de sciētia medicorū, legistarū, & hmōi. Qd ergo Apostoli post missionē spūs sancti sciuerint numerū stellarū, quæ sunt in celo, aut granorū arenæ, quæ est in mari, & hmōi, temerariū est ita asserere. Secus autem de his, quæ ad fidem, & bonos mores pertinent, utpote, quæ à Moysē, & Prophetis fuerūt cōscripta. Nam in talibus, & de talibus diuinis secretis fuerunt magis illuminati, quàm prophetæ ueteris testamenti, ita ut quilibet eorū rectē dicere possit illud Ps. Super senes intellexi. Insuper receperunt in maiori plenitudine gratiam spiritus sancti, atque dona illius, qd dicti prophetæ. Vnde Hiero. in epistola ad Paulinū. Pharisei (inq) stupēt in doctrina dñi, & mirātur ī Petro, & Iohanne, qūo legem sciant, cum literas non dī dicerint. Sed profectò quicquid alijs exercitatio, & quotidiana in lege Domini meditatio tribuere solet illis Spiritus Sanctus



Etus suggererat, iuxta id, quod scriptum est: Et erunt omnes docibiles Dei. Hæc Hieronymus.

**TERTIA** ueritas. Spiritum Sanctum docuisse Apostolos omnia, potest multipliciter intelligi. Primò quidem ad hunc sensum, quòd nullus eorum potuit habere intelligentiam de aliquo scibili, nisi ab ipso Spiritu Sancto. Et ad hunc sensum etiam ipse Spiritus Sanctus docet quoscunq; alios omnem ueritatem, siue omnia, quæ omne uerum, à quocunq; dicatur, à Spiritu Sancto est. Nam quantumcunq; homo hominem exterius doceat, frustra laborat, nisi ipse Spiritus Sanctus interius cooperado det intelligentià iuxta illud Iob. 3. 2. Inspiratio altissimi dat intelligentià. Secundò Spiritus Sanctus docuit Apostolos omnia, supple, ad salutem necessaria, item omnia necessaria ad gubernationem Ecclesie, item omnia necessaria ad impugnationem errorum insurgentiũ contra fidem catholicam. Et hæc est expositio beati Thom. 1. 2. quæst. 106. art. 4. in solu. ad secundum. Tertiò Spiritus Sanctus docuit Apostolos omnia, quæ, supple, à Christo parabolicè, & similitudinariè prius audierant, & non intellexerant. Multa enim anigmaticè, idest, sub parabolis, & similitudinibus illis loquutus fuerat, sicut patet de arbore fici, de qua dixerat illis **Mart. 24.** Ab arbore fici discite parabolam. Item patet de homine, qui seminauerat bonum semen in agro suo, & de inimico eius, qui postmodum superfeminauit zizania, cum scilicet dormiret homines. **Mart. 13.** Item habes ibidem aliam parabolam de grano sinapis, de quo dixit ipse Christus, quòd simile est regnum cælorum grano sinapis. Similiter ibidem comparat idem regnum cælorũ fermento, quod abscondit mulier, &c. Item ipsum comparat thesauro abscondito in agro. Item negociatorum querenti bonas margaritas. De istis duobus haberet ubi supra. Multas etiam alias parabolos, & similitudines locutus est Christus ad discipulos suos uita comite, quas nõ intellexerat tunc. Legitur etiam **Luc. 2.** quòd cum dixisset matri suæ, & patri putatiuo eum querentibus: Quid est, quòd me quererebatis? Nesciebatis, quia in his, quæ patris mei sunt, oportet me esse? Ipsi non intellexerunt uerbum. Hæc ergo, & his similia, quæ Christus prius anigmaticè locutus fuerat, clarè elucidat

uit Spiritus Sanctus in aduentu suo super discipulos, qui aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas. Quarto Spiritus Sanctus dicitur docuisse Apostolos omnia, quæ, supple, à Christo prius audierant, & obliuioni tradiderat: Cum enim humana memoria pro statu presenti sit labilis, multa, quæ audierant Apostoli ab ipso Christo, pariter & ab eo fieri uiderant, successu temporis obliuioni tradiderant. Et ideo opus fuit ad præcedentium reminiscentiã, ut ad eos mitteretur Spiritus Sanctus, qui docuit eos omnia sic oblita ab eis, talia ad memoriã reducere. Quomodo enim beatus Iohannes euangelista post 40. annos, quibus uixit post Christum, aut plus, poruisset facta, & dicta ipsius memoriter retinere, & quasi recentia scribere, si non habuisset Spiritum Sanctum suggerentem, & eum, quasi de nouo docentem? Patet ergo, quomodo quatuor modis potest uerificari, & intelligi prædictum Christi uerbum in themate assumptum, cum ait discipulis suis: Paraclerus autem Spiritus Sanctus, quem mittere pater, &c.

In præsentis ergo Euangelio de tribus principaliter fit mentio, uidelicet.

De Christi dilectione, in principio Euangelij.

De Spiritus Sancti instructione, ibi.

Cum autem uenerit, &c.

De Apostolorum consolatione, ibi.

Pacem relinquit, &c.

**PRIMÒ** igitur in presenti Euangelio fit mentio de Christi dilectione, cum ait. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. Quia ut dicit Greg. in homil. hodierna, probatio dilectionis exhibitio est operis. Hinc in Epistola sua idem Iohannes dicit. Si quis dixerit, quia diligo Deum, & mandata eius non custodit, mendax est. Verè enim Deum diligimus, si mandata eius seruamus. Hæc Grego. Quemadmodum ergo Dominus solet interdum dicere seruo suo: Tu non diligis me, quia nihil facis de omnibus his, quæ tibi præcipio, ita etiam apud Deum ille aperte ostendit se eum non diligere, qui sermonem eius, atque mandata seruare non curat, sed recusat. Vt autem Christus per amplius nos prouocet ad eum diligendum, promittit nobis tria magna bona in presenti,

Primum

Primum est dilectio Dei patris, de quo ait. Pater meus diligit cum. Solent enim communiter patres diligere eos, qui diligunt filios suos, ita & Deus pater diligit diligentes filium suum. Secundum bonum est aduentus patris, & filij in mentem per gratiam, de quo ait. Et ad eum ueniemus. Tertium est conseruatio hominis in bono gratiæ, & uirtutis, de quo subdit. Et mansione apud eum faciemus. Hoc autem beneficium non omnibus conseruit. Nam multi sunt, ad quos uenit Dominus per gratiam, cum quibus tamen mansione non facit, quinimo exigentibus eorum culpis, citò ab eis recedit.

CIRCA hanc autem materiam, quæ est de dilectione Dei, queritur, quare debemus Dominum diligere: Respondetur ad hoc, quod propter octo rationes, quas tangit Psal. In principio illius Psal. Diligam te Dñe fortitudo mea, Dñs, &c.

PRIMA igitur ratio est, quia ipse dat fortitudinem in aggrediendo ardua. Ideo dicit de eo Psal. Fortitudo mea. Ipse enim est, qui dat uictoriam iustè bellantibus. Propter quod, de eo dicebat ille strenuus dux belli Iudas Machab. 1. Machab. 3. Non, inquit, in multitudine exercitus uictoria belli, sed de cælo fortitudo est. Item Psal. Domine in uirtute tua letabitur rex, &c.

SECUNDA ratio, quia ipse dat firmitatem sustinendi equanimiter aduersa, ita ut in talibus homo non frangatur per impatientiam. Vnde subditur. Dominus firmamentum meum, sup. est. Nota de martyribus, qui firmati in Domino per fidem, & charitatem, non potuerunt flecti ad malum, siue per minas tyrannorum, siue per illationem cruciatuum, & tormentorum. Meritò ergo de uiro iusto potest dici illud Eccl. 15. Firmabitur in illo, scilicet, in Dño, & hoc per amorè, & charitatè, & nõ flectetur. Practica etiam, quomodo Dominus firmat hominè iustum cõtra tentationes carnis, mundi, diaboli, ut non succumbat, ita ut meritò dicere possit illud Psal. Impulsus euerfus sum, ut caderem, & Dominus suscepit me. In cuius etiam figuram legitur Matth. 7. quòd uenerunt flumina, & flauerunt uenti, & irruerunt in domum illam, id est, contra animam iusti, & non cecidit. Cuius ratio assignatur, cum subditur: Fundata enim erat supra petram, id est, super

super Christum per fidem, quia ut dicitur. 1. ad Cor. 10. Petra erat Christus.

TERTIA ratio est, quia ipse est refugium tutissimum recurrentium ad ipsum, quod notatur, cum dicitur, & refugium meum. Prouerb. 18. Turris fortissima nomen domini, ad ipsam currit iustus, & exaltabitur. Alia litera habet. Ad eam fugiet iustus, & saluabitur, Tentati ergo, & tribulati debent recurrere ad hoc tutissimum refugium, sicut homines ad fortalicia tempore belli. Item sicut milites in certamine positi ad uexillum. Item sicut columba ad columbarium, cum ab aue predali insequitur. Itè sicut pullus ad matrè, cum à miluo que ritur. Meritò ergo afflicti dicere possunt cum Psal. Domine refugium factus es nobis à generatione, in generationem, i. semper, & quandiu durat uita presens. Sed profectò mali nolunt ad hoc tale, & tantum refugium recurrere, sed habet alia refugia. Nã sæpe infirmi neglecto hoc refugio recurrunt ad medicos corporu. Oppressi ad aduocatos temporales. Damnù passi per redita ad diuinos, & diuinatrices, & hmõi.

QUARTA ratio est, quia ipse est liberator omni homini circumuento tentationibus, vnde cumque insurgant, id eo sequitur. Et liberator meus. Hinc Apo. 1. ad Cor. 10. ait. Fide lis Deus est, qui non patietur uos tentari supra id, quod potestis, sed faciet eum tentatione prouertum, id est gratiæ augmentum, ut possitis resistere. Dicit ergo tentatus ad dominum cum Psal. Liberatores, supple esto domine Deus, de inimicis meis iracundis, id est de hominibus, qui cum magna iracundia insurgunt aduersum me. Vel de inimicis meis iracundis, id est, de malis hominibus.

QUINTA ratio est, quia est adiutor fortissimus. Et hoc notatur, cum subditur, Deus meus adiutor meus. Adiuuat enim hominem iustum, ne cadat in peccatum. Threnoru. 3. Misericordiam domini, quòd non sumus consumpti, supple à peccato. Vnde Psal. in persona iusti. Ecce enim Deus adiuuat me. Item adiuuat peccatorem, ut resurgat de peccato ad gratiam. psal. Adiuuit pauperem de inopia. Item adiuuat morientem, ne descendat in infernum. Psal. Nisi quia dominus adiuuit me, paulominus habitasset in inferno anima mea. Similiter adiuuat bene morientem, ut ascendat in cælum, li-

berando eum à potestate demonum, Psálmus. Adiuuabit eos, supple, iustos morientes, Dominus, & liberabit eos, scilicet, de angustijs uniuersis, & eruet eos à peccatoribus, id est, à demonibus, & saluabit eos, dando illis uitam æternam, quia sperauerunt in eo. In quibus uerbis manifestè ostenditur, quòd Dominus adiuuat bonos tripliciter. Et ideo bene subditur. Et sperabo in eum.

**S E X T A** ratio, cur debemus diligere Dominum, est, quia protegit suos diligentissimè, ne, scilicet, illis noceat diabolus. Et istud notatur, cum subditur. Protector meus. Hinc orat eum Ecclesia dicens. Custodi nos Domine, ut pupillam oculi, sub umbra alarum tuarum protegas nos.

**S E P T I M A** ratio est, quia ipse est, qui pugnat pro nobis contra diabolum. Vnde sequitur. Et cornu salutis meæ. Nam sicut boues, & arietes pugnant cornibus, ita & Deus sua uirtute, & potentia pugnat pro electis contra diabolum. Hinc Psal. In te inimicos nostros uentilabimus cornu. Hoc etiam possumus referre ad Christum, quem misit Deus pater in mundum, ut pugnaret pro nobis merito sue passionis aduersus diabolum. Et hoc est, quod dixit Zacharias pater Iohannis Baptistæ Luc. 1. Erexit, sup. Deus Pater, cornu salutis nobis in domo Dauid pueri sui.

**O C T A U A** ratio prædictæ dilectionis est, quia ipse Dominus Deus benignè suscipit in mortis articulo iustos, dando illis æternum premium. Vnde subditur. Et susceptor meus. Hoc autem in effectu erit, cum dicet electis illud Matth. 25. Venite, benedicti patris mei, percipite regnum, &c. Et tunc quilibet, quasi gratias agendo, poterit illi dicere illud Psal. Tenuisti manum dexteram meam, prebendo auxilium ascendendi in cælum. Et in uoluntate tua deduxisti me, sup. illuc, quia ut dicit Apostolus ad Titum. 3. Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Et cum gloria suscepit me, id est, me suscipies in futuro, iuxta illud Luc. 14. Tunc erit tibi gloria coram omnibus discumbentibus. Patent ergo octo rationes, propter quas debemus diligere Deum, quas tangit Psal. in principio Psalmi. Diligā te Domine, &c. Ex quibus patet solutio ad primū dubiū, in quo quærebatur, quare debemus diligere Deū.

**INSUPER** notandum, quòd debemus dominum diligere propter alia quatuor beneficia, quæ sunt.

Creationis, Redèptionis, Iustificationis, Glorificationis. **P R I M Ò** igitur debemus dominum diligere propter beneficium creationis. Nam teste. Ps. Ipse fecit nos, & non ipsi nos, nos aut populus eius, &c. Sed quales nos fecit? Profectò nobilissimas creaturas saltè ex parte aīe, quia ad imaginē, & similitudinē suā. Ratione cuius sumus dij participatiuē, & filij eius, iuxta illud Psal. Ego dixi, dij estis, & filij excelsi oēs. Vnde Aug. lib. de cordis contritione. O inquit, miser ego, quantum deberem diligere Deum meum, qui me fecit, cum non eram. Non enim eram, & de nihilo me fecit. Non quidē arborem, non auem, nec aliquid de animalibus brutis, sed hominem me uoluit esse. Dedit mihi uiuere, sentire, & discere. Hęc ille. Propterea Ambr. lib. de fuga sæculi cap. 2. dicit sic. Si parentes, quia nos genuerunt, amamus, quāto magis dij ligere debemus creatore, parētū, auctoreq; nostrū? Hęc ille.

**S E C U N D Ò** debemus Deum diligere Augu. in prædicto lib. de cordis contritione. Perieram, inquit, & ad mortalē descendit immortalis, sustinuit mortem, uicit, & sic me restaurauit. De multis etiam periculis sæpe me liberauit. Et pro his omnibus, quod illi rependam, nō habeo, nisi ipsum diligam. Hęc ille. Item Bernardus in quodam sermone, qui intitulatur de quadruplici debito, sic. O homo debitor es Deo ratio ne redemptionis. Ecce enim Christus uitam suam posuit pro uita tua, ergo illi debes uitam tuam. Item duos, & amarus cruciatus pro te sustinuit, ne tu perpetuos sustineres. Dilige ergo eum, qui te tantum dilexit. Hęc ille.

**T E R T I Ò** debemus Deum diligere ratione iustificationis. Sæpe enim nos iustificauit à peccato, tum in baptismo, tū in sacramentali confessione, tum in cordiali contritione. Ipse nempe est, qui dicit Ezech. 18. Nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur, & uiuat. Similiter non cessat clamare ad animam peccatricem, & dicere illud Jerem. 3. Tu fornicata es cum amatoribus multis, tñ reuertere ad me, & ego suscipiā te, scilicet, te iustificando à peccatis tuis. Sic. n. dilexit Christum uehementer peccatrix illa Magdalena, eò quòd iustificasset eam à multitudine peccatorum suorum, dicens illi. Re mittuntur

mittunt peccata tua, eò q̄ dixeris me tibi multū, supple. Si. n. eger adepta sanitate diligit Medicum, qui eum sanum fecit, quanto magis peccator post peccatorum remissionem debet feruentissimè Deum diligere, qui eum iustificauit?

QVARTÒ debemus Deum diligere ratione glorificationis, quam nobis iam praparauit in cœlis, Da exemplum de illo clerico, qui illum diligit, & libenter ei seruit, qui sibi promissit pingue beneficium. O' quàm magnum est illud cœleste beneficium, quod dominus electis praparauit in cœlis. Nam teste Apostolo post Esa. Oculis non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ praparauit Deus diligentibus se. Parent ergo quatuor rationes, propter quas debemus diligere dominum Deum nostrum. Et sic patet de primo principali.

SECVNDÒ principaliter in præsentī euangelio fit mentio de spiritu sancti instructione, cum subdit Christus. Paracletus autem spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille uos docebit oīa, & suggeret uobis oīa, quæcūq; dixero uobis. Circa autē hunc textum possunt moueri tria dubia.

PRIMUM igitur dubium est, cur spiritus sanctus uocatur paracletus, idest, consolator. Nam paracletus græcè, consolator interpretatur latinè. Responsum, ideo uocatur paracletus, idest, consolator, eò quòd consolatur illos, ad quos mittitur, tripliciter. Primò quidem tribulationes, & aduersitates præsentis uitæ mitigando. In cuius figuram legitur Dan. 3. quòd Angelus fecit medium fornacis, quasi uentum torris flantem. Vnde de Beato Stephano canit ecclesia, quòd lapides torrentis illi dulces fuerunt. Item legitur de beato Tiburcio, quòd cum compelleretur super ignitos carbones ambulare, dicebat sibi uideri, quòd super rosos flores incederet. Alius etiam uocabat supplicia, mortis epulas, quas semper operauerat, & sic de multis alijs. Secundò paracletus consolatur eos, ad quos mittitur, quandam spiritualem dulcedinem infundendo, iuxta id, quòd scriptum est Eccles. 23. Spiritus meus super mel dulcis. Propterea uiri deuoti, & contemplatiui, qui quodammodo experiuntur hanc dulcedinem, merito dicere pnt illud Sap. 12. O' quàm bonus, & suauis est domine spiritus tuus. Tertio

paracletus consolatur eos, ad quos mittitur, præmium cœleste illis pollicendo, & quodammodo, quasi ad oculum ostendendo. Vnde legitur Actuum .7. de beato Stephano, quòd cum esset plenus spiritu sancto, intendens in cœlum uidebat gloriam Dei. Ecce ergo quare spiritus sanctus uocatur paracletus, idest, consolator. Orandus est ergo Deus pater, ut det nobis semper de eius consolatione gaudere, prout orat ecclesia in collecta hodierna.

NOTANDVM etiam circa hoc, quòd ipse paracletus consolatur particulatim tria hominum genera. Primò quidem ueros penitentes, qui uberrimè desunt peccata sua, iuxta illud Matth. 5. Beati, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Secundò consolatur patientes. Et de hoc habemus historiam de beato Iohanne. Euange. misso in exilium in insulam, quæ dicitur Patmos, qui ibi habuit multas pulchras consolationes spirituales, & reuelationes mirabiles. Tertio consolatur perseverantes in spiritali p̄lio, iuxta illud Apoc. 2. Vniuersi dabo manna absconditum. Ecce quos specialiter consolatur spiritus sanctus. Et sic patet, quàm merito ipse spiritus sanctus uocatur paracletus, idest, consolator, ita ut merito illi dicere possimus illud Psal. Secundum nomen tuum, sic & laus tua in fine terre. per uniuersū orbem.

SECVNDVM dubium est tale. Quare spiritus sanctus uocatur hoc nomine spiritus sanctus? Responderetur, q̄ hoc ideo, quia non solum est in se sanctus, uerumetiam est alios sanctificans, scilicet, interius peccata remittendo, & gratiā infundendo vnà cum charitate iuxta illud ad Ro. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Pro quo notandum, quòd aliquid est sanctū, quòd rancæ non est spiritus. Da exemplum de corpore alicuius sancti, quòd ueneratur ab ecclesia, tanquàm sanctum. Itē ecclesia presertim, si fuerit dedicata, uocatur sancta. Idem dic de cimiterio benedictio. Et breuiter quicquid ad ecclesiā pertinet, uocatur sanctum, dummodo fuerit ab episcopo, aut sacerdote benedictum. Da exemplum de aqua, qua aspergitur populus in ecclesia. Item de aqua fontium, qua baptizantur paruuli, & huiusmodi. Secundò aliquis est spiritus, qui tamen non est sanctus, ut Diabolus. Est enim Diabolus

creatura merè spiritualis, sed maligna, & omni sanctitate cre-  
rès. Tertio aliquis est spiritus, qui est sanctus, sed tamen crea-  
tus, ut est angelus bonus. Item anima sancta, & beata. Vnde  
de primo in Psal. Qui facis Angelos tuos spiritus. Item de  
secundo in eodem Psal. Spiritus uadēs sup. ab humano cor-  
pore per mortem, & non rediens, scilicet ad illud propria vi-  
tute. Quòd ideo dicitur, quia, & in generali resurrectione  
licet animæ reuiniatur suis proprijs corporibus, hoc tñ fiet  
uirtute ex alto. Quarto aliquis est Spiritus Sanctus per uni-  
cam dictionem, & iste est unicus, qui usitato sermone uoca-  
tus Spiritus Sanctus, qui supponit pro tertia persona in tri-  
nitate, de quo psal. ad Deum patrem loquebatur dicens, Spi-  
ritum Sanctum tuum ne auferas à me.

**TERTIUM** dubium est tale. Quare Christus in presenti  
Euangelio loquens de processione Spiritus Sancti dixit, Què  
mittere pater in nomine meo. Et, quod est eum mitti à patre  
in nomine Christi. Hic duo simul queruntur, & ideo dupli-  
ci responsione utendum est. Ad primum ergo dicitur, quòd no-  
tante addidit Christus in nomine meo, loquens de processio-  
ne Spiritus Sancti à patre. Iam enim præuidebat futura  
errorem grecorum negantium ipsum Spiritum Sanctum pro-  
cedere à filio, sed tantum à patre, ut patet in illo decreto, qui  
dam autem heretici. 2. 3. quæ. 4. Quem quidem errorem suffi-  
cienter reprobat magister senten. dist. 11. primi. Similiter, &  
Athanasijs symbolo fidei, cum ait, Spiritus Sanctus à patre,  
& filio, non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens.  
Ad secundum dicitur, quòd spiritum sanctum mitti in no-  
mine Christi est eum mitti ad inuocationem nominis Chri-  
sti. Vnde in collectis ecclesie, in quibus fit mentio de ipso spi-  
ritu sancto, in fine additur, Per dominum nostrum Iesum  
Christum. Ac si apertè diceretur Deo patri. O pater sancte  
da nobis spiritum sanctum propter reuerentiam filij tui do-  
mini nostri Iesu Christi seu per uirtutem meriti passionis il-  
lius. Et sic patet responsio ad utrumque.

**QUARTUM** dubium est de intellectu sequentis textus  
in quo subdit Christus de spiritu sancto loquens, Ille uos do-  
cebit omnia, & suggeret uobis omnia, quæcunq; dixerit uo-  
bis. Huius textus declaratio sufficienter haberi potest ex his,

quæ

quæ dicta sunt in solutione questionis propostæ in principio  
huius sermonis, ideo nihil addendum iudico.

**PRO** ampliori autem dilatazione præsentis materiæ, &  
morum in formatione, iterum mouenda sunt quatuor dubia  
circa hanc materiam, quæ est de spiritu sancto, uidelicet,

Quomodo impeditur.

Quomodo acquiritur.

Quomodo conseruatur.

Quomodo deperditur.

**PRIMUM** igitur dubium est, quomodo impeditur ad-  
uentus spiritus sancti in animam rationalem per gratiam  
gratum facientem. Ad quòd respondetur, quòd sunt tres tur-  
pissime maquerelæ, seu focariæ, quæ si hospitatæ fuerint in  
corde humano, omnino impediunt aduentum eiusdem spi-  
ritus sancti in hominem. Nam sicut rex aut notabilis aliqua  
persona nunquam scienter hospitat in prostibulo, ita nec  
spiritus sanctus in corde, in quo habitant huiusmodi maque-  
relæ, iuxta illud, quòd de eo scriptum est, Sap. 1. Non habita-  
bit in corpore subdito peccatis.

**PRIMA** igitur maquerela uocat amor mundialis. Hęc  
enim omnino impedit distum aduentum spiritus sancti  
in animam. Propter quòd Christus Io. 14. loquens de eodem  
ait, Spiritus ueritatis, quem mundus non potest accipere. i.  
amator mundus, ut dicit gl. mler li. Cuius ratio est, quia talis  
est ira occupatus circa mundana, quòd nihil cogitat de spi-  
ritu sancto, aut si est aliquis talis, nec breuiter curat de eo.  
Vnde sequitur. Quia, nō uidet eum, nec scit eum. Et ideo nō  
est dignus presentia eius, sicut nec porcus margaritis, nec ca-  
nis sanctis. Istud autem specialiter tangit homines auaros,  
qui adeo implicatū negocijs secularibus, quòd nihil sermè  
cogitant de spiritualibus, & diuinis.

**SECUNDA** maquerela uocat affectio carnalis. Cum  
enim, quis nimis afflictor uxorisusq; siue filijs, aut amicis,  
tunc impedit aduentum spiritus sancti in animam eius.  
Propter quòd Christus loquens Apostoli suis, qui eum ad-  
huc carnaliter amabant, dixit il is illud Ioā. 16. Si non abie-  
ro, paraclētus non ueniet ad uos. Heu, si talis affectio car-  
nalis Apostolorū ad Christū impediēbat aduentum spiritus

Xx a

sancti

sancti ad eos, quanto magis alia affectiones carnales, & nephanda, quæ etiam reddunt hominem, quasi totaliter brutalem, impediunt huiusmodi aduentum? Et ideo bene dicitur Iudæ unico capitulo de talibus, quod sunt animales, spiritum, scilicet sanctum non habentes. Et Apo. 1. Corinth. 2. Animalis, inquit, homo, id est, brutalis, non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei. In cuius etiam figuram legitur Gen. 8. columba, per quam designatur Spiritus Sanctus, non requieuit super cadauera mortuorum, sed tantum cornus. Per quem intellige Diabolum, qui libenter habitat in conscientijs plenis omni spurcicia affectionum carnalium.

**TERTIA** maquerela vocatur abundantia malitiæ, & spiritualis nequitia, ut est superbia quo ad se, odium quo ad proximum, contemptus diuini uerbi, quo ad Deum. Hæc enim triplex maledicta trinitas, quæ pertinet ad spiritum malignum, impedit aduentum Spiritus Sancti in animam. Econtra autem humilitas, quo ad se, pax quo ad proximum, reuerentia diuini uerbi, quo ad Deum, disponunt hominem ad recipiendum ipsum Spiritum Sanctum. Et de hac sancta & benedicta trinitate loquitur dominus Esaiæ. 66. dicens. Si per quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem, & quietum, & tremementem sermones meos? Humilem dicit contra malitiam superbari, quam habet homo in se. Quietum dicit contra malitiam, inquietantium proximum. Tremementem sermones meos dicit contra malitiam contemptus diuini uerbi. Et sic patet solutio primi dubij.

**SECUNDUM** dubium est, quomodo acquiritur presentia Spiritus Sancti in anima per gratiam. Ad quod responderetur, quod acquiritur per tres meliores. Primus est baptisimus. Et de tali mediatore loquens Petrus ad quosdam Iudæos eum interrogantes, quid facturi essent, ut salui fierent, ait illis: Baptizetur unusquisque uestrum in nomine Iesu Christi, in remissionem peccatorum uestrorum, & accipietis donum Spiritus Sancti. Act. 2. Vnde in signum huius legitur Luc. 3. quod descendit ipse Spiritus Sanctus in specie columbe super Christum, dum baptizaretur. Secundus mediator vocatur absolutio sacramentalis. Et de tali mediatore scribitur Act. 8. quod Apostoli Christi Petrus, & Iohannes impon-

imponabant manus super uiros ciuitatis Samariæ, & continuo accipiebant Spiritum Sanctum. Sed forsitan dicit aliquis hoc esse intelligendum de Sacramento confirmationis. Et ideo adducenda est alia auctoritas probans intentum, ut est illa Iohan. 20. Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, remittentur eis. Tertius mediator uocatur deuota auditio diuini uerbi. Qui enim deuotè audiunt ipsum diuinum uerbum, capaces sunt susceptionis ipsius Spiritus Sancti. Vnde Act. 10. legitur, quod adhuc loquente Petro, id est, prædicante ad populum, cecidit Spiritus Sanctus super omnes, qui audiebant uerbum. Econtra autem illi, qui contemunt diuinum uerbum, recipiant non Spiritum Sanctum, sed spiritum malignum. Et sic patet, quomodo acquiritur presentia Sancti Spiritus in mente deuota.

**TERTIUM** dubium est, quomodo conseruatur dicta presentia Spiritus Sancti in corde humano. Ad quod responderetur, quod conseruatur per tres custodes illius. Primus igitur custos uocatur mutua charitas. Vnde Eccl. 2. In tribus placitum est spiritui meo, quæ sunt grata coram Deo, & hominibus: Concordia fratrum, amor proximorum, uir, & mulier bene sibi consentientes, scilicet, in uinculo matrimonij. Similiter Apostolus ad Rom. 5. ad idem propositum loquitur dicens: Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis. Econtra autem illi, qui non diligunt Deum, nec proximum, quinimo ipsum mortaliter odiant, non habent in se Spiritum Sanctum, sed potius spiritum malignum. Et de hoc habemus historiam. 1. Reg. 16. de Rege Saul, qui Dauid puerum innocentem iniuste persequebatur. Propter quod de ipso dicitur ibidè, quod spiritus domini recessit ab eo, & exagitabit eum spiritus nequam. Secundus custos presentia spiritus sancti uocatur tribulatio, non qualiscunque, sed quæ propter Christum iniuste inferatur, & patienter toleratur iuxta illud. 1. Per. 4. Si exprobramini, id est, opprobria patimini, in nomine eius, id est, pro nomine eius, scilicet, Christi, spiritus eius, id est, spiritus sanctus, qui a filio procedit, sicut & a patre, super uos requiescet. Tertius custos predictæ presentia spiritus sancti uocatur deuota oratio. Nam per deuotam orationem

sius præsentia acquiritur, & habetur, iuxta illud Psalm. Os meum aperui, & attraxi spiritum. Insuper & per eandem ferventem orationem eius præsentia fouetur, & custoditur. Propter quod idem Psalm. rogabat dominum dicens, Spiritum sanctum tuum ne auferas à me, idest, auferri non permittas. Qui ergo cupiunt in se semper spiritum sanctum habere, debent in deuotis orationibus permanere. Et sic patet, &c.

**Q**UARTUM dubium est, quomodo deperditur presentia spiritus sancti. Ad quod respondetur, quod deperditur, seu amittitur per triplex peccatum, scilicet, cordis, oris, operis. Primum quidem per peccatum cordis, ut potest, per turpes, & immundas cogitationes. Nam ut scribitur de eo Sap. 1. auferit se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu. Cogitationes autem sine intellectu sunt illæ, quæ non procedunt à recta ratione, sed potius à ratione errante, cuiusmodi sunt cogitationes, quæ sunt de uindicta, de odio proximi, de inuidia, & huiusmodi. Nam sicut per cogitationes, & concupiscentias malas datur locus spiritui maligno in cor hominis, ita per easdem expellitur spiritus sanctus ab huiusmodi corde, & quasi contristatus inde recedit. Secundò amittitur presentia eiusdem per peccatum oris. Vnde ubi supra addit, quod idem spūs sanctus disciplinae effugiet factum. id est, hominem, qui aliud habet in corde, & aliud in ore. Da exemplum de homine mendace. O si ipse spiritus sanctus effugiet hominem factum, ad sensum datum, quanto magis effugit, & longè recedit ab homine periuro, blasphemio, & detractore. Tertio amittitur per peccatum prauis operis. Vnde ubi supra subdit, quod corripietur, si fugabitur à superueniente iniquitate. Sed quid est iniquitas superueniens? Profectò est peccatum operis, quod superuenit peccato cordis, & peccato oris, & quod omnino fugat ipsum spiritum sanctum. Fugatur ergo idem spiritus sanctus à peccato cordis, dummodo fuerit mortale, peramplius autem à peccato oris, summe uerò, à peccato operis.

**H**E. V. heu, ue illis à quibus ille recedit, & hoc propter tria. Primum nempe tales proijcientur in sinu à facie domini, sicut cadauer à conspectu hominum. Propter quod

Psalm.

Psalm. orabat dominum dicens. Ne proijcias me à facie tua, & spiritum sanctum tuum ne auferas à me. Secundò tales rediguntur in nihilum, sicut homo spiritu humano recedente à se, iuxta illud eiusdem psal. Auferes spiritum eorum, & deficient, & in puluerem suum reuertentur.

**T**ERTIO tales exponuntur diabolo. Vnde 1. Reg. 16. legitur, quod spiritus domini recessit à Saul, & exagitabat eum spiritus nequam. Ecce ergo tria mala, quæ sequuntur eos, qui à se repellunt spiritum sanctum per exigentiam, & demeritum culpazum suarum. Et ideo firmiter tenendus est, dum habetur. Et sic patet ad quartum dubium, & per consequens de toto secundo principali.

**T**ERTIO principaliter in presentia euangelio fit mentio de Apostolorum consolatione, cum ait illis Christus, Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis. Primum refertur ad pacem in æternam, quam Christus in suo recessu ab hoc mundo reliquit suis Apostolis. Secundò autem refertur ad pacem æternam, quam tandem idem Christus dedit eisdem apostolis. Sed quia sequens textus minimè pertinet ad spiritum sanctum, insuper quia satis prolixè de eodem spiritu dictum est superius, ideo hic finem facimus. Superest ergo, ut ipsum spiritum sanctum suppliciter deprecemur, ut in presentia dignetur nobiscum habitare per gratiam, quatenus in futuro possimus cum eo habitare per gloriam. Quam nobis concedat, qui in trinitate perfecta, uiuit & regnat. Amen.

**N**OTANDUM, quod de hodierno festo Spiritus Sancti inserui duos alios sermones in opere intitulo De imitatione sanctorum uersus finem, Require ibi si uis.

**E**XPLICIT Pars Hyemalis Sermonum  
 Dominicalem Reuerendi Patris,  
 Fratris Guillelmi Pepin.

# REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S  
T V X Y Z.

AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM  
NN OO PP QQ RR SS TT VV XX.

Omnes sunt quaterniones, præter  
XX duerniones.

VENETIIS, M D LXXXVIII.

Apud Isidorum Bertanum.

